

T. LIVII PATAVINI

HISTORIARUM

LIBRI QUI SUPERSUNT.

VOL. VI.

T. LIVII PATAVINI

HISTORIARUM

LIBRI QUI SUPERSUNT,

EX EDITIONE G. A. RUPERTI

CUM SUPPLEMENTIS

NOTIS ET INTERPRETATIONE

IN USUM DELPHINI

VARIIS LECTIONIBUS

NOTIS VARIORUM

RECENSU EDITIONUM ET CODICUM

INDICE LOCUPLETISSIMO

ET

GLOSSARIO LIVIANO

ACCURATE RECENSITI.

VOLUMEN SEXTUM.

LONDINI:

CURANTE ET IMPRIMENTE A. J. VALPY, A. M.

1828.

T. LIVII PATAVINI

HISTORIARUM

AB URBE CONDITA

LIBER XXXI.

BREVIARIUM.

Cap. 1. Bella Punica, xv. libris descripta, excipit Macedonicum, claritate gentis, imperii, regumque antiquorum prope nobilius, ad quod renovandum Romani, Philippo infensi, precibus Atheniensium excitantur. 2. Consultatio de eo ad consules absentes rejicitur, legatique mittuntur ad Ptolemæum Ægypti regem. Sub auspiciis P. Ælii consulis C. Oppius male res gerit adversus Boios, et consul, horum finibus vastatis, Romam redit. 3. M. Valerius Lævinus proprætor cum classe transmittit in Macedoniam, et M. Aurelius legatus scribit senatui, bellum id majore conatu capessendum esse. 4. Agri veterum P. Scipionis militum. Comitia consularia ac prætoria. Ludi Romani et plebeii. 5. Secundum rem divinam precationemque audiuntur legati Atheniensium, nuntiantes Philippum appropinquare finibus suis, et literæ Valerii Aureliique leguntur. 6. Rogatio de bello Macedonico, a P. Sulpicio cos. cui provincia Macedonia sorte evenerat, promulgata, primis comitiis ab omnibus ferme centuriis antiquatur, eique intercedit Q. Balbius trib. pl. 7. Sulpicius concione iterum advocata legem suadet. 8. Bellum a populo jubetur indiciturque Philippo regi. De exercitibus et provinciis consulum prætorumque agitur. 9. Ptolemæus Atheniensibus Romanisque auxilium promittit; et ludi magni, de incerta primum pecunia, voventur. 10. Galli Liguresque, Hamilcare Pœno duce, qui in iis locis de Hasdrubalis exercitu substiterat, diripiunt Placentiam et Cremonam oppugnant: neque L. Furius Purpureo prætor sociis laborantibus succurrere audet. 11. Hinc C. Aurelius consul ad opprimendum Gallicum tumultum proficisci jubetur: et legati mittuntur ad Carthaginienses, Masinissam ac Verminam. 12. Q. Minucio prætori in Bruttiis quæstio de pecunia Locris ex Proserpinæ thesauris nocte clam sublata mandatur. Prodigia expiantur, et carmen, a P. Licinio Tegula conditum,

per Urbem canitur a virginibus. 13. Privatis pro tertia parte pecuniæ, quam ærario olim mutuam dederant, ager publicus traditur vectigalis.

14. P. Sulpicius trajicit in Macedoniam, et C. Claudium Centhonem cum classe et exercitu extemplo mittit ad Athenienses obsidione liberandos: quibus bellum intulerat Philippus, motus Acarnanum precibus, quorum duo juvenes, per errorem ingressi templum Cereris tempore Initiorum, interfecti fuerant. 15. Attalus Rhodiorumque legati, Athenas, sociam civitatem, profecti, immodicis ornantur honoribus; sed socordia alunt bellum, cujus perfecti gloriam Romanis eripere potuissent. 16. Philippus Maroneam, Ænum, aliaque oppida capit, et oppugnat Abydum. 17. 18. Abydeni, conditionibus tradendæ urbis frustra latis, ad Saguntinorum rabiem versi, suos seque ipsi interficiunt.

19. Responsa legatis Romanorum data a Carthagiuiensibus, Masinissa ac Vermina. 20. L. Cornelius Lentulus proprætor, ex Hispania reversus, cui diu præfuerat, ovans Urbem ingreditur. 21. L. Furius Cremonam obsidione eximit ingenti cæde Gallorum. 22. C. Aurelius, profectus in Galliam, victorem exercitum a prætore accipit; et alter consul, P. Sulpicius, circa Apolloniam hybernat: pars autem classis Romanæ, a C. Claudio Corcyra Athenas traducta, ingentem sociis affert spem. 23. Inde Claudius pervehitur Chalcidem, et capto oppido, ingentique præda in naves imposita, Piræeum redit. 24. Philippus sociæ urbis erum fert auxilium, et raptim Athenas profectus, Athenienses, Dipylo egressos, in portam compellit: eam vero irrumpere non audet, contentus omnia circa urbem diruisse. 25. Inde exercitum ducit Eleusinem, Megaram, Corinthum, et Argos, ubi in concilio Achæorum frustra eos illigare Romano bello conatur. 26. Tum junctus Philocli Eleusinis, Piræei et Athenarum oppugnationem tentat, ac templa, in Attica pagatim sacrata, diruit. 27. L. Apustius legatus, a Sulpicio ad extrema Macedoniæ depopulanda missus, Antipatriam, Codrionem, et Ilion capit, funditque Athenagoram. 28. Sulpicius in castris ad Apsum fl. positis de bello consultat cum Pleurato, Amynandro, Dardanis, legatis Attali, Rhodiisque. Nec Philippus, in Macedoniam regressus, bellum segnius apparat, et Perseum filium obsidere jubet angustias ad Pelagoniam. 29–31. In Panætolio Philippi, Atheniensium Romanorumque legati audiuntur; 32. sed suspensa re dimittuntur ab Ætolis, utrius partis melior fortuna bell esset, ad ejus societatem inclinaturis. 33. Sulpicius exercitum ducit per Dassaretiorum fines, ubi Romanorum Macedonumque equites æquis viribus pugnant. 34. Philippus cura eorum, qui in prælio ceciderant, sepeliendorum animos suorum magis frangit quam auget, filioque revocato castra sua non longe a Romanis communit. 35. 36. Vario Marte pugnatur. 37. Victoria Romanorum, et ingens regis periculum. 38. Temeritas regis et consulis segnities. Philippus, certior factus de transitu Pleurati Dardanorumque in Macedoniam, silenti agmine abit. 39. Angustias prope Eordæam ab hoste occupatas Romani haud magno certamine superant. 40. Consul Orestidem et Dassaretiorum agros pervastat, et præter Dardanos, Pleuratum, et Illyrios, etiam Ætoli, Athamanibus juncti, impetus in Macedoniam faciunt.

41. 42. Hi Perrhæbiam et campos Thessaliæ opimos populantur; sed a Philippo bis fusi repetunt Ætoliam. 43. Dardani etiam ab Athenagora repelluntur, et magna Ætolorum manus mercede conducta a Scopa principe gentis avehitur Ægyptum. 44. Athenienses adventu L. Apustii Attalique freti, omne odium in Philippum effundunt. 45. 46. Maritimæ Attali Romanorumque expeditiones. 47. Æstate exeunte Apustius repetit Corcyram et Attalus Asiam. C. Aurelius in Gallia, a L. Furio jam pacata, bellum populando gerit; et hic prætor, ab eo in Etruriam missus, mox inde Romam contendit, Gallico triumpho imminens, quem, absente consule irato atque invidente, facilius impetrari posse putat. 48. Variæ de ea re Patrum sententiæ. 49. Triumphus L. Furii. Ludi, a P. Scipione olim voti in Africa; et agri militum ejus. Victoria C. Cornelii Cethegi proc. in Hispania. C. Aurelii reditus et indignatio propter honorem Furio habitum. Comitia consularia et prætoria. 50. Annona pervilis. Ludi Romani, plebeii, ac funebres. Ædiles curules creati non statim occipere magistratum possunt, quia alter Hispaniam obtinet provinciam, alter flamen Dialis est, cui non licet in leges jurare. Itaque hujus frater pro eo jurare jubetur, et novi proconsules mittuntur in Hispaniam.

1. Me quoque juvat,[a] velut ipse in parte laboris ac periculi fuerim, ad finem belli Punici pervenisse. Nam etsi profiteri ausum, perscripturum res omnes Romanas, in partibus singulis tanti operis fatigari minime conveniat; tamen, cum in mentem venit, tres et sexaginta annos[b] (tot enim sunt a primo Punico ad secundum bellum finitum) æque multa volumina occupasse mihi, quam occuparint quadringenti octoginta octo[1] anni a condita Urbe ad Ap. Claudium consulem, qui primus bellum Carthaginiensibus intulit; jam provideo animo, velut qui proximis littori vadis inducti mare pedibus ingrediuntur, quicquid progredior, in vastiorem me altitudinem ac velut profundum invehi, et

1 *Septem* Crev. quod etiam al. libr. ut Hearn. testatur.—2 Volebat Gron.

NOTÆ

[a] *Me quoque juvat*] Subintelligi debet comparatio cum Romanis, qui tempore belli Punici secundi vixerant: quasi dicat, quemadmodum illius ætatis civibus jucundum fuit defunctos esse periculis ejus belli, sic mihi quoque ipsi gratum est ejus narrandi labore esse perfunctum.

[b] *Tres et sexaginta ann.*] Ab anno U. C. 489. quo Ap. Claud. Caudex consul cum M. Fulvio Flacco Pœnis bellum primus intulerat, recte procedit hic numerus.

Tres et sexaginta annos] Ab anno Catoniano 488. ad an. 551. *J. Clericus.*

crescere pæne opus, quod prima quæque perficiendo minui videbatur. Pacem Punicam bellum Macedonicum excepit, periculo haudquaquam comparandum,[2] aut virtute ducis, aut militum robore; claritate[3] regum antiquorum vetustæque[4] fama gentis et magnitudine imperii, quo multam quondam Europæ,[c] majorem[5] partem Asiæ obtinuerant armis, prope nobilius. Ceterum cœptum bellum adversus Philippum decem ferme ante annis, triennio prius depositum erat, cum Ætoli et belli et pacis fuissent causæ.[6] Vacuos deinde[d] pace Punica jam Romanos et infensos Philippo, cum ob infidam[e] adversus Ætolos aliosque regionis ejusdem socios pacem, tum ob auxilia cum pecunia nuper in Africam missa Hannibali Pœnisque, preces Atheniensium, quos agro pervastato in urbem compulerat, excitaverunt ad renovandum bellum.

2. Sub idem fere tempus et ab Attalo rege,[f] et Rhodiis[g]

Punico haudquaquam comparandum ; sed putat etiam recte se habere vulgatum. —3 Verbo *claritate* præponit vet. lib. apud Sigon. *sed.*—4 In plurim. librr. vett. *vetustæque ;* ut Gron. Crev. *vetustaque* Doujat. Ernest.—5 *Multa .... majoremque* edd. antt.—6 *Caussa* Gron. Doujat. Crev.

NOTÆ

[c] *Multam quondam Europæ*] In Europa, præter Macedoniam, Alexander Magnus Græciæ, Thraciæ, Illyrici partem magnam tenuerat: in Asia vero, cum minori Asia, Syriam, et Persicas provincias ad Indiam usque subegit, et Syriæ reges Seleucidæ, ad Arsacis Parthi defectionem, retinuerunt: quæ Asiæ, Græcis tunc cognitæ, major revera pars erat. Porro *multa Europæ* malim, quam *multam.* Si enim ad *partem* referas, *magnam* potius dicerem.

[d] *Vacuos deinde, &c.*] Gall. *Les Romains, qui après avoir fait la paix avec les Carthaginois, n'avoient plus d'affaires sur les bras, &c.*

[e] *Cum ob infidam*] Tres adducit causas, cur infensi Philippo Romani, bellum adversus eum susceperint. 1. Non satis accurate servatam cum Ætolis aliisque sociis Romanorum pacem. 2. Auxilia pecuniamque Pœnis adversus Romanos bellantibus ab eodem missam. 3. Imploratam ab Atheniensibus contra illum opem.

[f] *Ab Attalo rege*] Pergami, sive Asiæ propriæ.

[g] *Et Rhodiis*] Rhodus, insulæ et urbis nomen, in mari Carpathio, a littore Cariæ, quæ Asiæ minoris provincia est, viginti millibus passuum, dissitæ. Ea soli dicata fuit, qui nulla non die ibi se conspiciendum præbere dicitur; ejusque colosso nobilitata septuaginta cubitos alto, qui inter septem orbis miracula numerabatur: hodie Italis *Rodi,* nobis *l'isle de Rhodes ;* a Turcis capta, et militibus S. Joannis Hierosolymitani erepta est anno 1522.

legati venerunt, nuntiantes, Asiæ quoque civitates sollicitari.[h] His legationibus responsum est, curæ Asianam rem senatui fore. Consultatio de Macedonico bello integra ad consules, qui tunc [7] in provinciis erant,[8] [i] rejecta est. Interim ad Ptolemæum[k] Ægypti[l] regem legati tres missi, C. Claudius Nero, M. Æmilius Lepidus, P. Sempronius Tuditanus; ut et annuntiarent victum Hannibalem Pœnosque, et gratias agerent regi, quod in rebus dubiis, cum finitimi etiam socii Romanos desererent, in fide mansisset, et peterent, ut, si coacti injuriis bellum adversus Philippum suscepissent, pristinum animum erga populum Romanum conservaret. Eodem fere tempore P. Ælius consul in Gallia, cum audisset a Boiis ante suum adventum incursiones in agros sociorum factas, duabus legionibus subitariis[a] tumultus ejus causa scriptis, additisque ad eas quatuor cohortibus de exercitu suo, C. Oppium[9] præfectum socium hac tumultuaria manu per Umbriam[m] (quam tribum Sappiniam[n] vocant) agrum Boiorum invadere jussit. Ipse eodem, aperto itinere, per medios[10] montes duxit. Oppius,

[a] *Legionibus subito ac velut ex tempore, non legitimo delectu, conscriptis.*

7 *Qui tum* Doer.—8 'Ita edidi ex emend. Ruben. pro vulg. *qui tunc in prælio cum Boiis erant,* quod ineptum esse jam monuit Gron. Præterea in Mss. legi *in prælio Boiis* et *neiis.*' Rupert.—9 *C. Appium* olim legebatur. Vet. lib. apud Sigon. *Cn. A. Popium.* Mox *Sapiniam* Kreys.—10 Omitt. *medios* ante Sigon.

NOTÆ

[h] *Solicitari*] A Philippo scilicet adversus Romanos.

[i] *Qui tunc in provinciis* [*prælio cum Boiis*] *erant*] Probabilis Alberti Rubenii correctio, *qui tunc in provinciis erant:* neque enim consules ambo Boios provinciam habebant, sed Ælius solus; nec ille ipse prælio cum Boiis dimicavit, sed eorum tantum agros populatus est, ut ex hoc ipso capite constat.

[k] *Ad Ptolemæum*] Hic Ptolemæus inter Ægypti reges eo nomine quintus, Epiphanes dictus, Philopatore patre mortuo, quinquennis regnare cœpit circa A. U. C. 549.

[l] *Ægypti*] Ægyptus in Africæ Asiæque confinio posita, ab aliis huic, a plerisque illi tribuitur: Nilo et Memphiticis pyramidibus inclyta: Turcis *Messere.*

[m] *Umbriam*] Veteri Umbriæ, quæ inter Apenninum montem et mare Adriaticum, vicini fuere Boii, utpote qui Bononiam habitarent.

[n] *Tribum Sappiniam*] Hoc nomen inter triginta quinque tribus non invenitur. Sed pleræque earum plura

ingressus hostium fines, primo populationes satis prospere ac tuto fecit. Delecto deinde ad castrum Mutilum[o] satis idoneo loco, ad demetenda frumenta (jam enim maturæ erant segetes) profectus, neque explorato circa,[b] nec stationibus satis firmis, quæ armatæ inermes atque operi intentos tutarentur, positis, improviso impetu Gallorum cum frumentatoribus est circumventus. Inde pavor fugaque etiam armatos cepit.[p] Ad septem millia hominum palata per segetes sunt cæsa; inter quos ipse C. Oppius præfectus. Ceteri in castra metu compulsi, inde sine certo duce consensu militari proxima nocte, relicta magna parte rerum suarum, ad consulem per saltus prope invios pervenere; qui, nisi quod populatus est Boiorum fines, et cum Ingaunis Liguribus fœdus icit, nihil, quod esset memorabile, aliud in provincia cum gessisset, Romam rediit.

3. Cum primum senatum habuit, universis postulantibus, ne quam prius rem, quam de Philippo sociorumque querelis, ageret; relatum extemplo est, decrevitque frequens senatus, ut P. Ælius consul, quem videretur ei, cum imperio mitteret, qui, classe accepta, quam ex Sicilia Cn. Octavius reduceret, in Macedoniam trajiceret. M. Valerius Lævinus proprætor missus, circa Vibonem[q] duodequadraginta navibus ab Cn. Octavio acceptis, in Macedoniam transmisit. Ad quem cum M. Aurelius legatus ve-

[b] *Cum nec vicina loca explorasset, &c.*

NOTÆ

habuere nomina, quemadmodum Sigonius, Onuphr. aliique observarunt. Hanc a Sepino Samnii urbe Sepiniam crederem appellandam, nisi Livius ipse ad Umbriam referret.

[o] *Castrum Mutilum*] Mutilum, sive Mutila, oppidulum est in ea Galliæ Cispadanæ parte, quam Æmiliam veteres dixere, et quæ nunc *Romagna:* situm decem milliaribus a Foro Livii: videtur degenerasse in Mutilianæ vocabulum; dicitur enim vulgo *Modigliana,* estque in ditione magni Tusciæ ducis, in confinio pontificiæ ditionis.

[p] *Armatos cepit*] *Cepit,* pro occupavit, non pro incepit. Est enim, pavor armatos occupavit atque in fugam impulit.

[q] *Circa Vibonem*] Bruttiorum oppidum fuit Vibo Valentia, quæ et Hippo et Hipponium, in ora maris Ausonii; unde sinus Vibonensis, nunc *Golfo di Santa Eufemia,* hodieque castrum *Vibona* dicitur, non procul *Monte Leone* in Calabria ulteriore.

nisset, edocuissetque eum, quantos exercitus, quantum navium numerum comparasset rex, et quemadmodum circa omnes non continentis modo urbes, sed etiam insulas, partim ipse adeundo, partim per legatos, conciret homines ad arma; majore conatu Romanis id capessendum bellum esse, ne, cunctantibus iis, auderet Philippus, quod Pyrrhus prius ausus ex aliquanto minore regno [r] esset; hæc eadem scribere Aurelium consulibus et senatui placuit.

4. Exitu hujus anni cum de agris veterum militum relatum esset,[c] qui ductu atque auspicio P. Scipionis [11] in Africa bellum perfecissent; decreverunt Patres, ut M. Junius prætor Urbis, si ei videretur, decemviros agro Samniti Appuloque, quod ejus publicum [s] populi Romani esset, metiendo dividendoque crearet. Creati P. Servilius, Q. Cæcilius Metellus, C. et M. Servilii, (Geminis ambobus cognomen erat,) L. et A. Hostilii Catones, P. Villius Tappulus, M. Fulvius Flaccus, P. Ælius Pætus, Q. Flaminius. Per eos dies, P. Ælio consule comitia [12] habente,[t] creati consules P. Sulpicius Galba, C. Aurelius Cotta.* Prætores exinde facti Q. Minucius Rufus, L. Furius Purpureo, Q. Fulvius Gillo, Cn. Sergius Plancus. Ludi Romani scenici eo anno magnifice apparateque facti ab ædilibus curulibus, L. Valerio Flacco et L. Quintio [13] Flaminino. Biduum instauratum est.[14] Frumentique vim ingentem, quod ex

[c] *Cum actum esset de agro veteranis militibus in præmium bene navatæ operæ assignando.*

11 *Auspicio proconsulis Scipionis* olim legebatur.—12 *Consulum* Gron. Doujat. Vet. lib. apud Sigon. *consularia comitia.*—13 *T. Quintio* edd. ante Sigon. —14 Vulgat. *instaurati sunt.* Mox *procon. Scip.* ut antea, pro *P. Scip.*

NOTÆ

[r] *Minore regno*] Epiri nempe, quo majus sine dubio Macedonicum.

[s] *Quod ejus publicum*] Non ut totus ager sive Samnii, sive Apuliæ veteranis divideretur; sed pars ea tantum quæ incolis vacua, aut ob incolarum rebellionem publicata esset.

[t] *Consule* [*consulum*] *comitia habente*] Quid est quod Gronov. mavult *consule?* non enim, inquit, consularibus modo, sed et aliorum magistratuum comitiis præfuit consul; sed hæc eodem tempore fiebant, et qui consulum comitiis præerat, idem prætorum ædiliumque comitia habebat.

* A. U. C. 553.

Africa P. Scipio miserat, quaternis æris[u] populo cum summa fide et gratia diviserunt. Et plebeii ludi ter toti instaurati[x] ab ædilibus plebis, L. Apustio Fullone et Q. Minucio Rufo, qui ex ædilitate prætor creatus erat.[y] Et Jovis epulum fuit ludorum causa.

5. Anno quingentesimo quinquagesimo[15][z] ab Urbe condita, P. Sulpicio Galba, C. Aurelio consulibus, bellum cum rege Philippo initum est, paucis mensibus post pacem Carthaginiensibus datam. Omnium primum[16] eam rem Idibus Martiis, quo die tum consulatus inibatur, P. Sulpicius consul retulit; senatusque decrevit, uti consules majoribus hostiis rem divinam facerent, quibus Diis ipsis videretur, cum precatione ea: 'Quam rem senatus[17] populusque Romanus de re publica deque ineundo novo bello in animo haberet, ea res uti populo Romano sociisque ac nomini Latino bene ac feliciter eveniret:' secundum rem divinam[d] precationemque, ut de re publica deque provinciis senatum consulerent. Per eos dies opportune irritandis ad bellum animis et literæ a M. Aurelio legato et M. Valerio Lævino proprætore allatæ, et Atheniensium nova legatio venit, quæ regem appropinquare finibus suis nuntia-

[d] *Post sacrificia facta.*

15 'Numerus corruptus, ut et ap. Oros. Eutrop. et alios. *quadragesimo* plerique Mss. et vett. edd. *quing. quinq. quarto* conj. Glar. et *quing. quinq. secundo* Dodwell. Cler. et Crev.' *Rupert.* *Secundo* add. Kreys.—16 'Non opus est ut cum Gron. rescribatur *primam.*' Doering.—17 In Mss. Vict. *quod senatus.*—

NOTÆ

[u] *Quaternis æris*] Modius itaque assibus quatuor væniit Romanis, hoc est, nostratibus ferme totidem ac dimidio: erant enim adhuc, ni fallor, unciales.

[x] *Ter toti instaurati*] An tanquam non rite acti? an potius ex magnificentia?

[y] *Ex ædilitate prætor creatus erat*] Igitur non initio magistratus sui, sed anno desinente solebant ædiles ludos edere.

[z] *Quingentesimo quinquagesimo*] Omissis tribus consulatibus, differt Livius totidem annis a fastis consularibus, quos cum Sigonio sequimur.

Quingentesimo quinquagesimo] Crediderim deesse *secundo*, is enim annus æræ Catonianæ labebatur, etiam ex calculo Livii. Annus, qui hic habetur, neque cum Varroniana, neque cum Catoniana æra, quam sequitur Livius, consentit. *J. Clericus.*

ret, brevique non agros modo, sed urbem etiam in ditione ejus futuram, nisi quid in Romanis auxilii foret.[18] Cum pronuntiassent consules, rem divinam rite perfectam esse, et precationem admisisse Deos[19] haruspices respondere, lætaque exta fuisse, et prolationem finium victoriamque et triumphum portendi; tum literæ Valerii Aureliique lectæ, et legati Atheniensium auditi. Senatus inde consultum factum est, ut sociis gratiæ agerentur, quod diu solicitati ne obsidionis quidem metu fide decessissent. De auxilio mittendo tum respondere[20] placere, cum consules provincias sortiti essent, atque is consul, cui Macedonia provincia evenisset, ad populum tulisset, ut Philippo regi Macedonum indiceretur bellum.

6. P. Sulpicio provincia Macedonia sorte evenit, isque rogationem promulgavit, 'Vellent, juberent Philippo regi Macedonibusque, qui sub regno ejus essent, ob injurias armaque illata sociis populi Romani, bellum indici.' Alteri consuli[1] Aurelio Italia provincia obtigit. Prætores exinde sortiti sunt,[2] Cn. Sergius Plancus urbanam, Q. Fulvius Gillo Siciliam, Q. Minucius Rufus Bruttios, L. Furius Purpureo[3] Galliam. Rogatio de bello Macedonico primis comitiis ab omnibus ferme centuriis antiquata est. Id cum fessi diuturnitate et gravitate belli sua sponte homines tædio laborum periculorumque fecerant, tum Q. Bæbius tribunus plebis, viam antiquam criminandi Patres ingressus, incusaverat bella ex bellis seri, ne pace unquam frui plebs posset. Ægre eam rem passi Patres, laceratusque probris in senatu tribunus plebis; et consulem pro se quisque hortari, ut de integro comitia rogationi ferendæ ediceret, castigaretque segnitiem populi, atque doceret,[4] quanto damno dedecorique dilatio ea belli futura esset.

18 *Nisi quid Romani auxilii foret* Vet. lib. apud Sigon. Mox *renuntiassent* Kreys.—19 *Precationi annuisse Deos* edd. ante Gron. Naud. *precationi admisisse.* Buslid. *precationes admisisse.*—20 Duker. et Crev. malunt *responderi;* ut ed. Kreys.

1 *Consulum* Kreys.—2 *Provincias præt. ex. sort. sunt* Vet. lib. apud Sigon. —3 *Purpurio* olim erat; et inf. *Q. Bebius.*—4 *Edoceret* Kreys. Mox pro *ea* in quibusdam codd. apud Drak. *ejus.*

7. Consul in campo Martio comitiis habitis,[5] prius quam centurias in suffragium mitteret, concione advocata, 'Ignorare,' inquit, 'videmini mihi, Quirites, non, utrum bellum an pacem habeatis, vos consuli; (neque enim liberum id vobis permittit Philippus, qui terra marique ingens bellum molitur;) sed utrum in Macedoniam legiones transportetis, an hostem in Italiam accipiatis. Hoc quantum intersit, si unquam[6] ante alias, Punico certe proximo bello experti estis. Quis enim dubitat, quin, si Saguntinis obsessis fidemque nostram implorantibus impigre tulissemus opem, sicut patres nostri Mamertinis tulerant, totum in Hispaniam aversuri bellum fuerimus, quod cunctando cum summa clade nostra in Italiam accepimus?[e] Ne illud quidem dubium est, quin hunc ipsum Philippum, pactum jam per legatos literasque cum Hannibale in Italiam trajicere, misso cum classe Lævino, qui ultro ei bellum inferret, in Macedonia continuerimus. Et quod tunc fecimus, cum hostem Hannibalem in Italia haberemus, id nunc, pulso Italia Hannibale, devictis Carthaginiensibus, cunctamur facere? Patiamur expugnandis Athenis, sicut Sagunto expugnando Hannibalem passi sumus,[7] segnitiem nostram experiri regem.[f] Non quinto inde mense, quemadmodum ab Sagunto Hannibal, sed quinto inde die, quam ab Corintho[a] solverit naves, in Italiam perveniet. Ne æquaveritis Hannibali Philippum, ne Carthaginienses Macedonas; Pyrrho certe æquabitis: dico, quantum vel vir viro,[b] vel gens genti

[e] *Quasi advocavimus in Italiam.*

[f] *Patiamur ut Philippus, expugnando Athenas, experimentum faciat ignaviæ nostræ, quemadmodum passi sumus ut Hannibal eam experiretur, expugnando Saguntum.*



5 'Vox *habitis* ab omnibus Mss. abest, et forte est delenda.' *Rupert.* Del. *habitis* Kreys.—6 *Nunquam* Kreys.—7 *Sicut passi simus* olim legebatur.—

NOTÆ

[a] *Ab Corintho*] In Macedonum potestate tunc erat Corinthus, licet procul a Macedonia.

[b] *Vel vir viro*] Philippum extollit supra Pyrrhum, et Macedonas supra Epirotas, ut causæ susceptæ faveat. Ceterum regum uterque bellator fuit, et pauci, opinor, Philippum anteponent, cognitis et pensatis utriusque gestis; Macedonum quidem majus ut

præstat.[8] Minima accessio semper Epirus regno Macedoniæ fuit, et hodie est.[9] Peloponnesum totam in ditione Philippus habet, Argosque ipsos, non vetere fama magis, quam morte Pyrrhi nobilitatos.[c] Nostra nunc compara.[d] Quanto magis florentem Italiam, quanto magis integras res, salvis ducibus, salvis tot exercitibus, quos Punicum postea bellum absumsit, aggressus Pyrrhus tamen concussit, et victor prope ad ipsam urbem Romam[10] venit! Nec Tarentini modo oraque illa Italiæ, quam majorem Græciam vocant, ut linguam, ut nomen secutos crederes,[g] sed Lucanus et Bruttius et Samnis a nobis defecerunt. Hæc[h] vos, si Philippus in Italiam transmiserit, quietura aut mansura in fide creditis? Manserunt enim Punico postea bello![e] Nunquam isti populi, nisi cum deerit, ad quem desciscant, a nobis non deficient. Si piguisset vos in Africam trajicere, hodie in Italia Hannibalem et Carthaginienses hostes haberetis. Macedonia potius, quam Italia, bellum habeat. Hostium urbes agrique ferro atque igni vastentur. Experti jam sumus, foris nobis, quam

[g] *De quibus Tarentinis et magnæ Græciæ incolis credi posset, eos Pyrrho, Græco homini adhæsisse, quod eadem lingua uteretur, et quod Græci nomen præferret.*
[h] *Hos populos.*

8 'Valesius, ut testatur Jac. Gron. libro suo ascripserat, *Pyrrho certe æquabitis. Pyrrho dico.* Sed nullum hujus lectionis in vett. librr. vestigium. Dukerus, qui de hujus loci integritate dubitat, pro *præstat* certe *præstet* scribendum esse arbitratur. Amicissimus Jacobs communicavit mecum elegantissimam hujus loci emendationem hanc: *Pyrrho certe æquabitis. Æquabitis dico? Quantum cett.*' Doering. *Dii quantum* conj. Roëll. *Æquabitis. Æquabitis dico? Quant.* Kreys.—9 *Hodieque* mavult Gron. et mox inf. *com-*

NOTÆ

plurimum fuit nomen, nec tamen Epirus accessio Macedoniæ fuit, licet minor potentia gloriaque.

[c] *Morte Pyrrhi nobilitatos*] Qua ratione Argis perierit Pyrrhus, diximus supra ad lib. XXIX. cap. 12.

[d] *Nostra nunc compara*] Non video cur contextus iste orationis pluralem numerum flagitet, scribendumque sit, *nostra nunc comparate*, ut Gronovio videtur. Etenim fatetur ipse nihil usitatius, quam ut plures alloquendo, tamen, quasi ad unum verba dirigamus: ut vel statim hac ipsa oratione dicitur 'secutos crederes,' pro credere possetis.

[e] *Manserunt enim Punico postea bello*] Hæc ironice dicta; nam vere defecerunt hæ gentes ad Pœnos.

domi, feliciora potentioraque arma esse. Ite in suffragium, bene juvantibus Diis, et, quæ Patres censuerunt, vos jubete. Hujus vobis sententiæ non consul modo auctor est, sed etiam Dii immortales; qui mihi sacrificanti precantique, ut hoc bellum mihi, senatui, vobisque et sociis[11] ac nomini Latino, classibus exercitibusque nostris bene ac feliciter eveniret, læta omnia prosperaque portendere.'

8. Ab hac oratione in suffragium missi, uti rogarat,[12] [f] bellum jusserunt.[i] Supplicatio inde a consulibus in triduum ex senatus consulto indicta est, obsecratique circa omnia pulvinaria Dii, ut,[13] quod bellum cum Philippo populus jussisset, id bene ac feliciter eveniret. Consultique feciales ab consule Sulpicio, bellum, quod indiceretur regi Philippo, utrum ipsi utique nuntiari juberent, an satis esset, in finibus regni quod proximum præsidium esset, eo nuntiari? Feciales decreverunt, utrum eorum fecisset, recte facturum.[k] Consuli a Patribus permissum, ut, quem videretur, ex iis, qui extra senatum essent,[g] legatum mitteret ad bellum regi indicendum. Tum de exercitibus consulum prætorumque actum. Consules binas legiones scribere

[i] *Cum post hanc orationem rogata essent populi suffragia, omnes, juxta id quod rogaverat consul, censuerunt bellum gerendum adversus Philippum.*

[k] *Feciales interrogati an sufficeret bellum denuntiari in eo Macedonum præsidio, quod proximum esset finibus Romanorum, responderunt fore ut utrovis modo rite a consule denuntiaretur, sive ipsi Philippo juberet bellum indici, sive significari ad præsidium ejus proximum.*

parate pro *compara*.—10 *Romanam* Kreys.—11 'In cod. Vict. et quibusdam aliis apud Drak. *vobisque, Quirites, sociis,* quod melius et decentius Crevierio videtur.' *Doering.*

12 Vid. Not. Var.—13 *Ut* del. Gron. Doujat. Mox vocem *feciales*, posteriore loco, ob ingratam ejus repetitionem, J. F. Gron. et Crev. delendam

NOTÆ

[f] *Uti rogarat*] Formula approbandi leges fuit, 'uti rogas;' sive, postquam suffragia per tabellas ferri cœperunt, literæ duæ U. R. sed quanquam unusquisque legem admittentium ea formula uteretur, non ideo sequitur, ut Sigonius putavit, a Livio aliisque auctoribus ea de re agentibus, hanc formulam exprimi: itaque prout narratio exigit, ita aiunt, 'uti rogarat,' 'uti rogassent,' quemadmodum recte advertit Gronov.

[g] *Qui extra senatum essent*] Fecialem, scilicet, qui non esset e numero senatorum vel magistratuum.

jussi; veteres dimittere exercitus.[h] Sulpicio, cui novum ac magni nominis bellum decretum erat, permissum, ut de exercitu, quem P. Scipio[14] ex Africa deportasset, voluntarios, quos posset, duceret: invitum ne quem militem veterem ducendi jus esset. Prætoribus L. Furio Purpureoni et Q. Minucio Rufo quina millia socium Latini nominis consul daret: quibus præsidiis alter Galliam, alter Bruttios provinciam obtineret. Q. Fulvius Gillo et ipse jussus ex eo exercitu, quem P. Ælius consul habuisset, ut quisque minime multa stipendia haberet,[l] legere, donec et ipse quinque millia socium ac nominis Latini effecisset: id præsidio Siciliæ provinciæ esset.[15] M. Valerio Faltoni, qui prætor priore anno Campaniam provinciam habuerat, prorogatum in annum imperium est; uti proprætor in Sardiniam trajiceret, atque de exercitu,[16] qui ibi esset, quinque millia socium nominis Latini, qui eorum minime multa stipendia haberet,[17] legeret. Et consules duas urbanas legiones scribere jussi, quæ, si quo res posceret, multis in Italia contactis gentibus Punici belli societate, iraque inde tumentibus, mitterentur. Sex legionibus Romanis eo anno usura res publica erat.

9. In ipso apparatu belli legati ab rege Ptolemæo venerunt, qui nuntiarunt,[18] 'Athenienses adversus Philippum petisse ab rege auxilium. Ceterum, etsi communes socii sint, tamen, nisi ex auctoritate populi Romani, neque classem, neque exercitum defendendi aut oppugnandi cujus-

[l] *Prout unusquisque eorum minori tempore quam alii ejusdem exercitus militasset.*

putant, improbb. codd. vett.—14 *Proconsul Scipio,* ut supra, vett. edd.—15 Gron. malebat *id præsidium Sic. prov. esse,* sc. jussum. Mox *Falconi* olim legebatur.—16 *Trajiceret. Is quoque* Kreys. *Trajiceret. Quoque de* edd. ante Sigon.—17 *Haberent* Kreys. Doer.

NOTÆ

[h] *Veteres dimittere exercitus*] Num potius *veteres dimittere ab exercitibus?* quid enim ad tantum bellum duæ legiones si exercitus dimittantur qui antea comparati erant? nisi exercituum nomine intelligas partem exercituum, veteranos nempe, qui in unoquoque exercitu. Certe legionibus 6. usa est hoc anno respublica.

quam causa regem in Græciam missurum esse. Vel quieturum eum in regno, si populo Romano socios defendere liceat;[19] vel Romanos quiescere, si malint, passurum, atque ipsum auxilia, quæ facile adversus Philippum tueri Athenas possent, missurum.' Gratiæ regi ab senatu actæ, responsumque, 'Tutari socios populo Romano in animo esse: si qua re ad[20] id bellum opus sit, indicaturos regi, regnique ejus opes scire subsidia firma ac fidelia suæ rei publicæ esse.' Munera deinde legatis in singulos quinum millium æris[i] ex senatus consulto missa. Cum delectum consules haberent, pararentque quæ ad bellum opus essent; civitas religiosa, in principiis maxime novorum bellorum, supplicationibus habitis jam, et obsecratione circa omnia pulvinaria facta, ne quid prætermitteretur, quod aliquando factum esset, ludos Jovi donumque vovere consulem, cui provincia Macedonia evenisset, jussit. Moram voto publico Licinius pontifex maximus attulit, qui negavit, 'ex incerta pecunia vovere debere, si ea pecunia non posset in bellum usui esse.[k] Reponi statim debere, nec cum alia pecunia misceri. Quod nisi factum esset, votum rite solvi non posse.'[1] Quanquam et res, et auctor movebat, tamen ad collegium pontificum referre consul jussus, si posset[m] recte votum incertæ pecuniæ suscipi. Posse, rectiusque etiam esse, pontifices decreverunt. Vovit in eadem verba consul, præeunte maximo pontifice, quibus

[m] *An posset.*

18 Plurimi codd. apud Drak. *qui nuntiarent.*—19 'Forte leg. *libeat* cum Mur.' *Rupert.*—20 Quidam Mss. *si quæ res ad.*—1 'Forte leg. *ex inc. pec. voveri deberi. Si ea pec. nunc posset in bell. usui esse, seponi statim debere.*' Rupert. *Ex inc. pec. voveri debere, quia pec. non posset in bell. usui esse, seponique statim deberet, ... quod si factum esset.* Kreys.

NOTÆ

[i] *Quinum millium æris*] Si asses unciales dicamus, æstimari poterunt libris ferme 258. Francicis.

[k] *Si ea pecunia non posset in bellum usui esse*] Τὸ *si*, non ex hypothesi dicitur, ita ut velit, si pecunia illa quæ voveretur ad ludos, non deberet in belli usus impendi, eam reponendam esse seorsim ab alia quavis pecunia: sed illud *si* accipiendum est affirmate atque asseveranter pro siquidem, quandoquidem.

antea quinquennalia vota suscipi solita erant; præterquam quod tanta pecunia, quantam tum, cum solveretur, senatus censuisset, ludos donaque facturum vovit. Toties ante ludi magni de certa pecunia voti erant: ii primi de incerta.[1]

10. Omnium animis in bellum Macedonicum versis, repente nihil minus eo tempore timentibus, Gallici tumultus fama exorta est. Insubres Cenomanique et Boii, excitis Salyis Ilvatibusque[2] [m] et ceteris Ligustinis populis, Hamilcare Pœno duce, qui in iis locis de Hasdrubalis exercitu substiterat, Placentiam invaserant; et, direpta urbe, ac per iram magna ex parte incensa, vix duobus millibus hominum inter incendia ruinasque relictis, trajecto Pado ad Cremonam diripiendam pergunt. Vicinæ urbis audita clades spatium colonis dedit ad claudendas portas, præsidiaque per muros disponenda; ut obsiderentur tamen [n] prius, quam

2 ' Pro *Salyis* Mss. et edd. antt. habent *Selanibus, Selinibus, Silemibus,* et *Senilibus.* Cluverius conj. *Statiellis Veliatibusque;* J. F. Gron. *Salyis Celelatibusque;* J. Gron. *Sollinibus Iriatibusque.*' Rupert.—3 Vulgat. olim *ad po-*

NOTÆ

[1] *Ii primi de incerta*] Primum hoc votum ludorum ita conceptum est, ut in sumtus eorum nulla certa summa taxata fuerit, veluti decem millium; sed sub incerta quantitate, veluti quantam tunc senatus jussisset cum voti compos factus esset populus Romanus.

[m] *Salyis Ilvatibusque* [*Statiellis Iriatibusque*] Legitur vulgo *Sallyis, Ilvatibusque:* sed neutri Ligustici proprie generis erant. Sallyi quidem, sive Salyes, Liguribus ad occasum finitimi, et aliquando Gallo Liguribus annumerati, sed proprie in Gallia, et provincia quæ post Narbonensis dicta. Eorum caput Aquæ Sextiæ, vulgo *Aix en Provence;* verum longius a Gallis Cispadanis, de quibus hic agitur, dissiti: Ilvates autem dici possunt incolæ insulæ Tyrrheni maris, Ilvæ: sed neque illi huc pertinerent. Legendum itaque *Statiellis,* quorum civitas Aquæ Statiellorum, nunc vulgo *Acqui,* in ducatu Montis Ferrati: *Iriatibusque* sic dictis ab Iria oppido, cujus meminere in hoc tractu Plinius, Ptolemæus, atque Itineraria: nunc *Voghera,* in Mediolanensi ducatu, decimo ferme milliari a Dertona. Hæc sane oppida duo inter nobilia Ligurum numerantur a Plinio; quanquam Iriam et Dertonam Ptolemæus perperam Taurinis tribuat.

[n] *Ut obsiderentur tamen*] Subintellige, ut, si quidem expugnandi essent, tamen necesse esset eos prius obsideri: vel illud *tamen* accipietur hoc loco pro saltem ut saltem obsiderentur, nec primo impetu caperentur; atque ut possent mittere legatos ad petendum auxilium.

expugnarentur, nuntiosque mitterent ad prætorem Romanum.[3] [o] L. Furius Purpureo tum[4] provinciæ præerat: cetero ex senatus consulto exercitu dimisso, præter quinque millia socium ac Latini nominis, cum iis copiis in proxima regione provinciæ circa Ariminum[p] substiterat. Is tum senatui scripsit, quo in tumultu provincia esset. 'Duarum coloniarum, quæ ingentem illam tempestatem Punici belli subterfugissent, alteram captam ac direptam ab hostibus, alteram oppugnari. Nec in exercitu suo satis præsidii colonis laborantibus fore, nisi quinque millia socium quadraginta millibus hostium (tot enim in armis esse) trucidanda objicere velit, et tanta sua clade jam inflatos excidio coloniæ Romanæ augere[5] hostium animos.'

11. His literis recitatis decreverunt, ut C. Aurelius consul exercitum, cui in Etruriam[6] ad conveniendum diem edixerat, Arimini eadem die adesse juberet, et aut ipse, si per commodum rei publicæ posset, ad opprimendum Gallicum tumultum proficisceretur; aut L. Furio prætori scriberet, ut, cum ad eum legiones ex Etruria venissent, missis in[7] vicem earum quinque millibus sociorum, qui interim Etruriæ præsidio essent, proficisceretur ipse ad coloniam liberandam obsidione. Legatos item mittendos in Africam censuerunt, eosdem Carthaginem, eosdem in Numidiam ad Masinissam: Carthaginem, ut nuntiarent 'civem eorum Hamilcarem relictum in Gallia, haud satis scire ex Hasdrubalis prius, an ex Magonis postea exercitu, bellum contra fœdus facere: exercitus Gallorum Ligurumque excivisse ad arma contra populum Romanum.

pulum Romanum.—4 *Qui tum* Gron. Donjat. Crev. commate post *præerat* posito.—5 *Augeri* ante Sigon. legebatur.

6 'Editi ante Aldum, *in Etruria;* quod magis placet Crev. quia *Arimini* sequitur; sed aliter *adesse*, aliter *convenire*, construitur.' *Doering.*—7 Putat

NOTÆ

[o] *Ad prætorem Romanum*] Ita sane legendum cum Sigonio, non ut vulgo, *ad populum Romanum:* neque enim Romam miserunt, sed ad Furium Purpureonem, qui provinciæ Galliæ præerat, ut mox subjicitur.

[p] *Circa Ariminum*] In confinio nimirum Galliæ Cisalpinæ.

Eum, si pax placeret, revocandum illis, et dedendum populo Romano esse.' Simul nuntiare jussi, 'perfugas sibi non omnes redditos esse, ac[8] magnam partem eorum palam Carthagini obversari dici: quos comprehendi conquirique debere, ut sibi ex fœdere restituantur.' Hæc ad Carthaginienses mandata. Masinissæ gratulari jussi, 'quod non patrium modo recuperasset regnum, sed, parte florentissima Syphacis finium adjecta, etiam auxisset.' Nuntiare præterea jussi,[9] 'bellum cum rege Philippo susceptum, quod Carthaginienses auxiliis juvisset, injuriasque inferendo sociis populi Romani, flagrante bello Italia,[10] coëgisset classes exercitusque in Græciam mitti; et, distinendo copias, causa inprimis fuisset serius in Africam trajiciendi. Petere,[11] ut ad id bellum mitteret auxilia Numidarum equitum.' Dona ampla data, quæ ferrent regi, vasa aurea argenteaque, toga purpurea et palmata tunica cum eburneo scipione,[12] et toga prætexta cum curuli sella; jussique polliceri, 'si quid ei ad firmandum[q] augendumque regnum opus esse judicasset,[13] enise id populum Romanum merito ejus præstaturum.' Verminæ quoque Syphacis filii legati per eos dies senatum adierunt, excusantes errorem adolescentiamque, et culpam omnem in fraudem Carthaginiensium[r] avertentes. 'Et Masinissam Romanis ex hoste amicum factum: Verminam quoque annisurum, ne officiis in populum Romanum aut a Masinissa, aut ab ullo alio vincatur. Petere, ut rex sociusque et amicus ab senatu appellaretur.' Responsum legatis est: 'Et patrem ejus Syphacem sine causa ex socio et amico hostem re-

J. F. Gron. delendum τὸ *in*.—8 *Ac* del. Gron. Doujat. Crev.—9 Vox *jussi* Gronovio supervacua videtur.—10 Vulgo *Italiæ*. In quibusd. codd. *in Italia*. —11 'Drak. veterem plurimorum codd. lection. *peterent*, sive *peterentque*, probat.' *Doering*.—12 'Cl. Vales. in Ms. invenit *sceptro*. Itidem mihi in Th. obvenit.' *Jac. Gron.* Mox *sibi ad firmandum* mavult J. F. Gron.—13 *In-*

NOTÆ

[q] *Si quid ei ad firmandum*] Putat Gronov. rescribendum, *Si quid sibi opus esse, &c.* ut intelligatur ipsi Masinissæ. Verum τὸ *ei* eodem sensu non raro sumitur.

[r] *In fraudem Carthaginiensium*] *Fraudem*, intellige active, qua scilicet Carthaginienses Verminam decepissent.

pente populi Romani factum; et eum ipsum rudimentum adolescentiæ bello lacessentem Romanos posuisse. Itaque pacem illi prius petendam a populo Romano esse, quam ut rex sociusque et amicus appelletur. Nominis ejus honorem pro magnis erga se regum meritis dare populum Romanum consuesse. Legatos Romanos in Africa fore, quibus mandaturum senatum, ut Verminæ pacis dent leges, liberum arbitrium eis populo Romano permittente.[14] Si quid ad eas addi, demi, mutarive vellet, rursus ab senatu ei postulandum fore.' Legati cum iis mandatis[s] in Africam missi C. Terentius Varro, Sp. Lucretius,[15] Cn. Octavius. Quinqueremes singulis datæ.

12. Literæ deinde in senatu recitatæ sunt Q. Minucii prætoris, cui Bruttii provincia erat; ' Pecuniam Locris ex Proserpinæ thesauris nocte clam sublatam: nec, ad quos pertineat facinus, vestigia ulla extare.' Indigne passus senatus, non cessari ab sacrilegiis,[t] et ne Pleminium quidem, tam clarum recensque noxæ simul ac pœnæ exemplum, homines deterrere. C.[16] Aurelio consuli negotium datum, ut ad prætorem in Bruttios scriberet: ' senatui placere, quæstionem de expilatis thesauris eodem exemplo haberi, quo M. Pomponius prætor triennio ante habuisset. Quæ inventa pecunia esset, reponi. Si quo minus[17] inventum foret, expleri:[*] [u] ac piacularia, si videretur, sicut

[*] *Si minus pecuniæ inveniretur quam antea fuisset, quanto minus esset inventum, tantum suppleri.*

dicasset Kreyssig.—14 In multis Mss. et edd. antt. *ejus* prob. Ruben. si et *permittenti* legatur: *ejus .... permittenti* Kreyssig.—15 Ita Drak. edidit pro vulgata lectione *P. Lucretius.*
16 *Cn.* Gron. Doujat.—17 Legend. putat Rupert. *si quod minus.*—18 Vo-

NOTÆ

[s] *Cum iis mandatis*] Quæ nempe supra ad Carthaginienses, atque ad Masinissam ferenda dixit: neque enim ad Verminam missi hi legati, quasi ab eo quid postulaturi, sed pacem petenti dicturi leges.

[t] *Non cessari ab sacrilegiis*] Vide supra lib. XXIX. cap. 8. 18. 20. et 21. de Pyrrho, Hasdrubale, Pleminio.

[u] *Expleri*] Ex bonis, scilicet reorum, ut infra. Quid si hæc non sufficerent? tunc quod deesset, id ex ærario reditibusve publicis, opinor, reficiendum fuisset.

ante pontifices censuissent, fieri causa[18] expiandæ violationis ejus templi.' Prodigia etiam sub idem tempus pluribus locis nuntiata acciderunt. In Lucanis cœlum arsisse afferebant. Priverni sereno[x] per diem totum rubrum solem fuisse. Lanuvii templo Sospitæ Junonis nocte strepitum ingentem exortum. Jam animalium obscœni fœtus pluribus locis nuntiabantur. In Sabinis incertus infans natus, masculus an fœmina esset. Alter sexdecim jam annorum item ambiguo sexu inventus. Frusinone agnus cum suillo capite, Sinuessæ porcus cum capite humano natus: in Lucanis in agro publico equuleus cum quinque pedibus. Fœda omnia et deformia errantisque in alienos fœtus naturæ visa. Ante omnia abominati semimares,[y] jussique in mare extemplo deportari: sicut proxime, C. Claudio, M. Livio consulibus, deportatus similis prodigii fœtus erat. Nihilo minus decemviros adire libros de portento eo jusserunt. Decemviri ex libris res divinas easdem, quæ proxime secundum id prodigium factæ essent, imperarunt. Carmen præterea ab ter novenis virginibus cani per Urbem jusserunt, donumque Junoni Reginæ ferri. Ea uti fierent, C. Aurelius consul ex decemvirorum responso curavit. Carmen, sicut patrum memoria Livius, ita tum condidit P. Licinius Tegula.

13. Expiatis omnibus religionibus, (nam etiam Locris sacrilegium pervestigatum a Q. Minucio erat, pecuniaque ex bonis noxiorum in thesauros[19] reposita,) cum consules in provincias proficisci vellent; privati frequentes, quibus ex pecunia, quam M. Valerio,[20] M. Claudio consulibus mutuam dederant, tertia pensio debebatur[z] eo anno, adie-

cem *causa* delendam putat J. F. Gron.
19 *In thesauris* edd. antt.—20 *Et* add. edd. ante Gron. Judicat Jac. Gron.

NOTÆ

x *Sereno*] Intellige cœlo, sive tempore.

y *Abominati semimares*] Passive sumitur τὸ *abominati*, ut apud Horat. 'Parentibusque abominatus Hannibal.'

z *Tertia pensio debebatur*] Cum privati non pauci sublevandæ ærarii ino-

runt senatum; quia consules, cum ad novum bellum, quod magna classe magnisque exercitibus gerendum esset, vix ærarium sufficeret, negaverant esse, unde iis in præsentia solveretur. Senatus querentes eos non sustinuit, 'Si in Punicum bellum pecunia data in Macedonicum quoque bellum uti res publica vellet; aliis ex aliis orientibus bellis, quid aliud quam publicatam,[1] pro beneficio,[a] tanquam ob noxam, suam pecuniam fore?'[o] Cum et privati[2] æquum postularent, nec tamen solvendo ære alieno res publica esset, quod medium inter æquum et utile erat, decreverunt, 'Ut, quoniam magna pars eorum agros vulgo venales esse diceret, et sibimet emtis opus esse, agri publici, qui intra quinquagesimum lapidem esset, copia iis fieret. Consules agrum æstimaturos, et in jugera asses vectigales,[b] testandi causa publicum agrum esse,[p] impositūros; ut, si quis, cum solvere posset populus, pecuniam habere, quam agrum,

[o] *Non potuit senatus eorum questibus resistere, cum dicerent ita secum agi quasi peccassent mutuam in publicos usus dando pecuniam.*

[p] *Ut ea testificatione constaret, &c.*

relictum fuisse ab Livio *Marcis Valerio et Claudio consulibus.*—1 *Quam publicam* edd. ante Gron. *publicam tam pro* Pet.—2 Vocula *et* omittitur in cod. Voss. *Cum hi privati* Lov. 1. apud Drak. Mox *æri alieno* Kreyssig. Doer.—

NOTÆ

piæ pecuniam nono secundi belli Punici anno contulissent, uti lib. XXVI. cap. 36. vidimus, sexto inde anno placuerat ut ea pecunia tribus pensionibus solveretur, *à trois termes:* quarum primam repræsentarent ejus anni consules, secundam tertii, tertiam quinti ab eodem anno consules; secundæ pensionis solutione dilata in hunc usque annum, quo jam debebatur tertia; non immerito querebantur creditores. Initur idcirco via, qua ipsis satisfiat, assignata cuique agri publici parte justo pretio æstimata, loco pecuniæ debitæ.

[a] *Publicatam, pro beneficio*] Sic ex codicibus quibusdam Gronov. eleganter sane: invidiose enim creditores pecuniam suam populo sine usuris creditam, cum sua die non redderetur, publicatam aiunt: non quod revera decreto sive auctoritate aliqua in publicum redacta fuisset; sed quod, cum nunquam ad ipsos reditura videretur, perinde erat, quantum ad illius usum, ac si esset publicata: *pro beneficio* autem dicitur, ut ostendant creditores beneficium suum damnosum sibi fieri, seu nimium dilata solutione contingere ut sibi loco officii exhibiti velut pœna rependatur.

[b] *Asses vectigales*] Hæc jam tum rudimenta emphyteuseos. Canonis enim seu pensionis annuæ nomine as unus in singula jugera indicitur.

mallet, restitueret agrum populo.' Læti eam conditionem privati accepere. Trientius Tabuliusque [3] [c] is ager, quia pro tertia parte pecuniæ datus erat, appellatus.

14. Tum P. Sulpicius, secundum vota in Capitolio nuncupata, paludatus cum lictoribus profectus ab Urbe, Brundisium venit, et, veteribus militibus voluntariis ex Africano exercitu in legiones descriptis, navibusque ex classe consulis Cornelii lectis, altera die, quam a Brundisio solvit, in Macedoniam trajecit. Ibi ei præsto fuere Atheniensium legati, orantes, ut se obsidione eximeret. Missus extemplo Athenas est C. Claudius Centho [4] cum viginti longis navibus et [5] militum copiis. Neque enim ipse rex Athenas obsidebat. Eo maxime tempore Abydum oppugnabat, [d] jam cum Rhodiis et Attalo navalibus certaminibus, neutro feliciter prælio, vires expertus. [6] [e] Sed animos ei faciebat, præter ferociam insitam, fœdus ictum cum Antiocho Syriæ rege, [f] divisæque jam cum eo Ægypti opes; cui, morte audita Ptolemæi regis, ambo imminebant. Contraxerant autem sibi [7] cum Philippo bellum Athenienses haudquaquam digna causa; dum ex vetere fortuna nihil præter animos

3 Vid. Not. Delph. inf.

4 *Cento* Gron. Doujat.—5 Verbo *militum* præponit Kreys. *mille.* 'Crev. ante *militum* vocem aliquam v. c. *exiguis* vel *parvis* excidisse suspicatur.' *Doering.* —6 'Crev. legendum putat *duobus navalibus certaminibus, neutro* (sc. certamine) *feliciter, vires expertus.*' Doering.—7 *Sibi* del. edd. ante Gron.—

NOTÆ

[c] *Trientius Tabuliusque*] Non male confecta hæc nomina, quod pro triente, sive tertia pensione ejus quod tabulis publicis debebatur, datus erat: neque erat quod Sigon. ac Turnebus sese fatigarent, ille legendo *Tributusque*, hic *Tributiusque:* cum non tributo imposito, sed constituto vectigali annuo, hi agri dati fuissent.

[d] *Abydum oppugnabat*] Asiæ minoris oppidum ad Hellespontum fuit Abydos, opposito in Thracia Sesto respondens: quæ loca Leandri et Heronis amoribus clara: adhuc nomen retinet: oppidum *Avido* dicitur, uni e castellis quæ *Dardanella* vocantur vicinum.

[e] *Neutro feliciter prælio, vires expertus*] Nempe Philippus, bis victus a Rhodiis, atque ab Attalo.

[f] *Antiocho Syriæ rege*] Hic Antiochus magnus, inter ceteros Syriæ reges dictus, Seleucidarum eo nomine sextus, non modo in Syria, sed et in minoris Asiæ parte, ac trans Euphratem regnavit.

servant. Acarnanes duo juvenes per initiorum dies,[g] non initiati, templum Cereris, imprudentes religionis, cum cetera turba ingressi sunt. Facile eos sermo prodidit, absurde quædam percunctantes; deductique ad antistites templi, cum palam esset, per errorem ingressos, tanquam ob infandum scelus,[h] interfecti sunt. Id tam fœde atque hostiliter factum gens Acarnanum ad Philippum detulit; impetravitque ab eo, ut, datis Macedonum auxiliis, bellum se inferre Atheniensibus pateretur. Hic exercitus, primo terram Atticam ferro ignique depopulatus, cum omnis generis præda in Acarnaniam rediit; et irritatio[8] animorum ea prima fuit. Postea justum bellum decretis civitatis[i] ultro indicendo factum. Attalus enim rex Rhodiique, persecuti cedentem in Macedoniam Philippum, cum Æginam venissent; rex Piræeum,[k] renovandæ firmandæque cum Atheniensibus societatis causa, trajecit. Civitas omnis obviam effusa cum conjugibus ac liberis, sacerdotes cum insignibus suis in-



8 'Mss. omnes cum Th. interjiciunt *finem*. Lege *Et irritatio quidem animorum*. Mox idem Th. et S. Victor. *persecuti*, non *secuti*.' Jac. Gron. *Irritatio quidem* Kreyssig. *Secuti* Gron. Doujat.

NOTÆ

g *Per initiorum dies*] Dicuntur *initia* pro mysteriis et arcanis, quibus homines primarii a Cereris sacerdotibus initiabantur. In his solenniis erat ardentium tædarum jactatio a currentibus, et facem sibi mutuo tradentibus, ac silentium: unde apud Senecam Tragicum in Hippolyto, 'Jactare tacitis conscias sacris faces:' ideo Callias Cereris sacerdos δᾳδοῦχος appellatur a Plutarcho in Aristide, id est, *tædæ gestator:* qui quidem facis usus non solum in annua sacrorum celebratione, sed in omnium sacerdotum initiationibus locum habebat, teste Heliodoro lib. IX. His Cereris sacris initiatus Athenis postea fuit Augustus. Per eos itaque dies, quibus festum Cereris celebrabatur, cum ignorarent forte ad ea sacra non admitti nisi initiatos, aut non initiatis capitis pœnam irrogandam, inito templo piaculum contraxerant, et malam rem sibi accersiverant Acarnanes hi duo.

h *Tanquam ob infandum scelus*] Pro ingenti sacrilegio habebatur Cereris, Proserpinæ, aut Bacchi sacra adiisse quibus quis initiatus non esset: ut ejus criminis rei post mortem apud Inferos in luto volutari crederentur. Consulendus Meursius Eleusinior. c. 18. in Græcia feriata.

i *Civitatis*] Atheniensium scilicet.

k *Rex Piræeum*] Regem intellige Attalum: Piræeus autem Athenarum portus ex tribus præcipuus: nunc *Portolione*.

trantem urbem, ac Dii prope ipsi exciti sedibus suis, exceperunt.

15. In concionem[k] extemplo populus vocatus, ut rex, quæ vellet, coram ageret: deinde ex dignitate magis visum, scribere eum, de quibus videretur, quam præsentem aut referendis suis in civitatem beneficiis erubescere, aut significationibus[l] acclamationibusque multitudinis, assentatione immodica pudorem onerantis. In literis autem, quæ missæ in concionem recitatæque[9] sunt, commemoratio erat beneficiorum primum in civitatem sociam; deinde rerum, quas adversus Philippum gessisset; ad postremum adhortatio; 'Capessendum bellum,[10][m] dum se, dum Rhodios, tum quidem, dum etiam Romanos haberent. Nequicquam postea, si tum cessassent, prætermissam occasionem quæsituros.' Rhodii deinde legati auditi sunt; quorum recens erat beneficium, quod naves longas quatuor Atheniensium, captas nuper a Macedonibus recuperatasque, remiserant. Itaque ingenti consensu bellum adversus Philippum decretum. Honores regi primum Attalo immodici, deinde et Rhodiis habiti: tum primum mentio illata de tribu, quam Attalida appellarent, ad decem veteres tribus[n] addenda: et Rhodiorum populus corona aurea virtutis gratia donatus, civitasque Rhodiis data, quemadmodum Rhodii prius

9 *Recitatæ*, *τῷ que* abjecto, Gron. Doujat. Crev. Mox *suam* pro *sociam* ante Sigon.—10 *Adhortatio capessendi belli* vet. lib. apud Sigon.—11 ' Ita pro vul-

NOTÆ

[k] *In concionem*] Apud Athenienses concio ἐκκλησία vocabatur: at Christianis *ecclesiæ* nomen pro conventu fidelium dicitur.

[l] *Aut significationibus*] Repete erubescere.

[m] *Capessendum* [*Capessendi*] *bellum*] Alias *capessendum.*

[n] *Ad decem veteres tribus*] Divisa erat Attica in tribus, quibus nomen initio inditum ab oppidis vicisve præcipuis, quas privati nomini quisque suo in instrumentis addebant. Et initio quatuor Atheniensium fuere tribus, sive populi partes. Clisthenes, pulsis Pisistratidis, cum alia multa, tum veterum tribuum numerum et nomina mutavit, ut scribit Herodotus. Nam decem fecit, et a totidem heroibus nominavit, ut Cecropida a Cecrope primo rege, &c. eas recenset Demosthenes in funebri Atheniensium laudatione. Nunc in honorem Attali, id est, de ejus nomine Attalida indigitandam tribum unam censebant.

Atheniensibus dederant. Secundum hæc rex Attalus Æginam ad classem se recipit. Rhodii Ciam [11] [o] ab Ægina, inde per insulas [p] Rhodum navigarunt; omnibus, præter Andrum [q] Parumque [r] et Cythnum,[s] quæ præsidiis Macedonum tenebantur, in societatem acceptis. Attalum Æginæ missi in Ætoliam nuntii expectatique inde legati aliquamdiu nihil agentem tenuere; et neque illos excire ad arma potuit, gaudentes utcumque composita cum Philippo pace; et ipse Rhodiique, si institissent tunc Philippo,[12] egregium liberatæ per se Græciæ titulum habere potuissent. Patiendo rursus eum in Hellespontum [t] trajicere, occupantemque Græciæ [13] opportuna loca [u] vires colligere, bellum aluere; gloriamque ejus gesti perfectique Romanis concesserunt.

gat. *Ceam* scribendum esse contendit Sigon. sed una eademque insula modo *Cea*, modo *Cia*, modo *Ceos* appellatur.' *Doering*.—12 'Duk. conj. *sed neque illos excire . . . et ipse Rhodiique cum*, (ita 5. Mss.) *si institissent cet.*' Rupert. Malnit Doer. *qui* pro *cum* post *Rhodiique*. *Cum si institissent* Kreyssig.—13 *Thraciæ* Kreyssig. Vid. Not. Delph. inf.

NOTÆ

[o] *Rhodii Ciam*] Non magna fuit insula Cia, sive Cea, in Myrtoo mari, opposita Eubœæ, itemque Sunio Atticæ promontorio, interjacente minore insula, cui nomen Helena: hodie *Zia*, sub Turcarum dominio, ut et sequentes.

[p] *Inde per insulas*] Maris scilicet Ægæi, quæ Cyclades vocantur.

[q] *Andrum*] Andrus, sive Andros, insula triginta millibus distat a Cea, ad ortum Eubœæ, e regione Carysti; hodie *Andro*.

[r] *Parum*] Insula exigua est Ægæi maris *Paros*, Naxo proxima, quæ illi ad ortum æstivum: hodie *Paris*.

[s] *Et Cythnum*] Superioribus major non est insula Cythnus, inter Ciam et Paron sita, ad septemtrionem Seriphi: adhuc hodie *Cythno*, teste Sophiano.

[t] *In Hellespontum*] Hellespontus proprie fretum significat inter Sestum et Abydum, quo Asia ab Europa dirimitur, et mare Ægæum cum Propontide continuatur; sic dictum ab Helle Phryxi sorore, quæ ibi summersa memoratur: nunc vulgo nautis nostris, *le détroit de Gallipoli*, aut *le bras de S. George*: sed posterioribus temporibus tractum est illud nomen ad vicinam in Asia regionem, quæ a Sigæo prom. ad Lampsacum ex adverso Callipolis Thracicæ Chersonesi oppidi, inde secundum oram Propontidis Cyzicum usque protenditur; olim Phrygia minor et Troas.

[u] *Græciæ opportuna loca*] Notat Gronovius *Thraciæ* legendum; nam quæ statim nominantur oppida Thraciæ sunt; Maronea nempe, Ænus, &c. sed quidni de possessis antea a Philippo Græciæ urbibus, et per cessationem Attali, ac Rhodiorum, retentis intelligatur hic locus? occupandi sane verbum non minus detinere significat, quam invadere.

16. Philippus magis regio animo [x] est usus; qui, cum Attalum Rhodiosque hostes non sustinuisset, ne Romano quidem, quod imminebat, bello territus, Philocle quodam ex præfectis suis cum duobus millibus peditum, equitibus ducentis ad populandos Atheniensium agros misso, classe tradita Heraclidi, ut Maroneam peteret,[y] ipse terra eodem cum expeditis duobus millibus peditum, equitibus ducentis pergit. Et Maroneam quidem primo impetu expugnavit; Ænum inde [z] cum magno labore, postremo proditione Ganymedis præfecti Ptolemæi, cepit. Deinceps alia castella, Cypsela [a] et Doriscon [b] et Serrheum,[c] occupat. Inde progressus ad Chersonesum,[d] Elæunta [14] [e] et Alopeconnesum,[f]

14 Edd. ante Sigon *Eleunta*.

NOTÆ

[x] *Magis regio animo*] Generosius scilicet quam Attalus et Rhodii.

[y] *Ut Maroneam peteret*] Thraciæ urbs est Maronea seu Maronia, Homero Ismaros, inter Abderam et Ænum, ad oram maris Ægæi, Ciconum olim urbs, hodie *Marogna*.

[z] *Ænum inde*] Thraciæ quoque oppidum ad Hebri ostia, ab Ænea profugo conditum, nunc *Eno*: Turcis *Igno*.

[a] *Cypsela*] Vel Cypsella, in ea parte Thraciæ, quam olim Sapaciam, deinde Europam dixere; hodie *Ipsala* Leunclavio, *Chapsilar* Bellonio, ultra Hebrum, inter Doriscum et Apros.

[b] *Et Doriscon*] Doriscum oppidum quoque Thraciæ fuit ad Hebrum fluvium, supra Ænum: unde præfectura Drosica dicta; ibi campus sive locus Doriscus, decem millium hominum capax, ubi Xerxem copias suas, quia numero non poterat, spatio mensum esse ferunt, testibus Mela et Plinio. Nicolaus Sanso hoc oppidum idem facit cum *Dyme* Ptolemæi.

[c] *Et Serrheum*] Huic urbi nomen postea *Serrhæ*, inter Maroneam et Ænum, ad promontorium ejusdem nominis, contra Samothraciam insulam: nomen retinet fere *Serrh*.

[d] *Ad Chersonesum*] Peninsula Thraciæ ad Hellespontum, Græcis dicebatur Chersonesus, seu Cherronesus Thracica, aut etiam Hellespontica, in qua Callipolis, Cardia, Sestos, &c.

[e] *Elæunta*] Inter primarias Cherronesi Thracicæ civitates fuit olim Elæus, sive Eleus, -untis, ad Mastusiam promontorium, quod Sigeo respondet. Sunt qui velint oppidum illud Criteam quoque dici. Sed a Ptolemæo Eleus et Critea tanquam diversa oppida referuntur.

[f] *Et Alopeconnesum*] Nomen Vulpinam insulam designat. Oppidum est in peninsula ad extremam Chersonesi Thracicæ oram occasum versus, ex adverso insulæ Samothraces.

tradentibus ipsis,[q] recepit. Callipolis quoque [g] et Madytos [h] dedita, et castella quædam ignobilia. Abydeni, ne legatis quidem admissis, regi portas clauserunt. Ea oppugnatio diu Philippum tenuit: eripique ex obsidione, ni cessatum ab Attalo et Rhodiis foret, potuerunt. Attalus trecentos tantum milites in præsidium, Rhodii quadriremem unam ex classe, cum ad Tenedum [i] staret, miserunt. Eodem postea, cum jam vix sustinerent obsidionem, et ipse Attalus cum trajecisset, spem tantum auxilii ex propinquo ostendit, neque terra, neque mari adjutis sociis.

17. Abydeni primo, tormentis per muros dispositis, non terra modo adeuntes aditu arcebant, sed navium quoque stationem infestam hosti faciebant. Postea, cum et muri pars strata ruinis, et ad interiorem raptim oppositum murum cuniculis jam perventum esset, legatos ad regem [k] de conditionibus tradendæ urbis miserunt. Paciscebantur autem, ut Rhodiam quadriremem cum sociis navalibus, Attalique præsidium emitti liceret, atque ipsis [15] urbe excedere cum singulis vestimentis. Quibus cum Philippus nihil pacati, nisi omnia permittentibus, respondisset; adeo renuntiata hæc legatio ab indignatione simul ac desperatione iram accendit, ut, ad Saguntinam rabiem versi, matronas omnes in templo Dianæ, pueros ingenuos virginesque, infantes etiam cum suis nutricibus, in gymnasium includi juberent; aurum et argentum in forum deferri, vestem pre-

[q] *Incolis ultro se dedentibus.*

15 Ante Ald. edebatur *atque ipsos;* quod est etiam in codd. plurim.—

NOTÆ

[g] *Callipolis quoque*] Thraciæ urbs est ad Propontidem, e regione Lampsaci, in extrema ad septemtrionem atque ortum Chersonesi ora, ad fauces Hellesponti, qui inde nostris dicitur, *Détroit de Gullipoli:* Turcæ vocant *Geliboli:* olim ampla, nunc armamentario tantum clara.

[h] *Et Madytos*] Postea plurali numero Madyta: urbs fuit vel primaria, vel e primariis Thracicæ Chersonesi, inter Callipolin et Seston.

[i] *Ad Tenedum*] Tenedos insula est cum oppido cognomine ad Sigeum Troadis promontorium, bello Trojano cognita, hodieque *Tenedo,* nuper Venetis a Turcis erepta.

[k] *Legatos ad regem*] Hi a Polybio nominantur Iphiades, et Pantacnotus.

tiosam in naves Rhodiam Cyzicenamque, quæ in portu erant, congeri;[16] sacerdotes victimasque adduci, et altaria in medio poni. Ibi delecti primum, qui, ubi cæsam aciem suorum, pro diruto muro pugnantem, vidissent, extemplo conjuges liberosque interficerent; aurum, argentum vestemque, quæ in navibus esset, in mare dejicerent; tectis publicis privatisque, quam plurimis locis possent, ignes subjicerent: et, se[17] facinus perpetraturos, præeuntibus execrabile carmen sacerdotibus, jure jurando adacti;[r] tum militaris ætas jurare,[18] neminem vivum, nisi victorem, acie excessurum. Hi, memores Deorum,[l] adeo pertinaciter pugnaverunt, ut, cum nox prælium diremtura esset, rex prior, territus rabie eorum, pugna abstiterit. Principes,[m] quibus atrocior pars facinoris delegata erat, cum paucos et confectos vulneribus ac lassitudine superesse prælio cernerent, luce prima sacerdotes cum infulis ad urbem dedendam Philippo mittunt.

18. Ante deditionem ex iis legatis[19] Romanis, qui Alexandriam missi erant, M. Æmilius trium consensu[n] minimus natu, audita obsidione Abydenorum, ad Philippum venit. Qui, questus Attalo Rhodiisque arma illata, et quod tum maxime Abydum oppugnaret, cum rex ab Attalo et Rhodiis ultro se bello lacessitum diceret; 'Num

[r] *Sacerdotibus jurisjurandi execrandi formulam pronuntiantibus quam ceteri sequerentur.*

16 'Hanc lection. pro vulgat. *conjici*, primum a Jac. Gron. propositam, invenit quoque Crev. in plurim. codd.' *Doering.*—17 *Id se* Kreyssig.—18 'Τὸ *jurare*, ut superfluum, delendum putat Crev. me quidem illud haud offendit.' *Doering.*

19 Frustra, judice J. F. Gron. suspicatur Sigon. legendum esse *ex tribus*

NOTÆ

[l] *Memores Deorum*] Per quos juraverant.

[m] *Principes*] Glaucides et Theognetus, ut nominat Polybius.

[n] *M. Æmilius trium consensu*] Vulgo legebatur *ex tribus legatis Romanis, &c. M. Æmilius duorum consensu*: quam mutationem qui induxerant, censebant absurde dici *trium consensu*, cum legati tres tantum essent, quorum e numero ipse Æmilius. Verum regius codex, cum aliis optimæ notæ membranis, conveniunt cum textu Gronoviano: et *trium consensu* idem est ac consensu amborum collegarum, et suo.

Abydeni quoque,'[o] inquit, 'ultro tibi intulerunt arma?' Insueto vera audire ferocior oratio visa est, quam quæ habenda apud regem esset. 'Ætas,' inquit, 'et forma et super omnia Romanum nomen te ferociorem facit. Ego autem primum velim, vos fœderum memores servare mecum pacem. Si bello lacesseritis, mihi quoque in animo est facere, ut regnum Macedonum nomenque, haud minus quam Romanum, nobile bello sentiatis.'[20] Ita dimisso legato, Philippus, auro argentoque, quæ coacervata erant, accepto, hominum prædam omnem amisit. Tanta enim rabies multitudinem invasit, ut repente proditos rati, qui pugnantes mortem[1] occubuissent, perjuriumque aliis alii exprobrantes, et sacerdotibus maxime, qui, quos ad mortem devovissent, eorum deditionem vivorum hosti fecissent, repente[2] omnes ad cædem conjugum liberorumque discurrerent, seque ipsi per omnes vias leti[3] interficerent. Obstupefactus eo furore rex suppressit impetum militum, et, 'triduum se ad moriendum Abydenis dare,' dixit. Quo spatio plura facinora in se victi ediderunt, quam infesti edidissent victores; nec, nisi quem vincula aut alia necessitas mori prohibuit, quisquam vivus in potestatem venit. Philippus, imposito Abydi[4] præsidio, in regnum rediit. Cum, velut Sagunti excidium Hannibali, sic Philippo Abydenorum clades ad Romanum bellum animos fecisset, nuntii occurrerunt, consulem jam in Epiro esse, et Apolloniam[p] terrestres copias, navales Corcyram[q] in hyberna deduxisse.



legatis. Edd. ante Sigon. *duorum consensu.*—20 Oxon. et Voss. teste J. F. Gron. *mihi quoque animo est facere, et regn. Maced. nomenque, haud mi. qu. Rom. nobile bello sentietis.*—1 In quibusd. librr. vett. *morte.* Mox *alius* pro *aliis* Kreyssig.—2 Vocem *repente* hoc loco, ut supra, superfluum esse Crev. arbitratur.—3 Vett. lib. apud Sigon. *læti.*—4 Conj. Rupert. c. Jac. Gron. reponendum ex quatuor Mss. *Abydenis.*

NOTÆ

[o] *Num Abydeni quoque*] Æmilius apud Polybium, præter Abydenos exprobrat etiam Athenienses et Cianos a Philippo vexatos.

[p] *Et Apolloniam*] Non pertinebat proprie ad Epirum Apollonia; sed

19. Inter hæc legatis, qui in Africam missi erant de Hamilcare Gallici exercitus duce, responsum a Carthaginiensibus est, nihil ultra se facere posse, quam ut exilio eum mulctarent, bonaque ejus publicarent. Perfugas et fugitivos, quos inquirendo vestigare potuerint, reddidisse; et de ea re missuros legatos Romam, qui senatui satis facerent. Ducenta millia modium[r] tritici Romam, ducenta ad exercitum in Macedoniam miserunt. Inde in Numidiam ad regem,[5] [s] profecti legati. Dona data Masinissæ, mandataque edita. Equites mille Numidæ (cum duo millia daret) accepti. Ipse[t] in naves imponendos curavit, et cum ducentis millibus modium tritici, ducentis hordei, in Macedoniam misit. Tertia legatio ad Verminam erat. Is, ad primos fines regni legatis obviam progressus, ut scriberent ipsi, quas vellent, pacis conditiones, permisit. Omnem pacem bonam justamque fore sibi cum populo Romano. Datæ leges pacis, jussusque ad eam confirmandam mittere legatos Romam.

20. Per idem tempus L. Cornelius Lentulus pro consule ex Hispania rediit. Qui cum in senatu res ab se per multos annos fortiter feliciterque gestas exposuisset, postulassetque, ut triumphanti sibi invehi liceret in Urbem; 'res triumpho dignas esse' censebat senatus, 'sed exemplum a majoribus non accepisse, ut, qui neque dictator,[u]

5 Ita omnes Mss. et edd. ante Froben. pro vulgat. *ad reges*. *Ad reges* Dron. Crev. Doujat. c. Drak.

NOTÆ

in Macedoniæ et Epiri confinio erat: posterioribus temporibus Epiro novæ, quæ pars fuit veteris Macedoniæ occidentalis, ascripta fuit: nunc *Albania*; Turcis, *Arnautili*.

[q] *Corcyram*] Nec proprie Epiri est Corcyra, si quidem Ἤπειρος continentem significat: insula tamen est Epiro adjacens.

[r] *Ducenta millia modium*] Gall. *environ deux cens mille boisseaux, dont les douze font un sestier, mesure de Paris.*

[s] *Ad regem* [*reges*] Masinissam et Verminam.

[t] *Ipse*] Nempe Masinissa.

[u] *Ut, qui neque dictator, &c.*] Proconsules non erant proprie magistratus, eaque de causa Scipioni jam antea ob res præclare in eadem Hispania gestas triumphus negatus, lib. XXVIII. c. 38.

neque consul, neque prætor res gessisset, triumpharet. Pro consule[6] illum Hipaniam provinciam, non consulem, aut prætorem, obtinuisse.' Decurrebatur tamen eo, ut ovans Urbem iniret, intercedente Ti. Sempronio[7] Longo tribuno plebis, qui nihilo magis id more majorum, aut ullo exemplo futurum diceret. Postremo victus consensu Patrum tribunus cessit, et ex senatus consulto L. Lentulus ovans Urbem est ingressus. Argenti tulit ex præda quadraginta quatuor millia pondo;[y] auri duo millia quadringenta quinquaginta.[8][z] Militibus ex præda centum viginti asses divisit.

21. Jam exercitus consularis ab Arretio Ariminum traductus erat, et quinque millia socium Latini nominis ex Gallia in Etruriam transierant. Itaque L. Furius, magnis itineribus ab Arimino adversus Gallos, Cremonam tum obsidentes, profectus, castra mille quingentorum passuum intervallo ab hoste posuit. Occasio egregie rei gerendæ fuit, si protenus de via ad castra oppugnanda duxisset. Palati passim vagabantur per agros, nullo satis firmo relicto præsidio. Lassitudini militum timuit, quod raptim ductum agmen erat. Galli, clamore suorum ex agris revocati, omissa præda, quæ in manibus erat, castra repetivere, et postero die in aciem progressi. Nec Romanus moram pugnandi fecit. Sed vix spatium instruendi fuit: eo cursu hostes in prælium venerunt. Dextra ala (in alas divisum socialem exercitum habebat[9]) in prima acie locata est: in subsidiis duæ Romanæ legiones. M. Furius dex-

6 Edd. ante Sigon. *proconsulem.*—7 *T. Sempron.* olim legebatur.—8 *Quinquaginta* del. Gron. Crev.

NOTÆ

Ut qui neque dictator, &c.] Vide ad l. XXVIII. c. 38. *J. Clericus.*

[y] *Argenti, &c. quadraginta quatuor millia pondo*] Efficerent nostro calculo decies centena quingenta octoginta quatuor librarum millia, *un million cinq cens quatre-vingts quatre mille livres.*

[z] *Auri duo millia quadringenta quinquaginta*] Gallice, *un million trois cens soixante douze mille livres.* Aureorum vero solatorum hodiernorum quingenta septuaginta millia cum sexaginta quinque aureis ac dimidio fere.

træ alæ, legionibus M. Cæcilius, equitibus L. Valerius Flaccus (legati omnes erant) præpositi. Prætor[a] secum duos legatos, Cn. Lætorium[10] et P. Titinium, habebat; cum quibus circumspicere et obire ad omnes hostium subitos conatus posset. Primo Galli, omni multitudine in unum locum connisi,[11] obruere atque obterere sese dextram alam, quæ prima erat, sperarunt posse. Ubi id parum procedebat, circumire[12] a cornibus, et amplecti hostium aciem (quod in multitudine adversus paucos[13] facile[b] videbatur) conati sunt. Id ubi vidit prætor, ut et ipse dilataret aciem, duas legiones ex subsidiis dextra lævaque alæ, quæ in prima acie pugnabat, circumdat, ædemque Deo Jovi vovit,[14][c] si eo die hostes fudisset. L. Valerio imperat, ut parte[15] duarum legionum[d] equites, altera sociorum equita-

9 *Habebant* omnino scribendum putat Lips.—10 *Cn. Lectorium* edd. ante Sigon. *C. Lætorium* Kreyssig. Mox *Titinnium* Gron. Doujat. Crev. In Crev. min. *Titinium* legitur.—11 *Adnixi* Gron. Doujat. Crev. Al. *obnixi.* —12 *Circumvenire* h. l. et paulo inf. Gron. Doujat. Crev.—13 *Quod multitudini* edd. ante Gron. Thuan. *ad paucos.*—14 'Vocem *Deo* mendosam esse, judicarunt plures interpretes. Vix enim usquam Jupiter simpliciter Deus appellatur. Sigonius igitur emendavit *ædesque duas Jovi vovit.* Henricus Valesius tentabat *ædemque Dijovi,* quia Jupiter antiquitus tam Diespiter, quam Dijovis dictus sit. Codex Lovelianus sextus, ut testatur Drak. exhibet *ædemque d'o Jovi,* unde Drak. legendum forte conjicit, *ædemque dein Jovi;* sed vide, annon potius in manca Loveliani codicis lectione lateat *ædemque et dona?*' Doering.—15 *Ut altera parte* olim legebatur. Maluit Gron. *qua parte*

NOTÆ

[a] *Prætor*] Is prætor erat L. Furius Purpureo, sub quo legati quinque, M. Furius, M. Cæcilius, M. Valerius, Cn. Lætorius, et P. Titinnius.

[b] *Quod in multitudine* [*multitudini*] *adversus paucos facile*] Mavult Gronov. ex Barb. et Petav. codicibus, *quod in multitudine.* Id, ut, si scriptum esset in plerisque optimorum codicum, non displiceret; ita cum aliter in pluribus habeatur, non video quæ ratio mutandi quod recte se habet.

[c] *Ædemque Deo Jovi vovit*] Quærit H. Vales. an *Ædemque Dijovi?* Sigon. legendum censet, *ædesque duas Jovi vovit:* tum quod frustra præter morem Jovi adjici videatur Dei epitheton, quem dubium nemini erat quin Deus haberetur, atque adeo pater Deorum; tum quod ex lib. XXXVI. probetur ædes duas a L. Furio prætore Jovi bello Gallico votas, tertiam ab eodem consule; et primam quidem anno 556. in insula dedicatam, duas altero biennio post in Capitolio.

[d] *Ut parte* [*altera*] *duarum legionum*] Illud *altera* tollunt fere manuscripti.

tum in cornua hostium emittat, nec circumire eos[e] aciem patiatur. Simul et ipse, ut extenuatam mediam deductis[16] cornibus aciem Gallorum vidit, signa inferre confertos milites, et perrumpere ordines jubet. Et cornua ab equitibus, et medii a pedite pulsi: ac repente, cum omni parte cæde ingenti sternerentur, Galli terga vertunt, fugaque effusa repetunt castra. Fugientes persecutus eques, mox et legiones insecutæ in castra impetum fecerunt. Minus sex millia hominum inde effugerunt. Cæsa aut capta[17] supra quinque et triginta millia cum signis militaribus septuaginta, carpentis Gallicis, multa præda oneratis, plus ducentis. Hamilcar dux Pœnus eo prælio cecidit, et tres imperatores nobiles Gallorum. Placentini captivi ad duo millia liberorum capitum redditi colonis.

22. Magna victoria lætaque Romæ fuit. Literis allatis, supplicatio in triduum decreta est. Romanorum sociorumque ad duo millia eo prælio ceciderunt: plurimi dextræ alæ, in quam primo impetu vis ingens[18] hostium illata est. Quanquam per prætorem[f] prope debellatum erat, consul quoque C. Aurelius, perfectis, quæ Romæ agenda fuerant, profectus[g] in Galliam, victorem exercitum a prætore accepit. Consul alter, cum autumno ferme exacto in provinciam venisset, circa Apolloniam hybernabat. Ab classe, quæ Corcyræ subducta erat,[s] C. Claudius triremesque Romanæ, (sicut ante dictum est) Athenas missæ, cum Piræeum pervenissent, despondentibus jam animos sociis

[s] *Quæ in portu interiori erat apud Corcyram.*

duarum. Doujat. *parte altera.*—16 *Diductis* Gron. Doujat. Crev.—17 *Et capta* eæd. Mox *octoginta* eæd.

18 Vox *ingens* exulat a Ms. Thuan. et Lov. 2. prob. Jac. Gron. et Duker.

NOTÆ

[e] *Nec circumire* [*circumvenire*] *eos*] In manuscriptis est, *nec circumire eos:* quo verbo alibi quoque usus Noster, ut lib. XXXVII. 'tantum lævo evecta cornu, ut amplecti et circumire dextrum cornu Romanorum posset.'

[f] *Quanquam per prætorem* [*a prætore*] Scripti, *per prætorem:* nec repetitio literæ P. mutandi ansam præbere debuit in Livio, qui minutias ejusmodi spernit.

[g] *Profectus*] Nimirum Claudius.

spem ingentem attulerant. Nam et terrestres ab Corintho, quæ per Megaram[19] incursiones in agros fieri solitæ erant, non fiebant; et prædonum a Chalcide naves, quæ non mare solum infestum, sed etiam omnes maritimos agros Atheniensibus fecerant, non modo Sunium superare, sed nec[20] extra fretum Euripi committere aperto mari se audebant. Supervenerunt his tres Rhodiæ quadriremes, et erant Atticæ tres apertæ naves,[h] ad tuendos maritimos agros comparatæ. Hac classe si urbs agrique Atheniensium defenderentur, satis in præsentia existimanti Claudio esse, majoris etiam rei fortuna oblata est.

23. Exules ab Chalcide, regiorum injuriis pulsi, attulerunt, occupari Chalcidem sine certamine ullo posse. Nam et Macedonas, quia nullus in propinquo sit hostium metus, vagari passim, et oppidanos, præsidio Macedonum fretos, custodiam urbis negligere. His auctoribus profectus, quanquam Sunium ita mature pervenerat, ut inde provehi ad primas angustias Eubœæ[t] posset; ne superato promontorio conspiceretur, classem in statione usque ad noctem tenuit. Primis tenebris movit; et tranquillo[1] pervectus Chalcidem, paulo ante lucem, qua infrequentissima[2] urbis sunt, paucis militibus turrim proximam murumque circa scalis cepit, alibi sopitis custodibus, alibi nullo custodiente. Progressi inde ad frequentia ædificiis loca, custodibus interfectis, refractaque porta, ceteram multitudinem armatorum[3] acceperunt. Inde in totam urbem discursum est,

[t] *Ad os, scilicet, sive ad primas fauces freti, quo Eubœa ab Attica dividitur.*

Mox *a prætore* edd. antt.—19 J. F. Gron. malit *Megara*. At Duk. legendum putat *Megarida*.—20 In multis Mss. et edd. ante Ascens. *ne*.

1 In quibusd. edd. præter omnem vett. codd. auctoritatem, additur *mari*. Mox in quibusd. vett. librr. et edd. *provectus*; in aliis *profectus*.—2 'Male in quibusd. edd. post *infrequentissima* additur *ædificia*.' Doering.—3 'Vox *ar-*

NOTÆ

[h] *Apertæ naves*] Gallice, *de grandes barques sans couvert, sans tillac*: ad discrimen navium tectarum seu constratarum, quæ et καtάφρακτaι dicuntur, quod καταστρώματα habeant, et tabulatis instructæ sint, e quibus stantes milites præliantur.

aucto etiam tumultu, quod circa forum ignis tectis injectus erat. Conflagrarunt et horrea regia, et armamentarium cum ingenti apparatu machinarum tormentorumque. Cædes inde passim fugientium pariter ac repugnantium fieri cœpta est. Nec ullo jam, qui militaris ætatis esset, non aut cæso, aut fugato, Sopatro etiam Acarnane præfecto præsidii interfecto, præda omnis primo in forum collata, deinde in naves imposita. Carcer etiam ab Rhodiis refractus, emissique captivi, quos Philippus 4 tanquam in tutissimam custodiam condiderat. Statuis inde regis dejectis truncatisque, signo receptui dato, conscenderunt naves, et Piræeum, unde profecti erant, redierunt. Quod si tantum militum Romanorum fuisset, ut et Chalcis teneri, et non deseri præsidium Athenarum potuisset; magna res principio statim belli, Chalcis et Euripus ademta regi forent. Nam ut terra Thermopylarum angustiæ Græciam, ita mari fretum Euripi claudit.[u]

24. Demetriade tum Philippus erat. Quo cum esset nuntiata clades sociæ urbis, quanquam serum auxilium perditis erat, tamen, quæ proxima auxilio est, ultionem petens,[x] cum expeditis quinque millibus peditum et trecentis equitibus extemplo profectus, cursu prope Chalcidem contendit, haudquaquam dubius opprimi Romanos posse. A qua destitutus spe, nec quicquam 5 aliud,[1] quam ad deforme spectaculum semirutæ ac fumantis sociæ urbis cum venisset, paucis vix, qui sepelirent bello absumtos, relictis,

[u] *Statim ab initio belli fuisset erepta Philippo Chalcis cum Euripo; quæ res fuisset magni momenti. Etenim quemadmodum Thermopylæ terra, &c.*

[x] *Etsi tardum erat auxilium Chalcidensibus, jam expugnatis, Philippus tamen quærens vindictam, ad quam primum recurri solet, ubi auxilio ferendo nullus est locus.*

matorum, quam Lov. 5. et edd. Ald. prior. non agnoscunt, glossam sapit.' *Doering*.—4 *Quos eo Philippus* conj. Gron.

5 ' Præposit. *ad* perperam ante *quicquam* in edd. quibusd. exhibitam recte

NOTÆ

Nec quicquam aliud] Utitur non raro hac locutione non vulgari Livius, pro eo quod est, 'nullo alio operæ pretio facto:' ut lib. XXXV. 'Videritis regem nunc ad portas Chalcidis stantem, et mox inde exclusum, nihil aliud quam Aulide et Euripo spectatis, in Ætoliam redeuntem.'

æque raptim ac venerat, transgressus ponte Euripum,[k] per Bœotiam Athenas ducit,[l] pari incepto[m] haud disparem eventum ratus responsurum. Et respondisset, ni speculator, (hemerodromos[n] vocant Græci, ingens die uno cursu emetientes spatium,) contemplatus regium agmen e specula quadam, prægressus nocte media Athenas pervenisset. Idem ibi somnus eademque negligentia erat, quæ Chalcidem dies ante paucos prodiderat. Excitati nuntio trepido et prætor Atheniensium et Dioxippus præfectus cohortis mercede militantium auxiliorum, convocatis in forum militibus, tuba signum ex arce dari jubent, ut hostes adesse omnes scirent. Ita undique ad portas, ad muros[6] discurrunt. Paucas post horas Philippus, aliquanto tamen ante lucem, appropinquans urbi, conspectis luminibus crebris, et fremitu hominum trepidantium (ut in tali tumultu) exaudito, sustinuit signa; et considere ac conquiescere agmen jussit, vi aperta propalam usurus, quando parum dolus profuerat. Ab Diphylo[7] accessit.[o] Porta ea, velut in ore

jam delevit Gelen.' *Doering.*—6 *Post ad muros* Gron. Doujat. Crev. *Et ad*

NOTÆ

[k] *Ponte Euripum*] Committitur enim Eubœa ponte, ad Chalcidem structo, cum Bœotiæ continente.

[l] *Athenas ducit*] Celeberrima totius Græciæ urbs Athenæ, unde vicinæ regioni nomen, a Minerva, Græcis Ἀθήνη, quæ præcipuo ibi honore colebatur, dicta, a Cecrope rege condita, a Theseo instaurata: post reges, archontibus, perpetuis primo, tum decennalibus, tandem annuis, paruit, qui novem numero diu fuere: scientiarum sedes habita, varias experta fortunæ vicissitudines, multum excidit a pristino splendore: Turcis nunc obnoxia ab anno 1455. quo ducibus pulsis capta est a Mahomete II. et exiguum quid detorto vocabulo *Sâthine* dicitur.

[m] *Pari incepto*] Occupandarum nimirum Athenarum sine certamine, pari celeritate qua Romani Chalcidem occupaverant.

[n] *Hemerodromos*] A nomine et verbo inusitato δρέμω, quod *currere* significat, dicuntur *hemerodromi*, celerrimi cursores diurni, sive qui toto die currunt: quo genere hominum pro speculatoribus usos fuisse Græcos hinc colligas.

[o] *Ab Diphylo accessit*] Scripti habent *ab Dipylo*, id est, ad urbem accessit ab ea parte qua erat Dipylon: quod sane Livianum, et Gronovio probatur magis. Vulgo legitur, *ad Dipylon*, quod est, accessit ad eam partem urbis cui nomen Dipylon. Hoc autem nomen fuit maximæ omnium portarum, quæ Athenis erant, ut Meursius observat: prius Thriasiæ Pylæ dicebantur ex Plutarcho in Pericle.

urbis posita, major aliquanto patentiorque, quam ceteræ, est; et intra eam extraque latæ sunt viæ, ut et oppidani dirigere aciem a foro ad portam possent, et extra limes[p] mille ferme passus,[8] in Academiæ gymnasium[q] ferens, pediti equitique hostium liberum spatium præberet. Eo limite Athenienses cum Attali præsidio et cohorte Dioxippi, acie intra portam instructa, signa extulerunt. Quod ubi Philippus vidit, habere se hostes in potestate ratus, et diu optata cæde (neque enim ulli Græcarum civitatium infestior erat) expleturum, cohortatus milites, 'ut, se intuentes, pugnarent, scirentque ibi signa, ibi aciem esse debere, ubi rex esset,' concitat in hostes equum, non ira tantum, sed etiam gloria elatus; quod, ingenti turba completis etiam ad spectaculum muris, conspici se pugnantem egregium ducebat. Aliquantum ante aciem cum equitibus paucis evectus in medios hostes, ingentem cum suis ardorem, tum pavorem hostibus, injecit. Plurimos manu sua cominus eminusque vulneratos compulsosque in portam consecutus et ipse, cum majorem in angustiis trepidantium edidisset cædem, in temerario incepto tutum tamen receptum habuit; quia, qui in turribus portæ erant, sustinebant tela,[y] ne in permixtos hostibus suos conjicerent. Intra muros deinde tenentibus milites Atheniensibus,[z] Philippus, signo receptui dato, castra ad Cynosarges[r] (templum Herculis gymnasiumque et lucus erat circumjectus) posuit. Sed[9]

[y] *A mittendis telis abstinebant.*
[z] *Cum Athenienses continerent milites suos intra mœnia.*

muros Voss.—7 Altera lectio *ad Dipylum.*—8 'Potius cum Duk. leg. *passuum.*' Rupert. Add. *longus* Kreyssig.—9 *Et* inserit Kreyssig.

NOTÆ

[p] *Extra limes*] *Limitem* dicit pro via late patente, ut Virgil. 'Ardens limitem agit ferro.'

[q] *In Academiæ gymnasium*] Fuit non longe a muris Athenarum Academia, privati olim hominis ager, postea gymnasium; ab Academo, seu Hacademo, heroë denominatum: ubi et Plato discipulos suos erudiebat. Hinc Platonis sectatores Academici appellati. Vide Suidam, Pausaniam, et Diogenem Laërtium.

[r] *Ad Cynosarges*] Locus erat extra muros Athenarum, ab albo cane dic-

Cynosarges et Lyceum,[s] et quicquid sancti amœnive circa urbem erat, incensum est, dirutaque non tecta solum, sed etiam sepulcra; nec divini humanive juris quicquam præ impotenti ira est servatum.

25. Postero die, cum primo clausæ fuissent portæ, deinde subito apertæ, quia præsidium Attali ab Ægina, Romanique ab Piræeo intraverant urbem, castra ab urbe retulit rex tria ferme millia passuum. Inde Eleusinem[10 t] profectus, spe improviso templi castellique, quod et imminet et circumdatum est templo, capiendi, cum haudquaquam neglectas custodias animadvertisset, et classem a Piræeo subsidio venire, omisso incepto, Megaram ac protenus Corinthum ducit; et cum Argis[u] Achæorum concilium esse audisset, inopinantibus Achæis, concioni ipsi supervenit. Consultabant de bello adversus Nabin tyrannum Lacedæmoniorum;[x] qui, translato imperio a Philopœmene ad Cycliadem,[a 11] nequaquam parem illi ducem, dilapsa cer-

[a] *Cum Achæi loco Philopœmenis ducem elegissent Cycliadem.*

10 In plurim. codd. apud Drak. *Eleusinam.*—11 *Cycliadam* Kreyssig.—

NOTÆ

tus, ubi Herculis templum. In gymnasio ad hoc templum posito exercebantur nothi seu hybridæ, teste Suida post Plutarchum in Themistocle. Hic enim peregrina matre, et sic ex improbato conjugio natus, idcirco in eo ludo sese exercuit. Hinc *ad Cynosarges* velut adagio dicebatur in eos quorum minus felices erant natales.

[s] *Lyceum*] Quasi Lupercal, dictum ab Apolline aut Pane Lycæo, id est, Lupino. Fuit amœnum apud Athenas gymnasium, atque ambulacrum, ubi Aristoteles cum discipulis deambulando philosophari solitus: unde Peripateticæ sectæ nomen.

[t] *Eleusinem*] Atticæ fuit urbs Eleusis, Cereris clara mysteriis; hodie *Lefsine.*

[u] *Argis*] Argolidi, sive Argiæ, Peloponnesi provinciæ orientali, versus sinum Saronicum sitæ, nomen ab hac urbe præcipua inditum, quæ Latinis, modo Argos, -i, neutro genere dicitur, et numero singulari; modo Argi, -orum, plurali numero et genere masculino; ad Inachum fluvium: hodie *Argo* Italis. Hinc Argivi, quorum antiquissimum inter Græcos regnum.

[x] *Adversus Nabin tyrannum Lacedæmoniorum*] Post Cleomenem et Agesipolin Lacedæmoniorum postremos reges ex Heraclidis sublato Lycurgo, tyrannidem Machanidas, deinde Nabis invasit, alienus uterque a regia stirpe.

nens Achæorum auxilia, redintegraverat bellum, agrosque finitimorum vastabat, et jam urbibus quoque erat terribilis. Adversus hunc hostem, cum, quantum ex quaque civitate [12] militum scriberetur,[13] consultarent; Philippus, demturum se eis curam, quod ad Nabin et Lacedæmonios attineret, pollicitus, nec tantum agros sociorum populationibus prohibiturum, sed terrorem omnem belli in ipsam Laconicam,[y] ducto eo extemplo exercitu, translaturum. Hæc oratio cum ingenti hominum assensu acciperetur: 'Ita tamen æquum est,' inquit, 'me vestra meis armis tutari, ne mea interim nudentur præsidiis. Itaque, si vobis videtur, tantum parate militum, quantum ad Oreum et Chalcidem et Corinthum tuenda satis sit, ut, meis ab tergo tutis, securus bellum Nabidi inferam et Lacedæmoniis.' Non fefellit Achæos, quo spectasset tam benigna pollicitatio auxiliumque oblatum adversus Lacedæmonios; id quæri, ut obsidem Achæorum juventutem educeret ex Peloponneso, ad illigandam Romano bello gentem. Et id quidem coarguere Cycliadas [14] prætor Achæorum nihil attinere ratus,[b] id modo cum dixisset, non licere legibus Achæorum de aliis rebus referre, quam propter quas convocati essent; decreto de exercitu parando adversus Nabin facto, concilium fortiter ac libere habitum dimisit; inter assentatores regios ante eam diem habitus. Philippus, magna spe depulsus, voluntariis paucis militibus conscriptis, Corinthum atque in Atticam terram rediit.

26. Per eos ipsos dies, quibus Philippus in Achaia fuit, Philocles præfectus regius, ex Eubœa profectus cum duo-

[b] *Et Cycliades dux Achæorum, cum existimaret nihil opus esse ut eam Philippi mentem patefaceret aut incusaret.*

12 *Civitatum* Gron. Crev.—13 In quibusd. librr. vett. *conscriberetur*, ut Gron. Donjat. Crev.—14 *Cycliades* Gron. Donjat. Crev. Doering. 'Drak. dedit *Cycliadas*, fortasse rectius; sed sic idem paulo ante non *Cycliadem*, sed *Cycliadam*, vel *Cycliadan*, ut sibi constaret in hujus nominis scriptura, dare debebat.' *Doering.*

NOTÆ

[y] *In ipsam Laconicam*] Laconum regio, quæ initio Lacedæmon, ut auctor est Pausan. tum Laconia et Laconica dicta est: hodie *Zachania*, in Morea, quæ olim Peloponnesus.

bus millibus Thracum Macedonumque ad depopulandos Atheniensium fines, e regione Eleusinis saltum Cithæronis [z] transcendit. Inde dimidia parte militum ad prædandum passim per agros dimissa, cum parte ipse occultus loco ad insidias opportuno consedit, ut, si ex castello ab Eleusine in prædantes suos impetus fieret, repente hostes effusos ex improviso adoriretur. Non fefellere insidiæ. Itaque revocatis, qui discurrerant ad prædandum, militibus, instructisque, ad oppugnandum castellum Eleusinem profectus, cum multis inde vulneribus recessit, Philippoque se venienti ex Achaia conjunxit. Tentata et ab ipso rege oppugnatio ejus castelli est. Sed naves Romanæ, a [15] Piræeo venientes, intromissumque præsidium absistere incepto coëgerunt. Diviso deinde exercitu, rex cum parte Philoclem Athenas mittit, cum parte ipse Piræeum pergit; ut, cum [16] Philocles subeundo muros et comminanda oppugnatione contineret urbe Athenienses, ipsi Piræeum levi cum præsidio relictum expugnandi facultas esset. Ceterum nihilo ei Piræei, quam Eleusinis, facilior, iisdem fere defendentibus, oppugnatio fuit.[17] A Piræeo Athenas repente duxit. Inde eruptione subita peditum equitumque inter angustias semiruti muri, qui brachiis duobus [a] Piræeum Athenis jungit, repulsus, omissa oppugnatione urbis, diviso cum Philocle rursus exercitu, ad vastandos agros profectus, cum priorem populationem sepulcris circa urbem diruendis exercuisset, ne quid inviolatum relinqueret, templa Deum, quæ pagatim sacrata habebant,[c] dirui atque incendi jussit.

[c] *Quæ per singulos pagos Diis dicata fuerant ab incolis.*

15 *A* del. Gron. Doujat. Crev.—16 *Dum* eæd.—17 ' Forte leg. vel *felicior*, vel *expugnatio;* nam *oppugnatio* sæpe non admodum difficilis est.' *Duker.* improb. Doer.

NOTÆ

[z] *Saltum Cithæronis*] Inter Copaidem Lacum, Megaram, et Thebas, Cithæron mons, Musis sacer, adhuc nomen retinet, Parnasso ad orientem, Hymetto Atticæ monti ad occasum finitimus.

[a] *Brachiis duobus*] Longum murum indicat, μακρὸν τεῖχος, sive muros geminos, inter quos per duo millia pass. Athenis ad Piræeum portum ibatur.

Exornata eo genere operum eximie terra Attica,[b] et copia domestici marmoris, et ingeniis artificum, præbuit huic furori materiam. Neque enim diruere modo ipsa templa, ac simulacra evertere satis habuit, sed lapides quoque, ne integri cumularent ruinas,[d] frangi jussit; et, postquam non tam ira satiata, quam iræ exercendæ materia hæc deerat, agro hostium in Bœotiam excessit, nec aliud quicquam dignum memoria in Græcia egit.

27. Consul Sulpicius eo tempore inter Apolloniam ac Dyrrachium ad Apsum flumen [18] [c] habebat castra; quo arcessitum L. Apustium [19] legatum, cum parte copiarum ad depopulandos hostium fines mittit. Apustius, extrema Macedoniæ populatus, Corrago [d] et Gerrunio et Orgesso castellis primo impetu captis, ad Antipatriam [e] in faucibus angustis sitam urbem, venit. Ac primo evocatos principes ad colloquium, ut fidei Romanorum se committerent, pel-

[d] *Ne lapides si integri mansissent, ruinas explerent, aut ad eas reficiendas et erigenda denuo ædificia usui esse possent.*

18 In quibusd. codd. *ad Tharsum,* vel *ad Tarsum flumen.*—19 *T. Apust.*

NOTÆ

[b] *Terra Attica*] Sic Nostro non semel *terra* pro regione; terra Italia, &c. Attica autem regio est Atheniensium in Hellade seu Græcia proprie dicta; alias Atthis ab Cranai regis filia, quæ eo nomine vocabatur; dicta et olim Acte et Actica, ex Strab. quod magna ex parte mari alluatur: est enim ἀκτὴ *littus.* Antequam Turcarum jugum acciperet, Ducatus Athenarum a Christianis dicebatur.

[c] *Ad Apsum flumen*] Apsus amnis ex Eordæis, Macedoniæ occidentalis populis, per Taulantios in mare Adriaticum evolvitur, inter ostia duorum aliorum fluminum, Aöi ad meridiem, et Genusii, alias Panyasi, ad septemtrionem; nunc *Aspro,* seu *Ureo* Nigro, Brietio, aliisque *Sopirnazza.*

[d] *Corrago*] Corragum seu Corragium, Gerrhunium, et Orgessus (forte Orgysus Polybii) Albanorum in Macedonia occidentali oppida fuere, inter Genusium et Drilonem fluvios, qua sibi invicem proximi sunt. Fallor, aut ex Corragio detorta est posterioribus sæculis *Croia,* regni Albaniæ caput, ab Dyrrachio 35. millibus passuum ad Lisanam fluvium sita, a Georgio Castrioto rege (qui vulgari nomine Scanderbegi notior) adversus Turcas egregie defensa: ab his post ejus obitum capta.

[e] *Ad Antipatriam*] Aliis *Antipatris* dicta, in Dassaretiis fuit: diversa a cognominibus oppidis Palæstinæ: locatur a Nic. Sansone ad boream Lichnidi versus fines Astræorum.

licere est conatus; deinde, ubi, magnitudine ac mœnibus situque urbis freti, dicta aspernabantur, vi atque armis adortus, expugnavit, puberibusque interfectis, præda omni militibus concessa, diruit muros, atque urbem incendit. Hic metus Codrionem,[20] [f] satis validum et munitum oppidum, sine certamine ut dederetur Romanis, effecit. Præsidio ibi relicto, Ilion [g] (nomen propter alteram in Asia urbem, quam oppidum, notius) vi capitur. Revertentem legatum ad consulem cum satis magna præda Athenagoras quidam regius præfectus in transitu fluminis a novissimo agmine adortus, postremos turbavit. Ad quorum clamorem et trepidationem cum revectus equo propere legatus signa convertisset, conjectisque in medium sarcinis aciem direxisset, non tulere impetum Romanorum militum regii. Multi ex iis occisi, plures capti. Legatus, incolumi exercitu reducto ad consulem, remittitur inde extemplo ad classem.

28. Hac satis felici expeditione bello commisso,[h] reguli ac principes [i] accolæ Macedonum in castra Romana veniunt, Pleuratus Scerdilædi filius,[k] et Amynander Athamanum rex,

ante Sigon.—20 *Condrionem* quidam Mss. 'Mox *Cnidus* pro *Ilion* legendum esse, monet Schweigh. In Mss. quidem et antt. edd. *Nidus*, *Indus*, et *Nudus* reperitur pro *Ilion*, et notissima *Cnidus*.' Rupert. *Cnidus* Kreyssig.

NOTÆ

[f] *Codrionem*] Codrio Eordæorum oppidum ex adverso Corrhagii, intermedio Genusio, in Tabulis Sansonis: forte ubi nunc *Dardasi*.

[g] *Ilion*] Oppidum fuit Eordæorum quoque regionis (quæ pars *Tamorizæ* hodiernæ) inter Codrionem et Apolloniam. An ab Ilio Troadis urbe nomen acceperit, parum constat. Helenus certe Trojanus in vicina Epiri regione regnavit, ex Virgil.

[h] *Bello commisso*] *Commissum* hoc loco pro inchoato seu geri cœpto sumitur, qua significatione dicitur apud Virgil. Æn. v. 'Et tuba commissos medio canit aggere ludos:' et apud Velleium Paterc. 'Commissa proscriptio sanguine tribuni.' Jurisconsulti commissa dicunt, quæ facto aliquo quod vetitum sit, vel non facto quod sit imperatum aut promissum, debentur. Sic pœnam vel stipulationem commissam aiunt cum ex ea præstari aut solvi aliquid debet. Sic commissum appellatur pœna omissæ professionis, cum merces ad fraudandum vectigali debito fiscum celatæ, publicantur.

[i] *Principes*] Pro dominantibus sumitur hic principum nomen.

[k] *Pleuratus Scerdilædi filius*] Hujus antea mentio lib. XXVI. cap. 24. et lib. XXVII. cap. 30.

et ex Dardanis[l] Bato, Longari[1] filius. Bellum suo nomine Longarus cum Demetrio Philippi patre gesserat. Pollicentibus auxilia respondit consul, Dardanorum et Pleurati opera, cum exercitum in Macedoniam induceret, se usurum. Amynandro Ætolos concitandos ad bellum attribuit. Attali legatis (nam ii quoque per id tempus venerant) mandat, ut Æginæ rex, ubi hybernabat, classem Romanam opperiretur, qua adjuncta bello maritimo, sicut ante, Philippum urgeret. Ad Rhodios quoque missi legati, ut capesserent partem belli. Nec Philippus segnius (jam enim in Macedoniam pervenerat) apparabat bellum. Filium Persea, puerum admodum, datis ex amicorum numero, qui ætatem ejus regerent, cum parte copiarum ad obsidendas angustias, quæ ad Pelagoniam[m] sunt, mittit. Sciathum[n] et Peparethum,[o] haud ignobiles urbes, ne classi hostium prædæ ac præmio essent, diruit. Ad Ætolos mittit legatos, ne gens inquieta adventu Romanorum fidem mutaret.

29. Concilium Ætolorum statuta[2] die, quod Panætolium[p] vocant, futurum erat. Huic ut occurrerent, et legati regis iter accelerarunt, et ab consule missus L. Furius

1 Sex Mss. *Langari*, prob. Drak.

NOTÆ

[l] *Ex Dardanis*] Cave *Dardanos* hoc loco pro Troibus accipias, qui in Asia: sermo enim est de Dardanis, Macedoniæ ad septemtrionem in Europa vicinis. Hi partem incolebant regionum quæ nunc Serviæ et Bosniæ nominibus cognitæ.

[m] *Ad Pelagoniam*] Duæ sunt regiunculæ, sive populi Macedoniæ, hoc nomine: altera Pelagonia Tripolitis dicta, sub Candaviis montibus, qui eam a Deuriopibus Epiri populis dirimunt. Hæc finitima Pelasgiotidi Thessaliæ regioni, nisi potius ex ea decerpta: ejus caput Dolicha, hodie *Techala*, vel *Alchria*. Altera Pelagonia in septemtrionali Macedoniæ parte, supra Æmathiam, ad Orbelum fere montem pertingit, quo Dardania dividitur a Macedonia. Ejus caput Stobi ad Axium flumen: hodie *Starachino*, ut vult Nardus. De hac Pelagonia intelligendus hoc loco Livius.

[n] *Sciathum*] Urbs fuit in cognomine insula maris Ægæi, inter Peparethum et oram Magnesiæ: quæ regio est orientalis Thessaliæ, hodie *Sciatho*.

[o] *Peparethum*] Insula quoque in Ægæo, Cycladum una, cum urbe: hodie nautis *Peperi*.

[p] *Panætolium*] Nomen ipsum ostendit eo coiri solitum ex omni Ætolia. De Ætolis lib. XXVI. cap. 24. &c.

Purpureo legatus venit. Atheniensium quoque legati ad id concilium occurrerunt. Primi [3] Macedones, cum quibus recentissimum fœdus erat, auditi sunt. Qui, 'nulla nova re, nihil se novi habere, quod afferrent,' dixerunt: 'quibus enim de causis, experta inutili societate Romana, pacem cum Philippo fecissent, compositam semel servare eos debere. An imitari,' inquit unus ex legatis, 'Romanorum licentiam, an levitatem dicam, mavultis? qui, cum legatis vestris Romæ responderi ita jussissent, 'Quid ad nos venitis, Ætoli, sine quorum auctoritate pacem cum Philippo fecistis?' iidem nunc, ut bellum secum adversus Philippum geratis, postulant. Et antea propter vos, et pro vobis arma sumta adversus eum simulabant; nunc vos in pace esse cum Philippo prohibent. Messanæ ut auxilio essent, primo in Siciliam conscenderunt: [4] [q] iterum, ut Syracusas oppressas ab Carthaginiensibus in libertatem eximerent. Et Messanam et Syracusas et totam Siciliam ipsi habent, vectigalemque provinciam securibus et fascibus subjecerunt.[r] Scilicet, sicut vos Naupacti legibus vestris per magistratus a vobis creatos concilium habetis, socium hostemque libere, quem velitis, lecturi, pacem ac bellum arbitrio habituri vestro; sic Siculorum civitatibus Syracusas aut Messanam aut Lilybæum indicitur concilium. Prætor Romanus conventus agit: eo imperio evocati conveniunt: excelso in suggestu superba jura reddentem, stipatum lictoribus vi-

2 *Stata* Kreyssig.—3 *Primo* Gron. Crev.—4 J. F. Gron. conj. *escenderunt*,

NOTÆ

q *In Siciliam conscenderunt*] Cum e navibus in littus appellitur, exscensionis nomine, aut exscendendi verbo utitur plerumque Livius, ut lib. XXII. 'priusquam in continentem exscensiones faceret:' unde hoc loco scriptum ab auctore fuisse, *in Siciliam exscenderunt*, suspicatur Gronov. Dixit quidem Cicero: 'Epheso conscendisse,' et 'a Brundusio conscendisse.' Estque 'conscendere' Latinis, eodem usu quo Græcis ἐμβαίνειν: sed diversum est ab urbe, aut a littore conscendere in naves; et a navibus exscendere in oram. Hic de primo ingressu Romanorum in Siciliam per speciem opis ferendæ Mamertinis seu Massanensibus agitur.

r *Securibus et fascibus subjecerunt*] Id est, imperio suo, seu magistratibus Romanis, quorum hæc insignia.

dent: virgæ tergo, secures cervicibus imminent; et quotannis alium atque alium dominum sortiuntur. Nec id mirari debent aut possunt, cum Italiæ urbes Rhegium, Tarentum, Capuam, ne finitimas nominem, quarum ruinis crevit urbs Romana, ejusdem[5] subjectas videant imperio. Capua quidem, sepulcrum ac monumentum Campani populi, elato et extorri ejecto ipso populo,[e] superest; urbs trunca, sine senatu, sine plebe, sine magistratibus, prodigium;[6] relicta[s] crudelius habitanda, quam si deleta foret. Furor est, si alienigenæ homines, plus lingua et moribus et legibus, quam maris terrarumque spatio, discreti, hæc tenuerint, sperare, quicquam eodem statu mansurum. Philippi regnum officere aliquid videtur libertati vestræ; qui, cum merito vestro vobis infestus esset, et nihil a vobis ultra, quam pacem, petiit, fidemque hodie pacis pactæ desiderat.[7] Assuefacite his terris legiones externas, et jugum accipite. Sero ac nequicquam, cum dominum Romanum habebitis, socium Philippum quæretis. Ætolos, Acarnanas, Macedonas, ejusdem linguæ homines, leves ad tempus ortæ causæ disjungunt conjunguntque: cum alienigenis,[8] cum bar-

[e] *Partim sepultis, partim in exilium pulsis civibus.*

et Crev. *transcenderunt*, quod Kreyssig. in ed.—5 Malit Crev. *eidem;* quod Kreyssig.—6 'J. F. Gron. vocem *prodigium*, deleta post eam distinctione, cum sequentibus jungit, et *prodigium crudelius*, majus crudelitatis monstrum, explicat. Equidem τὸ *prodigium* in parenthesi posui, ut sensus sit: *urbs trunca, sine senatu, sine plebe, sine magistratibus,* (en urbis *prodigium!*) crudeliore ratione, *quam si deleta foret, relicta habitanda*, h. e. ad habitandum.' *Doering.* 'Vulgatam distinctionem probant Duk. et Periz. qui *prodigium* ad præcedent. referunt, et *crudelius* accipiunt adverbialiter.' *Rupert.*—7 '*Fidemque* (pro *et fidem*, ut duo *et* sint h. l. nisi *et* ante *nihil* del.) *hodie pacis pactæ desiderat*, post hoc verbum sustuli interr. signum: nam post *qui* intell. *tamen*, et verba *Philippi regnum* cet. non interrogantis, sed referentis, animo dici, magis est e more Livii.' *Rupert.*—8 In ultim. Grut. ed. primum editum est *cum alienis*, quam lect. plures deinde edd. servarunt; ut Gron. Doujat.

NOTÆ

[s] *Prodigium; relicta*] Est enim monstri instar, et maximæ crudelitatis exemplum, urbs relicta sine summo magistratu, sine consilio publico, præcipuis civibus orbata, et sine legibus pristinis: nec nisi a plebeiis dedititiis culta, qui revera Ἀπόλιδες, id est, *sine civitate:* pejoris conditionis quam peregrini, qui etsi Romanæ civitatis nequaquam participes; tamen certæ civitatis cives erant, quæ suis vivebat legibus. At Capua

baris[t] æternum omnibus Græcis bellum est eritque. Natura enim, quæ perpetua est, non mutabilibus in diem causis, hostes sunt. Sed, unde cœpit oratio mea, ibi desinet. Hoc eodem loco iidem homines de ejusdem Philippi pace triennio ante decrevistis, iisdem improbantibus eam pacem Romanis, qui nunc pactam et compositam turbare volunt. In qua consultatione nihil fortuna mutavit, cur vos mutetis, non video.'

30. Secundum Macedonas, ipsis Romanis ita concedentibus jubentibusque, Athenienses, qui fœda passi justius in crudelitatem sævitiamque regis invehi poterant, introducti sunt. Deploraverunt vastationem populationemque miserabilem agrorum. 'Neque id se queri, quod hostilia ab hoste passi forent: esse enim quædam belli jura; quæ ut facere, ita pati sit fas. Sata[9] exuri, dirui tecta, prædas hominum pecorumque agi, misera magis, quam indigna, patienti esse. Verum enim vero[u] id se queri,[10] quod is, qui Romanos alienigenas et barbaros vocet, adeo omnia simul divina humanaque jura polluerit, ut priore populatione cum infernis[11] Diis, secunda cum superis bellum nefarium gesserit:[f] omnia sepulcra monumentaque diruta esse in finibus suis, omnium nudatos manes, nullius ossa terra tegi. Delubra sibi fuisse, quæ quondam pagatim habitantes, in parvis illis castellis vicisque consecrata, ne

[f] *Prima irruptione bellum intulerit manibus et cineribus mortuorum, demoliendo eorum sepulcra; secunda vero, Diis ipsis et cœlitibus, templa et statuas ipsorum exurendo.*

9 (*esse enim ... sit fas*) *sata* Gron. Doujat. 'Pro *sata* male in quibusd. librr. vett. et edd. vel *saxa*, vel *tota* exhibetur.' *Doering.*—10 J. F. Gron. suspectum est *τὸ verum;* idemque sine idonea causa, judice Doer. mavult *enimvero*

NOTÆ

deditìtiorum conditioni misere addicta. Lib. XXVI. cap. 16. et seqq. lib. XXVII. cap. 3. &c.

[t] *Cum barbaris*] Græcis barbari erant quicumque diversa ab ipsis lingua utebantur; ut et Romanis nationes reliquæ præter Græcam.

[u] *Verum enim vero*] Suspectum Gronov. *τὸ verum*, quod non extat in Vossii codice, quin etiam *τὸ enimvero*, ut supervacaneum rejicere videtur. Sensus tamen alterutrum, ni fallor, desiderat: aut certe patitur.

in unam urbem quidem contributi [x] majores sui deserta reliquerint. Circa ea omnia templa Philippum infestos circumtulisse ignes: semiusta et truncata simulacra Deum inter prostratos jacere postes templorum. Qualem terram Atticam fecerit, exornatam quondam opulentamque, talem eum, si liceat, Ætoliam Græciamque omnem facturum. Urbis quoque suæ similem deformitatem futuram fuisse, nisi Romani subvenissent.[12] [y] Eodem enim scelere urbem colentes Deos [13] [z] præsidemque arcis Minervam [a] petitam; eodem Eleusine Cereris templum, eodem Piræei Jovem Minervamque: sed ab eorum non templis modo, sed etiam mœnibus vi atque armis repulsum, in ea delubra, quæ sola religione tuta fuerint, sævisse. Itaque se orare atque obsecrare Ætolos, ut, miserti Atheniensium, ducibus Diis immortalibus, deinde Romanis, qui secundum Deos plurimum possint, bellum susciperent.'

31. Tum Romanus legatus: 'Totam orationis meæ formam Macedones primum, deinde Athenienses mutarunt. Nam et Macedones, cum ad conquerendas Philippi injurias in tot socias nobis urbes venissem, ultro accusando

id non ferre.—11 In quibusd. librr. vett. *inferis.*—12 *Venissent* Gron.—13 *Urbem colentem hos deos* edd. ante Gron. Mox *Eleusinæ.*

NOTÆ

[x] *In unam urbem quidem contributi*] A Theseo scilicet, qui incolas e pagis Athenas deduxerat.

[y] *Nisi Romani subvenissent*] Sic Thuan. et melius quam ut vulgo legitur, *venissent.*

[z] *Urbem colentes Deos*] Ita legendum ex codice Oxon. id est, ipsos Deos, qui urbem Athenas quasi incolebant: ut apud Plaut. in Pœn. 'Deos Deasque veneror qui hanc urbem colunt.' Et apud Cic. Verr. ult. 'Vos etiam atque etiam imploro et appello sanctissimæ Deæ, quæ illos Ennenses lacus lucosque colitis.' Putabant enim antiqui Deos iis locis quæ cuique sacrata, templis præsertim suis ac simulacris, velut affixos inhærere. Unde occupato a Sabinis Capitolio exclamat P. Valerius supra lib. III. cap. 17. 'At vos veremini Deos patrios, ab hostibus captos. Jupiter optimus maximus, Juno Regina, Minerva, alii Dii Deæque obsidentur.'

[a] *Præsidemque arcis Minervam*] In arce Athenarum erat Minervæ, seu Palladis, templum, ubi ea præcipuo honore colebatur, tanquam urbis præses, quæ ipsi dicata, deque ejus nomine dicta, ut paulo ante observatum est.

Romanos, defensionem ut accusatione potiorem haberem, effecerunt; et Athenienses in Deos superos inferosque nefanda atque inhumana scelera ejus referendo, quid mihi aut cuiquam reliquerunt, quod objicere ultra possim? Eadem Cianos,[14] [b] Abydenos, Æneos,[15] Maronitas,[c] Thasios,[16] Parios, Samios, Larissenses, Messenios hinc ex Achaia,[d] existimate queri; graviora etiam acerbioraque eos, quibus nocendi majorem facultatem habuit. Nam quod ad ea attinet, quæ nobis objecit; nisi gloria digna sunt, fateor ea defendi non posse.[g] Rhegium et Capuam et Syracusas nobis objecit. Rhegium Pyrrhi bello legio a nobis, Rheginis ipsis, ut mitteremus, orantibus, in præsidium missa, urbem, ad quam defendendam missa erat, per scelus possedit. Comprobavimus ergo id facinus? an bello persecuti[17] sceleratam legionem,[e] in potestatem nostram redactam tergo et cervicibus pœnas sociis pendere cum coëgissemus, urbem, agros, suaque omnia cum libertate legibusque

[g] *Tantum abest ut defendi non possint, ut gloriam potius mereantur, quam defensionem et excusationem.*

14 Sic recte pro vitiosa lectione *Chios* vel *Æchios* legendum esse docuit Sigon.—15 Drak. *Ænios* scribendum esse suspicatur.—16 'Hanc vocem, quam, invitis omnibus codd. et edd. vett. omiserat Clericus, revocavit Drak.' *Doering.* del. Crev. *Thasios.*—17 Vet. lib. apud Sigon. *annon bello persecuti.*—

NOTÆ

[b] *Eadem Cianos*] Legebatur vulgo *eadem Chios.* Verum Chii non fuere in gentium a Philippo per hæc tempora bello vexatarum numero; nec etiam Ciani incolæ insulæ Ciæ; sed Ciani incolæ oppidi, quod Cium, sive Cion dixere. Id in Phrygia fuit, ex Plinio, ad amnem cognominem, in confinio Bithyniæ inter Cyzicum ad occasum, et Apamiam ad ortum. Hinc sinus Cianus pars Propontidis. Nunc *Golfo di Cio.*

[c] *Æneos, Maronitas*] Intellige cives Æni et Maroneæ, in Thracia, de quibus paulo ante: ac deinde incolas insularum Ægæi maris, quæ hic recensentur, nempe Thasi (quæ juxta Thraciam, vulgo *Tasso*), Pari (quæ inter Cycladas), et Sami (quæ ad oram Ioniæ).

[d] *Messenios hinc ex Achaia*] Diversæ Peloponnesi regiones fuere, Messenia et Achaia: sed hoc tempore Messenii Achæorum fœderati, Achæi vero sociarum circa nationum principes erant, ita ut reliqui populi Achæorum nomine censerentur: quomodo nunc septem fœderatæ Belgii gentes Hollandorum vocabulo comprehenduntur.

[e] *Persecuti sceleratam legionem*] Vide lib. XXVIII. cap. 28. et Epit. lib. XII.

Rheginis reddimus? Syracusanis[f] oppressis ab externis tyrannis, quo indignius[18] esset,[h] cum tulissemus opem, et fatigati prope per triennium terra marique urbe munitissima oppugnanda essemus, cum jam ipsi Syracusani servire tyrannis, quam capi a nobis mallent, captam iisdem armis et liberatam urbem reddidimus. Neque infitias imus, Siciliam provinciam nostram esse, et civitates, quæ in parte Carthaginiensium fuerunt, et uno animo cum illis adversus nos bellum gesserunt, stipendiarias nobis ac vectigales esse.[g] Quin contra hoc et vos et omnes gentes scire volumus, pro merito cuique erga nos fortunam esse.[i] An Campanorum pœnæ, de qua neque ipsi quidem[19] queri possunt, nos pœniteat? Hi homines, cum pro iis bellum adversus Samnites per annos prope septuaginta cum magnis nostris cladibus gessissemus, ipsos fœdere primum, deinde connubio, atque inde cognationibus, postremo civi-

[h] *Ut oppressio eorum indignior videretur, quam si a propriis regibus vexati fuissent.*

[i] *Unumquemque eam fortunam sortiri, quam officio aut injuriis erga nos meritus sit.*

18 In quibusd. librr. vett. *quod indignius.*—19 'Si ita scripsit Livius, haud dubie ante has voces aliquid excidit, v. c. *neque alii populi,* vel *neque aliæ gentes;* nam omnes libri vett. in *neque* vel *nec* amice conspirant. At J. F. Gron. *ne* pro *neque* scribendum esse, suspicans, faciliore negotio rem expedit.' *Doering.*

NOTÆ

atque ibi Sigon.

[f] *Syracusanis*] De Syracusarum urbis inter Siculas præcipuæ oppugnatione, seditionibus, casu, ac direptione actum lib. XXIV. et XXV.

[g] *Stipendiarias nobis ac vectigales esse*] Provinciæ *stipendiariæ* dicebantur, quæ stipendium populo Romano præstabant; *vectigales,* quæ vectigal pendebant. Stipendium autem a stipe pendenda appellatum est, quod per stipes, id est, modica æra colligatur. Idem tributum appellatur ab intributione; vel ex eo quod militibus tribuatur, ut Ulpian. tradit in l. XXVII. Dig. de Verb. signific. Hinc et militum mercedes et militiæ munia, ac tempora, stipendiorum nomine intelliguntur. Vectigal autem publicum, species quoque tributi est, a vehendo dictum ex Isid. Ejus tria erant genera: alterum decumarum, quod ex frugibus; alterum scripturæ, quod ex pascuis; tertium portorii, quod ex mercibus exportandis vel importandis exigebatur, quemadmodum colligitur ex Ciceron. orationibus in Verrem: sed hæc sæpenumero promiscue sumuntur. Vide Cujac. Observat. lib. VI. cap. 19. et lib. VII. cap. 3.

tate nobis conjunxissemus,[h] tempore nostro adverso primi omnium Italiæ populorum, præsidio nostro fœde interfecto, ad Hannibalem defecerunt: deinde, indignati se obsideri a nobis, Hannibalem ad oppugnandam Romam miserunt. Horum si neque urbs ipsa, neque homo quisquam superesset, quis durius, quam pro merito ipsorum, statutum indignari posset? Plures sibimet ipsi conscientia scelerum mortem consciverunt, quam a nobis supplicio affecti sunt. Ceteris ita oppidum, ita agros ademimus, ut agrum locumque ad habitandum daremus; urbem innoxiam stare incolumem pateremur; ut, qui hodie videat eam, nullum oppugnatæ captæve ibi vestigium inveniat. Sed quid ego Capuam dico? cum Carthagini victæ pacem ac libertatem dederimus. Magis illud est periculum, ne, nimis facile victis ignoscendo, plures ob id ipsum ad experiendam adversus nos fortunam belli incitemus. Hæc pro nobis dicta sint, hæc adversus Philippum; cujus domestica parricidia[i] et cognatorum amicorumque cædes et libidinem inhumaniorem prope, quam crudelitatem, vos, quo propiores Macedoniæ estis, melius nostis. Quod ad vos attinet, Ætoli, nos pro vobis bellum suscepimus adversus Philippum: vos sine nobis cum eo pacem fecistis. Et forsitan dicatis, bello Punico occupatis nobis, coactos metu vos leges pacis ab eo, qui tum plus poterat, accepisse. Et nos, cum alia majora urgerent, depositum a vobis bellum et ipsi omisimus. Nunc et nos, Deum benignitate Punico perfecto bello, totis viribus nostris in Macedoniam incubuimus, et vobis restituendi vos in amicitiam societatemque nostram fortuna oblata est; nisi perire cum Philippo, quam vincere cum Romanis, mavultis.'

NOTÆ

[h] *Postremo civitate nobis conjunxissemus*] Indicatur Campanos civitate donatos a Romanis.

[i] *Domestica parricidia*] Philippi præclara indoles regali educatione perfecta fuerat, sed rebus secundis et perversis adulatorum artibus corrupta, ad libidines prorupit, quarum mentio lib. XXVII. cap. 31. Hinc ad cædes transitus factus; idque inprimis vitio datum quod Aratum Achæorum prætorem, cujus tanquam parentis potius quam amici consilio feliciter usus erat, ejusque filium cujus uxorem stupraverat, veneno interemit.

32. Hæc dicta ab Romano cum essent, inclinatis omnium animis ad Romanos, Damocritus prætor Ætolorum, pecunia, ut fama est, ab rege accepta, nihil aut huic aut illi parti assensus, 'Rem magni discriminis consiliis nullam esse tam inimicam, quam celeritatem,'[k] dixit. 'Celerem enim pœnitentiam, sed eandem seram atque inutilem, sequi, cum præcipitata raptim consilia neque revocari, neque in integrum restitui possint. Deliberationis autem ejus, cujus ipse maturitatem expectandam putaret, tempus ita jam nunc statui posse, cum legibus cautum esset, ne de pace bellove, nisi in Panætolico[k] et Pylaico[l]

[k] *Nihil esse adeo contrarium consiliis majoris momenti, et quæ periculum ingens adjunctum habent, ac festinationem.*

NOTÆ

[k] *In Panætolico*] At hoc ipsum concilium 'Panætolium' vocatur initio cap. 29. Ad quod ergo Panætolicum deliberationem differt Damocritus? an legendum *Panæolicum*, id est, totius Æolicæ nationis, quæ Bœotos, opinor, Phocenses, Locros etiam forte, ac Thessalorum partem cum Ætolis complectebatur?

[l] *Et Pylaico*] Dicitur Pylaicum a Pylis, sive Thermopylis, ubi conventus communis totius Græciæ habebatur. Amphictyonicum quoque appellatum ab Amphictyone Helenis filio, Deucalionis nepote, Athenarum rege; a quo institutum hoc concilium creditur. Id Delphis primum haberi mos erat, donec Phocenses ob direptum Apollinis templum ordine moti, et sedes hujus senatus ad Thermopylas translata. Eo prius concilii habendi causa conveniebant legati a populis duodecim, qui a Suida recensentur, Iones, Dores, Perrhæbi, Bœoti, (qui et Æoles proprie,) Magnetes, Achæi (sive Thessali proprie dicti), Pthiotæ, Maleenses, (sic enim legendum Μαλιεῖς, vel Μηλιεῖς, non Μολιεῖς,) sinus scilicet Maliaci accolæ seu Locri Epicnemidii, Phocenses, (quorum locum Macedones, utpote sacrilegii ultores diu tenuere,) Dolopes, Ænianes, Delphi, Thessali, et his additi etiam aliquot postea populi, qua de re Pausanias in Phocicis. Sylburgius tamen in notis ad eundem Pausaniam conjicit Amphictyonum nomen, non ab rege illo Athenarum fuisse desumtum, sed ἀμφικτίονας, saltem a principio, dictos, quasi περικτίονας, hoc est, ἀμφὶ τοὺς Δελφοὺς ἐκτισμένους, seu, (ut Hesychius et Harpocration ex Anaximene interpretantur,) eos qui circum Delphos habitabant: quod et Thucydidis scholiastes observat: περικτίονες εἰσὶ, inquit, καὶ ἀμφικτίονες, οἱ περιοικοῦντες: Ionum scilicet confines, qui vicinam Ionibus incolebant regionem. Strabo lib. VIII. alium Amphictyonum conventum memorat; concilium nempe septem civitatum, Epidauri, aliarumque a Peloponneso, et Athenarum, apud Calauriam exiguam insulam. De quo intelligendum puto quod idem auctor lib. IX. de conventu Delphico et Pylaico refert, a quibusdam Acrisio regi Argivorum assignari ordinis Amphictyonum institutum.

concilio, ageretur, decernerent extemplo, ut prætor sine fraude, cum de bello aut de pace agere velit, advocet concilium; et, quod tum referatur decernaturque, ut perinde jus ratumque sit, ac si in Panætolico aut Pylaico concilio actum esset.' Dimissis ita suspensa re legatis, egregie consultum genti aiebat. Nam, utrius partis melior fortuna belli esset, ad ejus societatem inclinaturos. Hæc in concilio Ætolorum acta.

33. Philippus impigre terra marique parabat bellum: navales copias Demetriadem in Thessaliam[20] contrahebat. Attalum Romanamque classem principio veris ab Ægina ratus moturos, navibus maritimæque oræ præfecit Heraclidem,[1] quem et ante præfecerat. Ipse terrestres copias comparabat, magna se duo auxilia detraxisse Romanis credens, ex una parte Ætolos, ex altera Dardanos, faucibus ad Pelagoniam a filio Perseo interclusis. Ab consule non parabatur, sed gerebatur jam bellum. Per Dassaretiorum[2] fines[m] exercitum ducebat, frumentum, quod ex hybernis extulerat, integrum vehens; quod in usum militi satis esset, præbentibus agris. Oppida vicique partim voluntate, partim metu se tradebant. Quædam vi expugnata, quædam deserta, in montes propinquos refugientibus barbaris, inveniebantur. Ad Lyncum[3][n] stativa posuit prope flumen Bevum:[4][o] inde frumentatum circa horrea

20 *In Thessalia* Gron. Doujat. Crev.—1 Olim legebatur *Heraclidam.*—2 '*Dassaritiorum* ex Stephano et Eustathio.' *J. F. Gron.*—3 *Lycum* Gron.

NOTÆ

[m] *Per Dassaretiorum fines*] Dassaretii populi erant Macedoniæ occiduæ, sive Illyricæ, quæ nunc *Albania*, de quibus supra, XXVII. 34.

[n] *Ad Lyncum* [*Lycum*] Vulg. legitur, *ad Lingum.* Sed cum nullum ejus nominis oppidum apud geographos occurrat, Glareanus *Lychnidum* scribi volebat, quod ad lacum cognominem, unde evolvitur Drillus fluvius, et quam plerique putant Justiniani imperatoris patriam fuisse, quæ nempe hodie *Locrida* vocatur: illorum in hoc judicium non satis certum mihi visum est, ut alibi ostendi. Sigonius *Lycum* hic legit, cum membranis. Id oppidum est Eordæorum in Dassaretiorum confinio.

[o] *Prope flumen Bevum*] Pro *Bevum*, sibi ignotum, *Haliacmonem* reponit idem Glar. qui tamen fluvius longe a Dassaretiis et Lychnido. Sigonius *Be-*

Dassaretiorum [p] mittebat. Philippus consternata quidem omnia circa pavoremque ingentem hominum cernebat; sed parum gnarus, quam partem petisset consul, alam equitum ad explorandum, quonam hostes iter intendissent, misit. Idem error apud consulem erat. Movisse ex hybernis regem sciebat, quam regionem petisset ignorans. Is quoque speculatum miserat equites. Hæ duæ alæ ex diverso, cum diu incertis itineribus vagatæ per Dassaretios essent, tandem in unum iter convenerunt. Neutros fefellit, ut fremitus procul hominum equorumque exauditus est, hostes appropinquare. Itaque prius, quam in conspectum venirent, equos armaque expedierant. Nec mora, ubi primum hostem videre, concurrendi facta est. Forte et numero et virtute, utpote lecti utrimque, haud impares, æquis viribus per aliquot horas pugnarunt. Fatigatio ipsorum equorumque, incerta victoria, diremit prælium. Macedonum quadraginta equites, Romanorum quinque et triginta ceciderunt. Neque eo magis explorati quicquam, in qua regione castra hostium essent, aut illi ad regem, aut hi ad consulem retulerunt. Per transfugas cognitum est, quos levitas ingeniorum ad cognoscendas hostium res in omnibus bellis præbet.

34. Philippus, aliquid et ad caritatem suorum,[l] et ut promtius pro eo periculum adirent, ratus profecturum se, si equitum, qui ceciderant in expeditione, sepeliendorum curam habuisset, afferri eos in castra jussit, ut conspiceretur ab omnibus funeris honos. Nihil tam incertum nec

[l] *Ut augeret suorum amorem in se, sive ut carior Macedonibus esset.*



Doujat. Crev. *Lyngum* al.—4 Vid. Not. Delph. inf.

NOTÆ

vum defendit, non tantum ex manuscriptis, sed etiam ex Stephano, qui Beves urbis in Macedonia meminit, et ad eam Bevi amnis. Erit is igitur amnis, qui in Dassaretiis ortus, in Eordæis exoneratur in Genusium seu Panyasum.

[p] *Horrea Dassaretiorum*] Urbis nomen est ad Panyasum sitæ.

tam inæstimabile[m] [5] est, quam animi multitudinis. Quod promtiores ad subeundam omnem dimicationem videbatur facturum, id metum pigritiamque incussit: nam qui hastis sagittisque et rara lanceis vulnera facta vidissent, cum Græcis Illyriisque pugnare assueti,[n] postquam gladio Hispaniensi detruncata corpora brachiis [6] abscisis, aut tota cervice desecta divisa a corpore capita patentiaque viscera et fœditatem aliam vulnerum viderunt, adversus quæ tela quosque viros pugnandum esset, pavidi vulgo cernebant. Ipsum quoque regem terror cepit, nondum justo prælio cum Romanis congressum. Itaque, revocato filio præsidioque, quod in Pelagoniæ faucibus erat, ut iis copiis suas augeret, Pleurato Dardanisque iter in Macedoniam patefecit. Ipse, cum viginti millibus peditum, quatuor [7] equitum, ducibus transfugis, ad hostem profectus, paulo plus ducentos passus [8] a castris Romanis tumulum propinquum Athaco [q] fossa ac vallo communivit; ac, subjecta [o] cernens Romana castra, admiratus esse dicitur et universam speciem castrorum, et descripta suis quæque partibus, tum tendentium ordine,[r] tum itinerum intervallis; et negasse, barbarorum ea castra ulli videri posse. Biduum consul et rex, alter alterius conatus expectantes, continuere suos intra vallum: tertio die Romanus omnes copias in aciem eduxit.

35. Rex vero, tam celerem aleam universi certaminis

[m] *Nihil est quod minus certo æstimari et provideri possit.*
[n] *Etenim Macedones, qui cum soliti essent dimicare cum Græcis, &c.*
[o] *In inferiori loco posita.*



5 'Bene Lennep. ad Phalar. tentabat *instabile.*' Doering.—6 *Cum humero* add. Kreyssig. Mox *abscissis* Gron. Doujat. Crev.—7 Tò *millibus* in vett. edd. post *quatuor* exhibitum delendum h. l. censuit J. F. Gron.—8 Aldus dedit *plus ducentis passibus.* Kreyssig. habet *mille passus.*

NOTÆ

[q] *Athaco*] Dassaretiorum urbs fuit Athacus, non procul Octolopho, in Candavia, sive regione Candaviis montibus, qui et Cambunii dicuntur, subjecta, ad dextram Genusii.

[r] *Tendentium ordine*] Militare verbum pro tentoria figere, et ordine disposita habere, quomodo apud Virgilium I. Æneid. 'Hic Dolopum manus, hic sævus tendebat Achilles.'

timens, quadringentos Tralles[9] [s] (Illyriorum id, sicut alio diximus loco, est genus) et Cretenses[t] trecentos, addito iis peditibus pari numero equitum, cum duce Athenagora, uno ex purpuratis, ad lacessendos hostium equites misit. Ab Romanis autem (aberat[u] acies eorum paulo plus quingentos passus)[10] velites et equitum duæ ferme alæ emissæ, ut numero quoque eques pedesque hostem æquarent. Credidere regii, genus pugnæ, quo assuerant,[11] [y] fore, ut equites, invicem insequentes refugientesque, nunc telis uterentur, nunc terga darent; Illyriorum velocitas ad excursiones et impetus subitos usui esset, Cretenses in invehentem se effuse hostem sagittas conjicerent. Turbavit hunc ordinem pugnandi non acrior, quam pertinacior, impetus Romanorum. Nam haud secus, quam si tota acie dimicarent, et velites, emissis hastis, cominus gladiis rem gerebant, et equites, ut semel in hostem evecti sunt, stantibus equis,

9 'Corrupte in vett. librr. legitur *Triballos*.' Doering.—10 'Vulgata, a Frobenio inde propagata, lectio fuit *Ab Romanis*, (*cum aberat .... passus*). J. F. Gron. corrigebat *Ab Romanis item* (*aberat* cett. Sed Crev. et Drakenb. ad optimorum codd. fidem revocarunt nostram lectionem. Drak. tamen, cum oratio *Rex vero .... Ab Romanis autem*, non bene sibi respondeat, malit *Ab Romanis* (*aberat autem* cett.' *Doering*. *Ab Romanis cum*, sublatis parentheseos signis, ed. Gron. Doujat.—11 Edd. ante Gron. *cui assueverant*: et Gron. Doujat. Crev. exhibent *assueverant*.

NOTÆ

[s] *Quadringentos Tralles*] Vulgo legitur *Triballos*. Sed veteres libri habent *Tralles*, quos Sigon. ex Stephano Illyrici populos memorat post Theopompum, eorumque regionem Tralliam.

[t] *Cretenses*] Incolæ insulæ, quæ veteribus Creta, hodie *Candia* Italis, Turcis *Kirit adà*, bellicosi olim habiti, ut a quibus disciplinam Laconum hausisse Lycurgus dicatur: arte inprimis sagittandi celebrabantur.

[u] *Ab Romanis autem aberat, &c.* [*cum aberat*] Hæc merito suspecta sunt Gronovio. Manuscripti habent, *ab Romanis autem aberat, &c.* Quod non male fuerit, si inseratur parenthesis, ita: *ab Romanis autem* (*aberat acies eorum paulo plus quingentos passus*) *velites et equitum duæ ferme alæ emissæ*.

Aberat, &c.] Hæc de sententia J. F. Gronov. parenthesi clausimus, et abjecimus *quum;* quod proxime antecedebat. *J. Clericus*.

[y] *Quo assuerant* [*assueverant*] Sic scripti omnes, non, ut vulgo, *cui assueverant;* ita Cic. III. de Orat. 'homines labore assiduo et quotidiano assueti.' Cæsar lib. I. de Bello Civ. 'genere quodam pugnæ assuefacti.' Flor. lib. I. cap. 1. 'assuetas sanguine et præda volucres.'

partim ex ipsis equis, partim desilientes immiscentesque se peditibus, pugnabant. Ita nec eques regius equiti par erat, insuetus ad stabilem pugnam; nec pedes concursator et vagus et prope seminudus genere armorum veliti Romano, parmam gladiumque habenti, pariterque et ad se tuendum, et ad hostem petendum armato. Non tulere itaque dimicationem; nec alia re, quam velocitate, tutantes se, in castra refugerunt.

36. Uno deinde intermisso die, cum omnibus copiis equitum levisque armaturæ pugnaturus rex esset, nocte cætratos,[p] quos peltastas vocant, loco opportuno inter bina castra in insidiis abdiderat, præceperatque Athenagoræ et equitibus, ut, si aperto prælio procederet res, uterentur fortuna; si minus, cedendo sensim ad insidiarum locum hostem pertraherent. Et equitatus quidem cessit; duces cætratæ cohortis, non satis expectato signo, ante tempus excitatis suis, occasionem bene gerendæ rei amisere. Romanus, et aperto prælio victor, et tutus a fraude insidiarum, in castra sese recepit. Postero die omnibus copiis consul in aciem descendit, ante prima signa locatis elephantis; quo auxilio tum primum Romani, quia captos aliquot bello Punico habebant, usi sunt. Ubi latentem intra vallum sensit,[12] exprobrans metum successit.[q] Postquam ne tum quidem potestas pugnandi dabatur, quia ex tam propinquis stativis parum tuta frumentatio erat,[13] dispersos milites per agros equitibus extemplo invasuris; octo ferme inde millia, intervallo [14] tutiorem frumentationem habiturus, castra ad Octolophum [z] (id est loco nomen) movit. Cum in propin-

[p] *Brevi ac lunato scuto armatos.* [q] *Accessit ad vallum.*



12 *Intra vallum hostem vidit, in tumulos quoque ac sub ipsum vallum* Kreyssig. —13 ‘ *Parum tuta erat frumentatio*, sc. hosti. Dukerus, cui paulo durius videbatur hoc supplementum, (quo nihil sane apud Nostrum frequentius,) tentabat *quia hostium tam propinquis stativis par. tut. erat frumentatio.*’ Doering.

NOTÆ

[z] *Ad Octolophum*] In Dassaretiis ad meridiem Athaci, inter Panyasum fl. et Candavios montes, in confinio Deuriopum fuit Octolophus. Ab tu-

quo agro frumentarentur Romani, primo rex intra vallum suos tenuit, ut cresceret simul et[15] negligentia cum audacia hosti. Ubi effusos vidit, cum omni equitatu et Cretensium auxiliaribus, quantum equitem velocissimi pedites cursu æquare poterant, citato profectus agmine, inter castra Romana et frumentatores constituit signa.[r] Inde, copiis divisis, partem[16] ad consectandos vagos frumentatores emisit,[a] dato signo,[s] ne quem vivum relinquerent; cum parte ipse substitit, itineraque, quibus ad castra recursuri videbantur hostes, obsedit. Jam passim cædes ac fuga erat, necdum quisquam in castra Romana nuntius cladis pervenerat, quia refugientes in regiam stationem incidebant; et plures ab obsidentibus vias, quam ab emissis ad cædem, interficiebantur. Tandem inter medias hostium stationes elapsi quidam trepidi, tumultum magis, quam certum nuntium, intulerunt castris.

37. Consul, equitibus jussis, qua quisque posset, opem ferre laborantibus,[b] ipse legiones e castris educit, et agmine quadrato ad hostem ducit. Dispersi equites per agros quidam[17] aberrarunt, decepti clamoribus aliis ex alio existentibus loco.[t] Pars obvios habuerunt hostes. Pluribus locis simul pugna cœpit. Regia statio atrocissimum prælium edebat. Nam et ipsa multitudine equitum peditumque prope justa acies erat; et Romanorum, quia medium obsederat iter,[c] plurimi in eam inferebantur. Eo quoque supe-

[r] *Cum exercitu substitit.*
[s] *Cum mandatum dedisset, sive cum imperasset.*
[t] *Qui clamores ex aliis atque aliis, id est, diversis locis oriebantur.*

—14 *Millium intervallo* Gron. Doujat. Crev.—15 ' Τὸ *et* sine idonea causa Duker. delendum putat.' *Doering.*—16 *Partim* Gron. Doujat. Crev.

17 ' Male omnes fere recentiores editores ad ultimam Gruteri editionem dederunt *quidem; τῷ quidam* enim respondet, quod mox sequitur, *pars.*' Doe-

NOTÆ

mulis seu fastigiis octo deductum nomen videtur.

[a] *Partem* [*partim*] *ad consectandos, &c. emisit*] Intellige per zeugma, copias emisit: nisi malis *partem,* nempe copiarum.

[b] *Laborantibus*] Nimirum frumentatoribus.

[c] *Quia medium obsederat iter*] Statio nimirum, sive agmen cum quo

riores Macedones erant, quod et rex ipse hortator aderat, et Cretensium auxiliares[u] multos ex improviso vulnerabant, conferti præparatique in dispersos et effusos pugnantes.[x] Quod si modum in insequendo habuissent, non in præsentis modo certaminis gloriam, sed in summam etiam belli profectum foret: nunc aviditate cædis intemperantius insecuti[18] in prægressas cum tribunis militum cohortes Romanas[d] incidere; et fugiens eques, ut primo signa suorum vidit, convertit in effusum hostem equos: versaque momento temporis fortuna pugnæ est, terga dantibus, qui modo secuti erant. Multi cominus congressi, multi fugientes interfecti. Nec ferro tantum periere, sed in paludes quidam conjecti profundo limo cum ipsis equis hausti sunt. Rex quoque in periculo fuit: nam, ruente saucio equo, præceps ad terram datus, haud multum abfuit, quin jacens opprimeretur. Saluti fuit eques, qui raptim ipse desiluit, pavidumque regem in equum subjecit.[e] Ipse,[f] cum pedes æquare cursu fugientes non posset equites, ab hostibus ad casum regis concitatis confossus periit. Rex, circumvectus paludes pervias inviasque trepida fuga, in castra tandem, jam desperantibus plerisque incolumem evasurum, pervenit. Ducenti Macedonum equites eo prælio periere: centum ferme capti; octoginta admodum ornati equi, spoliis simul armorum[g] relatis, abducti.

38. Fuerunt, qui hoc die regem temeritatis, consulem

[u] *Auxiliarii milites conducti ex insula Creta*, Gall. *que l'on avoit levé dans l'isle de Crete.*

[x] *Cum regii conglobati et præparati dimicarent adversus Romanos separatos et effuse palatos.*



ring.—18 Omnes codd. apud Drak. *secuti;* quod Kreyssig.

NOTÆ

Philippus substiterat. *Le partie, le corps où étoit le roi.*

[d] *Cohortes Romanas*] Videtur Livius ex usu sæculi sui, et militia Cæsariana, *cohortes* dixisse; nam tempore Scipionis Romanæ legiones nondum in cohortes dividebantur, sed in corpora, in manipulos. Cohortium nomen in copiis sociorum jam tum usurpatum videri potest, saltem in his eo nomine usus est sæpius Noster.

[e] *In equum subjecit*] Gall. *lui aida à monter à cheval.*

[f] *Ipse*] Eques scilicet, qui regi jacenti opem tulerat.

[g] *Spoliis simul armorum*] Non modo

segnitiæ accusarent. Nam et Philippo quiescendum fuisse, cum paucis diebus hostes, exhausto circa omni agro, ad ultimum inopiæ venturos sciret; et consulem, cum equitatum hostium levemque armaturam fudisset, ac prope regem ipsum cepisset, protenus ad castra hostium ducere debuisse. Nec enim mansuros ita perculsos hostes fuisse, debellarique momento temporis potuisse. Id dictu, quam re, ut pleraque, facilius. Nam si omnibus peditum quoque copiis rex congressus fuisset, forsitan inter tumultum, cum omnes victi metuque perculsi [19] ex prælio intra vallum, protenus inde supervadentem munimenta victorem hostem fugerent, exui castris potuerit rex. Cum vero integræ copiæ peditum in castris mansissent, stationes ante portas, præsidiaque disposita essent, quid, nisi ut temeritatem regis, effuse paulo ante secuti perculsos equites, imitaretur, profecisset? [y] neque enim ne regis quidem primum consilium, quo impetum in frumentatores palatos per agros fecit, reprehendendum foret, si modum prosperæ pugnæ imposuisset. Eo quoque minus est mirum, tentasse eum fortunam, quod fama erat, Pleuratum Dardanosque, ingentibus copiis profectos domo, jam in Macedoniam transcendisse. Quibus si undique circumventus copiis foret, sedentem Romanum debellaturum, credi poterat.[z] Itaque, secundum duas adversas equestres pugnas, multo minus tutam moram in iisdem stativis fore Philippus ratus, cum abire inde et fallere abiens hostem vellet, caduceatore [h] sub occasum solis ad consulem misso, qui inducias ad sepeliendos equites pete-

[y] *Quid aliud fecisset consul, nisi quod imitatus esset temeritatem regis?*
[z] *Si Philippus expectasset, donec copiæ Dardanorum Romanas auctura advenirent, eumque urgerent; credibile erat Romanos, etiamsi non pugnarent, sed interim cederent, totius belli victores futuros.*

19 ‘Ant. Perizonius in marg. Livii pro *perculsi* legendum esse suspicatur *compulsi;* Drak. vero, si quid mutandum sit, tentat *pulsi;* neutrum opus est.’ *Doering.*

NOTÆ

cum phaleris quibus ornati erant, sed cum armis equitum qui iis usi fuerant.

[h] *Caduceatore*] Feciali, qui caduceum pacifici colloquii et commeatus indicium præferebat.

ret, frustratus hostem, secunda vigilia, multis ignibus per tota castra relictis, silenti agmine abiit.

39. Corpus jam curabat consul, cum, venisse caduceatorem, et quid venisset, nuntiatum est. Responso tantum dato, mane postero die fore copiam conveniendi; id quod quæsitum erat, nox dieique insequentis pars ad præcipiendum iter[1] Philippo data est. Montes, quam viam non ingressurum gravi agmine Romanum sciebat, petit. Consul, prima luce caduceatore datis induciis dimisso, haud ita multo post abisse hostem cum sensisset, ignarus qua sequeretur, iisdem stativis frumentando dies aliquot consumsit. Stuberam[2] [i] deinde petit, atque ex Pelagonia[k] frumentum, quod in agris erat, convexit. Inde ad Pluvinam[3] [l] est progressus, nondum comperto, quam regionem hostes petissent. Philippus, cum primo ad Bryanium[m] stativa habuisset, profectus inde transversis limitibus, terrorem præbuit subitum hosti. Movere itaque ex Pluvina Romani, et ad Osphagum flumen[n] posuerunt castra. Rex haud procul inde et ipse, vallo super ripam amnis ducto, (Erigonum incolæ[o] vocant) consedit. Inde satis comperto, Eordæam[4] [p] peti-



1 In quibusd. codd. apud Drak. *ad præripiendum iter.*—2 Vid. Not. Delph. inf.—3 ' Al. *Pluinam*, et quædam edd. *Pellinam*, ex emend. Sigon. quem gravissime hallucinatum esse docet Jac. Gron.' *Rupert.* Gron. Donjat. Crev.

NOTÆ

[i] *Stuberam*] In Deuriopibus, qui ad septemtrionem Caudaviis montibus et Panyaso, ad ortum æstivum Erigono fluvio vicini, fuit Stymbara, quam Stoberam Suidas vocat, Illyrici oppidum. Eo tempore in parte erat occidentali regni Macedonici, quæ tota regio antea Illyricis contribuebatur, a Cerauniis ad Scardum montem, secundum Adriaticum mare, protensa.

[k] *Ex Pelagonia*] Tripolitide scilicet, quæ Thessaliæ contermina.

[l] *Ad Pluvinam* [*Pellinam*] Pellina, sive Pelinna, oppidum quoque fuit Deuriopum, Stuberæ ad orientem æstivum.

[m] *Ad Bryanium*] In eisdem populis Bryanium fuit juxta Erigonum fluvium, ad ortum æstivum Pelinnæ.

[n] *Ad Osphagum flumen*] Vel idem est qui aliis Rhœdia, sub oppido Europo in Erigonum decurrens, aut inde non procul.

[o] *Erigonum incolæ*] Ex Pœonia Macedoniæ regione supra Doberum ortus Erigonus sive Erigon, Lynchestarum regionem fere ambit: inde per Æmathiam et Bottiæam in Axium defluit infra Ædessam; hodie *Vistrizza*.

[p] *Eordæum*] Eordæorum regio inter Aoum et Genusum sita, Taulan-

turos Romanos, ad occupandas angustias, ne superare hostes arctis faucibus inclusum aditum possent, præcessit. Ibi alia vallo, alia fossa, alia lapidum congerie, ut pro muro essent, alia arboribus objectis, ita ut locus postulabat, aut materia suppeditabat, permuniit;[5] atque (ut ipse rebatur) viam suapte natura difficilem objectis per omnes transitus operibus inexpugnabilem fecit. Erant pleraque sylvestria circa, incommoda phalangi maxime Macedonum; quæ, nisi ubi prælongis hastis[6] velut vallum ante clypeos objecit, (quod ut fiat, libero campo opus est) nullius admodum usus est. Thracas[7] quoque romphææ,[q] ingentis et ipsæ longitudinis, inter objectos undique ramos impediebant. Cretensium una cohors non inutilis erat; sed ea quoque[8] ipsa ut, si quis impetum faceret, in patentem vulneri equum equitemque sagittas conjicere poterat, ita adversus scuta Romana nec ad trajiciendum satis magnam vim habebat, nec aperti quicquam erat, quod peteret.[a] Itaque id ut vanum teli genus senserunt esse,[b] saxis passim tota valle jacentibus incessebant hostem. Ea, majore cum sonitu, quam vulnere ullo, pulsatio scutorum parumper succedentes Romanos tenuit. Deinde, iis quoque spretis, partim, testudine facta, per adversos vadunt hostes; partim, brevi circuitu

[a] *Sed hæc etiam ipsa Cretensium cohors, quemadmodum equos et equites, si qui forte inermes impetum facerent, telis poterat impetere: sic ubi res erat cum Romanis qui scutis protecti erant, nec sagittæ satis habebant roboris ad perfringenda scuta, nec corpora eorum ad ictum ulla ex parte patebant.*
[b] *Experimento didicerunt.*

habent *Pellinam.*—4 *Erdueam* edd. ante Sigon.—5 *Opere permuniit* Gron. Doujat. *propere permuniit* Kreyssig.—6 Legendum putat Doer. *prælongas hastas.*—7 ‘Pro *Thraces*, quod contra vett. librr. auctoritatem dederat J. F. Gron. recte Crev. revocavit *Thracas.*’ Doering. *Thraces* Doujat.—8 *Sed quæ quoque* Gron. Doujat. Crev.

NOTÆ

tiis ad ortum, Dassaretiis ad occasum fuit.

[q] *Romphææ*] *Romphæa* longioris gladii species est, ex utraque parte acutus, quam eandem frameam et spatham dictam Isidorus tradit Orig. l. XVIII. c. 6. Gall. *un espadon, une épée à deux mains, ou à la Suisse.* Thraces itaque impediebantur longitudine gladiorum ejusmodi, quominus iis per interjectos arborum ramos uti commode possent.

cum in jugum collis evasissent, trepidos ex præsidiis stationibusque Macedonas deturbant, et, ut in locis impeditis difficili fuga, plerosque etiam obtruncant.

40. Ita angustiæ minore certamine, quam quod animis proposuerant, superatæ, et in Eordæam perventum; ubi pervastatis passim agris, in Elimeam[r] se recepit. Inde impetum in Orestidem[s] fecit, et oppidum Celetrum[t] est aggressus, in peninsula situm. Lacus mœnia cingit: angustis faucibus unum ex continenti iter est. Primo situ ipso freti, clausis portis, imperium abnuere; deinde, postquam signa ferri ac testudine succedi ad portam obsessasque fauces agmine hostium viderunt, priusquam experirentur certamen, metu in deditionem venerunt. Ab Celetro in Dassaretios processit, urbemque Pelium[u] vi cepit. Servitia inde cum cetera præda abduxit, et libera capita sine pretio dimisit; oppidumque iis reddidit, præsidio valido imposito. Nam et sita opportune urbs erat ad impetus in Macedoniam faciendos. Ita peragratis hostium agris, consul in loca jam pacata ad Apolloniam, unde orsus[9] bellum erat, copias reduxit. Philippum averterant Ætoli et Athamanes et Dardani et tot bella repente alia ex aliis locis exorta. Ad-

9 'Τὸ *orsus*, quod ex conjectura dedit Gelenius, servarunt J. Fr. Gronov. Crev. et Drakenb. sed omnes codd. apud Drakenb. exhibent *ortum*.' Doering.

NOTÆ

[r] *In Elimeam*] Macedoniæ occidentalis, antea Illyrici, regio et urbs fuit Elymæa, quæ Ptolemæo Elyma, ad Celydnum fluvium, qui nunc *Salnich:* Elimæis Eordæi ad aquilonem; Parthiæi et Stymphalii ad ortum; Orestæ ad meridiem cum parte Atintanum; ad occidentem sinus Adriatici maris et Taulantii australes. Pars fuit, ni fallor, ejus regionis quæ nunc *la Placa* in Albania.

[s] *In Orestidem*] Fuit Orestis regio in confinio Macedoniæ et Epiri, pars regionis, quæ nunc *Canina* ad Acroceraunios usque montes, attingens Ionicum sinum. Nomen regioni ab Oreste, qui ob matris cædem profugus hunc tractum tenuit, condiditque ibi Argos Oresticum, cujus situs ignoratur.

[t] *Oppidum Celetrum*] Macedoniæ oppidum in finibus Orestarum, et Atintanum inter lacum et fluvium ex eo defluentem in Celydnum.

[u] *Urbemque Pelium*] Oppidum fuit Dassaretiorum in Macedonia inter lacum Lychnidensem et Lynchestarum confinia. Videtur ibi fuisse, ubi *Bichliza*.

versus Dardanos, jam recipientes ex Macedonia sese, Athenagoram cum expeditis peditibus ac majore parte equitatus misit, jussum instare ab tergo abeuntibus, et, carpendo postremum agmen, segniores eos ad movendos domo exercitus efficere. Ætolos Damocritus prætor, qui moræ ad decernendum bellum ad Naupactum auctor fuerat, idem proximo concilio ad arma conciverat, post famam equestris ad Octolophum pugnæ, Dardanorumque et Pleurati cum Illyriis transitum in Macedoniam, ad hæc classis Romanæ adventum in Oreum,[9] [x] et, super circumfusas tot Macedoniæ gentes, maritimam quoque instantem obsidionem.

41. Hæ causæ Damocritum Ætolosque restituerant Romanis; et, Amynandro rege Athamanum adjuncto, profecti Cercinium obsedere. Clauserant portas, incertum vi, an voluntate; quia regium habebant præsidium. Ceterum intra paucos dies captum est Cercinium [y] atque incensum. Qui superfuerant e magna clade, liberi servique, inter ceteram prædam abducti. Is timor omnes, qui circumcolunt Bœben paludem,[z] relictis urbibus, montes coëgit petere. Ætoli, inopia prædæ inde aversi, in Perrhæbiam [10] [a] ire pergunt. Cyretias [b] ibi vi capiunt [11] fœdeque diripiunt: qui

—9 '*In Oreum;* præpositionem *in* J. F. Gron. delendam censet. Supr. quoque XXII. 61. 'ante consulis Romam adventum.' Nec apparet præpositio *in* in codd. Lov. 4. apud Drakenb.' *Doering.* Vid. Not. Delph. inf.

10 Al. *Perræbiam;* al. *Perrœbiam* ut Gron. Doujat.—11 And. *in via capiunt.*

NOTÆ

[x] *Adventum in Oreum*] Quidam *adventu in Oreum;* unde conjicit Gronov. *adventum Oreum,* deleta præpositione *in:* ut lib. XXII. extremo, 'neque ante consulis Romam adventum.' Et apud Cic. lib. IX. ad Att. Epist. 4. 'Iter ad superum,' (supple mare) 'navigatio infero, discessus Arpinum.' Est autem Oreum Eubœæ Borealis maritima urbs ad Ægæum; nunc quoque *Oreo,* sive *Loreo.*

[y] *Cercinium*] Magnesiæ regionis in Thessalia oppidum fuit Cercinium, sub Ossa monte, inter Scotusam et mare Macedonicum.

[z] *Bœben paludem*] Bœben, sive Bœbeidem, paludem alii in Bœotia, Stephanus in Macedonia ponit, Plin. Thessaliæ assignat: est in Magnesia regione Thessaliæ, quæ Macedonibus paruit, inter Pheras et Methonem urbem maritimam.

[a] *In Perrhæbiam*] Perrhæbi populi in confinio Epiri ac Thessaliæ fuere, diversa pro variis temporibus regione.

[b] *Cyretias*] Cyretiæ a Ptolemæo Estiotis Thessaliæ populis accensen-

Mallœam incolunt,[c] voluntate in deditionem societatemque accepti. Ex Perrhæbia Gomphos petendi[d] Amynander auctor erat: et imminet Athamania huic urbi, videbaturque expugnari sine magno certamine posse. Ætoli campos Thessaliæ opimos ad prædam petiere; sequente, quanquam non probante, Amynandro, nec effusas populationes Ætolorum, nec castra, quo fors tulisset loco, sine ullo discrimine ac cura muniendi, posita. Itaque, ne temeritas eorum negligentiaque sibi ac suis etiam cladis alicujus causa esset, cum campestribus locis subjicientes eos castra Phecado urbi[e] videret, ipse paulo plus quingentorum passuum[12] inde tumulum suis, quamvis levi munimento tutum, cepit. Cum Ætoli, nisi quod populabantur, vix meminisse viderentur, se in hostium agro esse, alii palati semiermes vagarentur, alii in castris sine stationibus per somnum vinumque dies noctibus æquarent; Philippus inopinantibus advenit. Quem cum adesse refugientes ex agris quidam pavidi nuntiassent, trepidare Damocritus ceterique duces; et erat forte meridianum tempus, quo plerique graves cibo sopiti jacebant. Excitare igitur alii alios, jubere arma capere, alios dimittere ad revocandos, qui palati per agros prædabantur: tantaque trepidatio fuit, ut sine gladiis qui-



—12 *Quingentos passus* Kreyssig.

NOTÆ

tur. Sanso inter Pamysum et Curalium fluvios ponit: fuit forte ubi hodie *Corassa:* quanquam Sophiano est *Mal oluri.*

[c] *Qui Mallœam incolunt*] Hæc Mallea, sive Mallia, tractus fuit in Phthiotide Thessaliæ regione ad Œtam montem apud Thermopylas: unde Maliaco sinui nomen, quo Thessaliæ et Locridis ora ab insula Eubœa dirimitur: nunc *Golfo di Zeiton.* 'Malliam lympham' Catullus in Thermopylis nominavit, forte pro calidis ejus loci aquis, cum quibus ardorem suum amantis comparat.

[d] *Gomphos petendi*] Fuere Gomphi in Estiotide Thessaliæ regione inter fontes Penei et Ionis amnis: locus nomen hodieque retinet, saltem in tabulis, ubi *Gonfi* scriptum legitur.

[e] *Phecado urbi*] Pheca Sansoni ponitur in Estiotide inter Peneum fl. et Pindum montem, quo hæc regio dividitur a Dolopibus et Athamanibus. Idipsum esse Livii Phecadum situs demonstrat; et, ni fallor, Phecadum scripserat Sanso, quod a chalcographo postrema syllaba decurtatum est.

dam equitum exirent, loricas plerique non induerent. Ita raptim educti, cum universi sexcentorum ægre simul equites peditesque numerum explessent, incidunt in regium equitatum, numero, animis armisque præstantem. Itaque primo impetu fusi, vix tentato certamine, turpi fuga repetunt castra. Cæsi captique quidam, quos equites ab agmine fugientium interclusere.

42. Philippus, suis jam vallo appropinquantibus, receptui cani jussit. Fatigatos enim equos virosque non tam prælio, quam itineris simul longitudine, simul præpropera celeritate, habebat. Itaque turmatim equites invicemque manipulos levis armaturæ aquatum ire et prandere jubet; alios in statione armatos retinet, opperiens agmen peditum tardius ductum propter gravitatem armorum. Quod ubi advenit, et ipsis imperatum, ut, statutis signis armisque ante se positis, raptim cibum caperent, binis ternisve summum[f] ex manipulis aquandi causa missis: interim eques cum levi armatura paratus instructusque stetit, si quid hostis moveret. Ætoli, (jam enim et, quæ per agros multitudo sparsa fuerat, receperat se in castra) ut defensuri munimenta, circa portas vallumque armatos disponunt, dum quietos hostes ipsi feroces ex tuto spectabant. Postquam mota signa Macedonum sunt, et succedere ad vallum parati atque instructi cœpere, omnes repente, relictis stationibus, per aversam partem castrorum ad tumulum, ad castra[13] Athamanum perfugiunt. Multi in hac quoque tam trepida fuga capti cæsique sunt Ætolorum. Philippus, si satis diei superesset, non dubius, quin Athamanes quoque exui castris potuissent, die per prælium, deinde per direptionem castrorum absumto, sub tumulo in proxima planitie consedit, prima luce insequentis diei hostem aggressurus. Sed Ætoli eodem pavore, quo sua castra reliquerant, nocte proxima dispersi fugerunt. Maximo[14] usui fuit Amynan-

13 Conj. Gron. *in tumulum ad castra*, vel *ad tumulum in castra*.—14 In edd.

NOTÆ

[f] *Binis ternisve summum*] Gallice, *deux à deux, ou trois à trois tout au plus.*

der, quo duce Athamanes, itinerum periti, summis montibus per calles [15] ignotos sequentibus eos hostibus in Ætoliam perduxerunt. Non ita multos in dispersa fuga error intulit in Macedonum equites, quos luce prima Philippus, ut desertum tumulum vidit, ad carpendum hostium agmen misit.

43. Per eos dies et Athenagoras regius præfectus, Dardanos recipientes se in fines adeptus, postremum agmen primo turbavit. Dein, postquam Dardani [16] conversis signis direxere aciem, æqua pugna justo prælio erat. Ubi rursus procedere Dardani cœpissent, equite et levi armatura regii, nullum talis auxilii genus habentes Dardanos, oneratos immobilibus armis, vexabant:[e] et loca ipsa adjuvabant.[g] Occisi perpauci sunt, plures vulnerati, captus nemo, quia non excedunt temere ordinibus suis, sed confertim et pugnant, et cedunt. Ita damna Romano accepta bello, duabus per opportunas expeditiones coërcitis gentibus, restituerat Philippus, incepto forti, non prospero solum eventu. Minuit deinde ei forte oblata res hostium Ætolorum numerum. Scopas princeps gentis, ab Alexandria [17] magno cum pondere auri ab rege Ptolemæo missus, sex millia peditum et equites [18] mercede conductos Ægyptum avexit: nec ex juventute Ætolorum quenquam reliquisset, ni Damocritus, nunc belli, quod instaret, nunc futuræ solitudinis admonens, (incertum cura gentis, an ut adversaretur Scopæ, parum donis cultus) partem juniorum [19] castigando

[e] *Gravibus admodum armis, et motum seu cursum tardantibus.*

quibusd. contra librr. Mss. fidem *maxime* legitur; ut in edd. Gron. Doujat. —15 'Male in ed. Gruteri, et in iis quæ hanc secutæ sunt, *colles* exhibetur.' *Doering.*

16 J. F. Gron. vox *Dardani* supervacua videtur.—17 Codd. quidam offerunt *Alexandrea.*—18 'Sine dubio excidit numerus equitum. Forte *sex millia peditum, D. equites.* Aut si mavis *mille.*' J. F. Gron. *Peditum et quingentos* Kreyssig.—19 *Juniorem* Gron. Doujat.—20 'Recte Dukero suspecta est vox *erant.*' Doering.

NOTÆ

[g] *Et loca ipsa adjuvabant*] Regios, qui Dardanis abeuntibus instabant.

domi continuisset. Hæc ea æstate ab Romanis Philippoque gesta erant.[20]

44. Classis a Corcyra ejusdem principio æstatis cum L. Apustio legato profecta, Malea superata,[h] circa Scyllæum[i] agri Hermionici[k] Attalo regi conjuncta est. Tum vero Atheniensium civitas, cui odio in Philippum per metum jam diu moderata erat,[d] id omne in auxilii præsentis spem effudit. Nec unquam ibi desunt linguæ promtæ[l] ad plebem concitandam; quod genus, cum in omnibus liberis civitatibus, tum præcipue Athenis, ubi oratio plurimum pollet, favore multitudinis alitur. Rogationem extemplo tulerunt, plebesque[1] scivit, 'ut Philippi statuæ, imagines omnes nominaque earum, item majorum ejus virilis ac muliebris sexus omnium tollerentur[2] delerenturque: dies festi, sacra, sacerdotes, quæ ipsius majorumve ejus honoris causa instituta essent, omnia profanarentur. Loca quoque, in quibus positum aliquid inscriptumve honoris ejus causa fuisset, detestabilia esse, neque in iis quicquam postea poni

[d] *Odium in Philippum, quod per metum jamdiu cohibuerat: nunc totum aperuit et effudit spe auxilii instantis.*

1 *Plebsque* Gron. Doujat. Crev.—2 ' Dukerus, cum, sublatis statuis et imaginibus, nomina earum simul sublata esse, sponte appareat, τὸ *earum* ab aliena manu importatum putat; Crev. vero, quanquam *nomina* recte de titulis explicuerat, lectione *eorum* e cod. Vict. recepta, verba ita transponenda censet, *imagines omnes, item majorum ejus virilis ac muliebris sexus, nominaque*

NOTÆ

[h] *Malea superata*] Malea Laconiæ australis in Peloponneso promontorium est, nautis formidatum, quod nunc *Capo Malio* dicitur Sophiano, sinum Laconicum terminans ortum versus.

[i] *Circa Scyllæum*] Promontorium est Argolidis, (quæ et ipsa Peloponnesi regio,) sinum Argolicum dividens a Saronico, sive Hermionico; nunc *Capo Scigla* eidem Sophiano.

[k] *Agri Hermionici*] Fuit hæc Hermione urbs Peloponnesi in ora Argiæ sive Argolidis regionis, inter Scyllæum promontorium et Naupliam sita: unde vicino sinui nomen, qui pars sinus Argolici, hodie *Golfo de Napoli di Romania.* Fuit apud Hermionem celebre olim Cereris templum. Oppidum in ruinis jacet; locus Moletio *Maria* dicitur.

[l] *Linguæ promtæ, &c.*] Nunquam defuere Athenis oratores, in hoc uno ponentes operam ut vulgus lingua et dictis suis huc illuc agitarent atque impellerent, quales Pericles, Demosthenes, Æschines, &c.

dedicarique placere eorum, quæ in loco puro poni dedicarique fas esset. Sacerdotes publicos, quotiescumque pro populo Atheniensi sociisque et exercitibus et classibus eorum precarentur, toties detestari atque execrari Philippum, liberos ejus regnumque, terrestres navalesque copias, Macedonum genus omne nomenque.' Additum[3] decreto, 'Si quis quid postea, quod ad notam ignominiamque Philippi pertineret, ferret, id omne populum Atheniensem jussurum: si quis contra ignominiam prove honore ejus dixisset fecissetve, qui occidisset eum, jure cæsurum.' Postremo inclusum, 'ut omnia, quæ adversus Pisistratidas[m] decreta quondam erant, eadem in Philippo servarentur.' Athenienses quidem literis verbisque, quibus solis valent, bellum adversus Philippum gerebant.

45. Attalus Romanique, cum Piræeum primo ab Hermione petissent, paucos ibi morati dies, oneratique æque immodicis ad honores sociorum, ac quæ in ira[4] adversus hostem fecerant, Atheniensium decretis, navigant a Piræeo Andrum: et cum in portu, quem Gaureleon[5][n] vocant, constitissent, missis, qui tentarent oppidanorum animos, si voluntate tradere urbem, quam vim experiri, mallent; postquam præsidio regio arcem teneri, nec se potestatis suæ esse respondebant; expositis copiis omnique apparatu urbium oppugnandarum, diversis partibus rex et legatus Romanus ad urbem subeunt. Plus aliquanto Græcos Romana signa armaque non ante visa animique militum, tam

eorum, tollerentur.' Doering. *Virile ac muliebre secus* Kreyssig.—3 *Additumque* Gron. Doujat. Crev.

4 '*Ac quæ in ira adversus hostem fecerant*, sc. Athenienses, scripsi ex emend. Gron. qui etiam conj. *atque in ira a. h. fuerant*, (quod recepit Drak.) et *ac quæ ira a. h. fecerat.* In edd. ante Drak. legitur *ac quæ in iram a. h. fuerant.*' Rupert. *Ac quæ in iram* Gron. Doujat. Crev. *Atque in ira* Kreyssig. Doer.—

NOTÆ

[m] *Adversus Pisistratidas*] Pisistrati, qui sub tempora Cyri Persarum regis et Solonis legislatoris, Atheniensium tyrannidem invaserat, filii (inde Pisistratidæ appellati) Hipparchus cæsus, Hippias pulsus ob asperam dominationem, fuere, eodem ferme tempore, quo exacti Roma Tarquinii.

[n] *Gaureleon*] Alias Gaurium, portus insulæ Andri.

promte succedentium muros,[6] [o] terruere. Itaque fuga extemplo in arcem facta est: urbe hostes potiti. Et in arce cum biduum loci se magis, quam armorum, fiducia tenuissent, tertio die pacti ipsi præsidiumque, ut cum singulis vestimentis Delium Bœotiæ transveherentur.[7] Ea ab Romanis regi Attalo concessa: prædam ornamentaque urbis ipsi avexerunt. Attalus, ne desertam haberet insulam, et Macedonum fere omnibus et quibusdam Andriorum, ut manerent, persuasit. Postea et ab Delio,[p] qui ex pacto transvecti [8] eo fuerant, promissis regis, cum desiderium quoque patriæ facilius ad credendum [9] [q] inclinaret animos, revocati. Ab Andro Cythnum [r] trajecerunt. Ibi dies aliquot oppugnanda urbe nequicquam absumti; et, quia vix operæ pretium erat, abscessere. Ad Prasias [s] (continentis Atticæ is locus est) Issæorum [t] viginti lembi classi Romanorum ad-

5 *Gaurelon* multi Mss.—6 *Muro* Gron. Doujat. Crev.—7 *Urbem arcemque tradiderunt* add. Kreyssig.—8 Nonnulli codd. offerunt *trajecti.*—9 *Faciles ad*

NOTÆ

[o] *Succedentium muros* [*muro*] In Vossiano et Andreæ editione legitur, *Succedentium muros;* cujus loquendi formæ alia sunt exempla apud Nostrum, lib. XXII. 'Levis armatura Romanorum præoccupatum inferiore loco succedens tumulum:' et lib. XXVII. 'Assuetudine succedendi muros, et pertinacia animi subierunt primi.'

[p] *Ab Delio*] Fuit Delium oppidum ad oram Euripi inter ostia Asopi et Ismeni, urbesque Bœotiæ Tanagram et Aulidem: hodie in ruinis jacere dicitur.

[q] *Facilius ad credendum*] Mavult Gron. *Faciles ad credendum animos.*

[r] *Cythnum*] Una ex Cycladibus versus meridiem, inter Ciam et Seriphum. Hæc insula cum superiori præsidiis Philippi tenebatur.

[s] *Ad Prasias*] Prasia, vel Prasiæ, municipium fuit Atticæ ad Sunium promontorium: quod ideo notat Livius, quia in Laconia Peloponnesi regione ad sinum Saronicum ejusdem nominis oppidum erat.

[t] *Issæorum*] Issæi sunt incolæ Issæ. Duo præsertim occurrunt hujus nominis loca apud geographos. Est enim Issa urbs Lesbi insulæ, quæ Himera et Pelasgia dicta fuit, teste Steph. Est et Issa insula atque urbs Adriatici maris, ex adverso Jaderæ: quæ hodie Venetis subjacet, ut et aliæ vicinæ insulæ; vulgo *Lissa* Italis ex Soph. Sclavonibus *Uvis:* aliis est *Isola Grande:* Anna Comnena *Jesam* vocat: Ptolemæus Dalmatiæ ascribit, Plinius Liburniæ, melius, ni fallor. Hæ duæ sunt Illyrici regiones, cujus maritimæ gentes piraticam exercere solitæ. Et a Liburnis populis velocium navigiorum genus Liburnarum nomen, vel Liburnicarum, accepit: hinc apud Horatium:

juncti sunt. Ii missi ad populandos Carystiorum agros.[u] Cetera classis Geræstum,[x] nobilem Eubœæ portum, dum a Carysto Issæi redirent, tenuit. Inde omnes, velis in altum datis, maris medio præter Scyrum insulam[y] Icum pervenere;[z] ibi paucos dies, sæviente Borea, retenti; ubi prima tranquillitas data est, Sciathum trajecere, vastatam urbem direptamque nuper a Philippo. Per agros palati milites frumentum, et si qua alia usui esse ad vescendum poterant, ad naves retulere. Prædæ nec erat quicquam, nec meruerant Græci, cur diriperentur. Inde Cassandream[a] petentes primo ad Mendin,[b] maritimum civitatis ejus vicum, tenuere. Inde cum, superato promontorio, ad ipsa mœnia urbis circumagere classem vellent, sæva coorta tempestate, prope obruti fluctibus, dispersi, magna ex parte amissis armamentis, in terram effugerunt. Omen quoque ea maritima tempestas ad rem terra gerendam fuit. Nam, collectis in

NOTÆ

'Ibis Liburnis inter alta Navium, Amice, propugnacula.' Ab hac igitur insula dictos puto Issæos, quorum hic mentio.

[u] *Carystiorum agros*] Carysti incolæ, quod oppidum est Eubœæ in ora orientali, Andro insulæ opposita, inter Caphareum et Geræstium promontoria, adhuc nomen retinens.

[x] *Geræstum*] Ejusdem Eubœæ oppidum fuit, quindecim ab Carysto millibus passuum, meridiem versus: unde proximo promontorio nomen, quod Ciam insulam respicit. In tabulis *Geresto* nunc quoque appellatur.

[y] *Scyrum insulam*] Insula Scyros, triquetra forma, scopulosa et parum fœcunda, imminet orientali Eubœæ regioni ad 28. millia passuum: nobilis Achillis, sub virginis habitu, cum Laodamia furtivis amoribus. Nunc quoque *Scyro* dicitur.

[z] *Icum pervenere*] Insula quoque exigua est Ægæi maris Icos ad ortum Sepiadis Magnesiæ oppidi, ad septemtrionem Orei Euboici longius dissiti, ad meridiem Sciathi et Peparethi insularum.

[a] *Cassandream*] Cassandrea sive Cassandria, prius Potidæa, (cujus frequens mentio apud Demosthenem,) donec Cassander, unus ex ducibus Alexandri, Macedonia potitus nomen mutavit; fuit in Paraxiæ regionis extrema peninsula, a Philippo Magni Alexandri patre Atheniensibus erepta cum Pydna et Amphipoli. Quæ omnes urbes, aliæque hujus tractus ad ortum æstivum vergentes, Thraciæ a plerisque veteribus scriptoribus assignantur: ad quam vere primum pertinuisse videntur ante Macedonum potentiam. *Cassandria* nomen hodieque servat.

[b] *Ad Mendin*] Mendis, alias Menda, Thermaico sinui imminet, vicus hic dicitur civitatis, id est, ditionis seu territorii Cassandriæ. Hodie *Menin* vocari aiunt.

unum navibus expositisque copiis, aggressi urbem, cum multis vulneribus repulsi, (et erat validum ibi regium præsidium,) irrito incepto regressi Canastræum [10] [c] Pallenes [d] trajecere. Inde, superato Toronæ promontorio,[e] navigantes Acanthum [f] petiere. Ibi primo ager vastatus, deinde ipsa urbs vi capta ac direpta. Nec ultra progressi, (jam enim et graves præda naves habebant,) retro, unde venerant, Sciathum et ab Sciatho Eubœam repetunt.

46. Ibi relicta classe, decem navibus expeditis sinum Maliacum intravere, ad colloquendum cum Ætolis de ratione gerendi belli. Sipyrrhicas Ætolus princeps legationis ejus fuit, quæ [11] ad communicanda consilia Heracleam [g] cum rege et cum Romano legato venit. Petitum ex fœdere ab Attalo est, ut mille milites præstaret.[e] Tantum enim numerum bellum gerentibus adversus Philippum debebat. Id negatum Ætolis: quod illi quoque gravati prius essent ad populandam Macedoniam exire, quo tempore, Philippo circa Pergamum urente sacra profanaque, abstrahere eum

[e] *Suppeditaret.*

credendum malebat Gron.—10 *Canastrum* Gron. Doujat. Crev.
11 *Ejus fuit, qui* edd. ante Gron. ' Male in recentissimis erat omissum $\tau\grave{o}$

NOTÆ

[c] *Canastræum* [*Canastrum*] Oppidum est Cassandriæ finitimum; unde Canastræum promontorium; hodie *Capo Canistro.*

[d] *Pallenes*] Fuit Pallene, seu Patalene, peninsula inter sinus Thermaicum et Toroniacum in Ægæum mare prominens, inque ea extrema hinc Cassandria ad meridiem, inde Pallene urbs ad Boream, alias Phlegra, teste Herodoto. Nunc Moletio *Patilena.*

[e] *Toronæ promontorio*] Quid sit Toronæ promontorium, non satis intelligo, nisi velit auctor Canæstrœum indicare, quod Cassandria venientibus superandum est, si quis Toronam navigare velit; trajecto sinu, qui Toronaicus appellatur, ab apposita civitate in antedicta Paraxia regione Macedoniæ, sed extra Chersonesum Cassandreæ seu Pallenes, Nardus et Pinetus *Castel Rampo* nunc dici volunt. Sophianus *Longo:* vulgo tamen creditur hodie vocari *Agiomana:* quo nomine vocatur etiam proximus sinus.

[f] *Acanthum*] In Chalcidica regione Macedoniæ fuit oppidum Acanthus extra peninsulam, ad Singiticum sinum, qui nunc *Erisso* teste Sophiano.

[g] *Heracleam*] Thessalicam, quæ et Trachinia.

inde respectu rerum suarum potuissent.[f] Ita Ætoli cum spe magis, Romanis omnia pollicentibus, quam cum auxilio dimissi. Apustius cum Attalo ad classem rediit. Inde consultari [12] de Oreo oppugnando cœptum. Valida ea civitas et mœnibus, et, quia ante fuerat tentata, firmo erat præsidio. Conjunxerant se iis post expugnationem Andri cum præfecto Agesimbroto viginti Rhodiæ naves, tectæ omnes.[h] Eam classem in stationem ad Zelasium[i] miserunt, (Isthmiæ [13] id super Demetriadem promontorium est peropportune objectum) ut, si quid inde moverent Macedonum naves, in præsidio essent. Heraclides præfectus regius classem ibi tenebat,[k] magis per occasionem, si quam negligentia hostium dedisset, quam aperta vi quicquam ausurus. Oreum diversi Romani[g] et rex Attalus oppugnabant: Romani a maritima arce, regii adversus vallem inter duas jacentem arces, qua et muro intersepta urbs est. Et ut loca diversa, sic dispari modo etiam oppugnabant: Romani testudinibus et vineis et ariete admovendo mu-

[f] *Ad res proprias tuendas in Macedonia.*

[g] *E diversis partibus.*



ejus.' J. F. Gron.—12 ' J. F. Gron. mavult *agitari,* quod sane ad antiquam vett. codd. lectionem *excitari* vel *exortari* propius accedit.' *Doering.* *Agitari*

NOTÆ

[h] *Tectæ omnes*] Majorum hoc navium et armatarum proprium fuit, ut contectæ essent, ac duplex haberent tabulatum; eoque distabant ab onerariis.

[i] *Ad Zelasium*] Neque hujus nominis promontorium invenitur apud geographos, neque Isthmia ulla circa Demetriadem Magnesiæ urbem, quæ inter Pagasas et Iolcon. Donec melius quid certiusque occurrat, legendum ex Gronovii sententia, *Ad Phalasiam miserunt: Histiææ id super Demetriadem promontorium est, &c.* Est enim Phalasia promontorium, vel promontoria Ptolemæo, juxta Oreum, quæ urbs prius Istiææ et regio Istiæotis, in Eubœa apud Strab. lib. x. Aut si Istiæa urbs fuit ab Oreo diversa, certe in eadem insulæ Eubœæ regione fuit. Quod autem ait Livius, ' super Demetriadem ... objectum,' accipiendum est e longinquo, atque interjacente mari, sed tamen e regione.

[k] *Classem ibi tenebat*] Non apud Phalasiam, seu Phalasia, quæ nonnisi exiguo spatio disjuncta ab Oreo: (neque enim inde exturbatus ab oppugnantibus Romanis Heraclides:) sed apud Demetriadem procul inde positam in Thessaliæ continenti.

ris;[h] regii ballistis catapultisque et alio omni genere tormentorum tela ingerentes. Et pondere ingenti saxa jaciebant, et cuniculos,[14] [l] et quicquid aliud priore oppugnatione expertum profuerat. Ceterum non plures tantum Macedones, quam ante, tuebantur urbem arcesque, sed etiam [15] præsentioribus animis, et, castigationibus regis[16] [m] in admissa culpa, simul minarum, simul promissionum in futurum memores, ita ut parum in expugnatione celeri spei esset. Interim [17] et aliud agi posse ratus legatus, relictis, quot satis videbantur ad opera perficienda, militibus [18] trajicit in proxima continentis; Larissamque (non illam in Thessalia nobilem urbem, sed alteram, quam Cremasten vocant [n]) subito adventu, præter arcem, cepit. Attalus

[h] *Arietem admoventes ad muros.*

Kreyssig.—13 Vid. Not. Delph. inf.—14 '*Tela ingerentes et pondere ingenti saxa, et cuniculis cet.* emend. Gron. verbo *jaciebant* deleto, quod *cuniculis* non convenit. Malim *tela ingerentes et pondere ingenti saxa. agebant et cuniculos cet.* Vulgatam lect. servari posse putabant Crev. et Drak. si ad *cuniculos* suppleatur *agebant.* Sed quomodo hæc notio in præc. *jaciebant* latet?' *Rupert.*—15 *Tuebantur urbem, sed etiam* edd. ante Gron. Al. *urbem regesque.*—16 'Immo leg. *et castigationis regiæ .... memores. Præsentioribus animis ex castigationibus cet.* conj. Doujat. Nihil vero mutandum monent Duk. et Drak. sed *castigationibus* accipiendum pro propter castigationes.' *Rupert. Et simul minarum* Gron. Doujat. Crev.—17 Lectio apud Kreyssig. admodum dissimilis, *memores. Itaque cum præter spem tempus ibi traheretur plusque in obsidione et in operibus, quam in oppugnatione celeri spei esset; interim.*—18 '*Videbantur ad o. p., militibus;* vox ultima abest a multis Mss. et edd. In plerisque vero edd.

NOTÆ

[l] *Et cuniculos*] Quo referantur accusativi *cuniculos, et quicquid,* est quod ambigatur; nisi velis regi a participio *ingerentes,* aut a verbo *jaciebant;* quæ tamen satis dura locutio: aguntur enim cuniculi, non ingeruntur; longe minus jaciuntur. Posset et subintelligi verbum experiebantur, quasi postea repetitum sequenti vocabulo *expertum profuerat.* Hæ difficultates Gronovium impulere, ut scribendum censeret *et cuniculis:* quod quidem recte convenit cum ballistis et catapultis, de quibus ante; non ita cum sequentibus, *et quicquid aliud;* præterquam si dicamus nomen *quicquid* resolvi in, eo omni quod.

[m] *Et, castigationibus regis*] An *ex castigationibus regis?* an potius scribendum, ex verisimili admodum Gronovii conjectura, *et castigationis regiæ ... memores?* de qua supra lib. XXVIII. cap. 8.

[n] *Cremasten vocant*] Duæ in Thessalia fuere Larissæ: altera caput regionis, in Pelasgiotide ad Peneum; altera Cremaste, sive Pensilis cognomine, quod in colle posita esset, in Phthiotide ad oram, inter Maliacum sinum et Pelasgicum. Adhuc quoque *Larizzo* dici creditur.

quoque Ægeleon,[o] nihil minus quam tale quicquam in alterius oppugnatione urbis timentibus,[p] oppressit. Et jam cum opera in effectu erant circa Oreum, tum præsidium, quod intus erat, labore assiduo, vigiliis diurnis pariter nocturnisque, et vulneribus confectum. Muri quoque pars, ariete incusso subruta, multis jam locis prociderat; perque apertum ruina iter nocte Romani, quodque super portum est,[q] in arcem perruperunt.[19] Attalus luce prima, signo ex arce dato ab Romanis, et ipse urbem invasit, stratis magna ex parte muris: præsidium oppidanique in alteram arcem perfugere; unde biduo post deditio facta. Urbs regi, captiva corpora Romanis cessere.

47. Jam autumnale æquinoctium instabat: et est sinus Euboicus, quem Cœla vocant,[r] suspectus nautis. Itaque,

vett. ante Gron. legitur *quod satis videbatur*. Illud non improbabat Drak. hoc Duker. ut *quod* dictum sit pro quod militum vel eorum, h. e. quantum.' *Rupert.*—19 *In arcem, quæ super portum est, perruperunt* Kreyssig.

NOTÆ

[o] *Ægeleon*] Ægas Euboicas forte intelligit, qui locus juxta Euripum ex adverso Larymnæ inferioris, ad Cephisi ostium positæ in Locris: vel potius Leon Ptolemæo dictum promontorium, quæ Straboni Leuce Acte, ubi nunc Sophiano *Capo Montello*: fortean Ædepsum voluit Livius; quæ urbs quoque non procul Ægis nunc *Dipso* appellatur.

[p] *Nihil minus .... timentibus*] Cum nempe incolæ Ægelei ejusmodi nihil timerent: subaudi ergo incolis, sive civibus.

[q] *Quodque super portum est*] Quo referemus illud *quodque*, sive *et quod super portum est?* an ad *iter*, ut Romani perruperint in arcem per iter apertum ruina, et per iter quod est ad portum? an potius subintelligemus *spatium* quod erat ad portum?

[r] *Quem Cœla vocant*] Κοῖλα Græcis generali nomine *cavitates* sunt. Hoc loco intelliguntur, opinor, sinus qui a Carysto ad Chalcidem occurrunt inter Eubœam et continentem Bœotiæ: quod hic satis indicat Liv. At Strabo ita explicat initio lib. X. τῆς Εὐβοίας τὰ κοῖλα λέγουσι τὰ μεταξὺ Αὐλίδος καὶ τῶν περὶ Γέραιστον τόπων. Κολποῦται γὰρ ἡ παραλία· πλησιάζουσα δὲ Χαλκίδι κυρτοῦται πάλιν πρὸς τὴν ἤπειρον. *Cava Eubœæ vocantur, quæ inter Aulidem et loca circa Geræstum jacent. Ibi enim ora maritima in sinum flectitur: ad Chalcidem autem appropinquans, rursum ad continentem incurvatur.* Ex his non satis apparet an sinus, an vero terra sinui imminens Κοίλη dicatur: et videri potest utrique commune hoc nomen, quod sinus maris a sinuosa circum regione acceperint. Ab Ptolemæo certe Κοῖλα Εὐβοίας inter Leonem et Caphareum promontoria, urbesque Carystum et Geræstum ponuntur. Valer. Maxim. lib. I. c. 8. num. 10. de terra tantum videtur accipere, cum Cœlam Eubœæ di-

ante hyemales motus evadere inde cupientes, Piræeum, unde profecti ad bellum erant, repetunt. Apustius, triginta navibus ibi relictis, super Maleam [i] navigat Corcyram. Regem spatium [20] Initiorum Cereris, ut sacris interesset, tenuit. Secundum Initia et ipse in Asiam se recepit,[k] Agesimbroto et Rhodiis domum remissis. Hæc ea æstate terra marique adversus Philippum sociosque ejus a consule et legato Romanis, adjuvantibus rege Attalo et Rhodiis, gesta. Consul alter C. Aurelius ad confectum bellum cum in provinciam venisset, haud clam tulit iram adversus prætorem, quod absente se rem gessisset. Misso igitur eo in Etruriam, ipse in agrum hostium legiones induxit; populandoque, cum præda majore, quam gloria, bellum gessit. L. Furius, simul quod in Etruria nihil erat rei, quod gereret, simul Gallico triumpho imminens, eumque,[1] absente consule irato atque invidente, facilius impetrari posse ratus, Romam inopinato cum venisset, senatum in æde Bellonæ habuit; expositisque rebus gestis, ut triumphanti sibi in Urbem invehi liceret, petit.

48. Apud magnam partem senatus et magnitudine rerum gestarum valebat et gratia. Majores natu negabant trium-

[i] *Superato promontorio Malea.*

[k] *Attalum ibi retinuit tempus quo sacra Eleusiniæ Cereris celebrabantur: post ea sacra perfecta, in regnum est reversus.*



20 *Statum* Kreyssig.—1 '*Eumque* scripsi pro vulg. *quem* suadente Gron.' *Rupert.* *Quem* omnes al. edd.

NOTÆ

cit eam regionem quæ inter Rhamnunta nobilem soli Attici partem, Carystumque Chalcidico freto vicinam, interjacet: cum regionem vocet, excludit haud dubie mare, ita ut intelligi non possit Euboicus sinus, sive ipsum mare quo Attica sejungitur ab Eubœa. Designat itaque hujus insulæ partem quæ ab ora Rhamnunti opposita ad Carystum protenditur. Qua ratione non tam maris, littorumque sinuosi flexus spectabuntur, quam cavitas sive profunditas oræ depressæ interius ac planæ: idque ut indicetur tantum locus qua mare illud periculose exæstuat. Ceterum, quemadmodum fluminis vocabulum, cum aqua fluente, alveum et ripam utramque denotat; ita in mari sinus, non minus littora significat, quam mare, quod iis continetur. Atque ita sinus Euboicus Cœla dici poterit, ab ea parte Eubœæ quæ vicino huic mari littora præbet.

phum, 'et quod alieno exercitu rem gessisset, et quod provinciam reliquisset aviditate rapiendi per[2] occasionem triumphi; id vero eum nullo exemplo fecisse.' Consulares præcipue, 'expectandum fuisse consulem,' dicebant. 'Potuisse enim castris prope Urbem[s] positis, tutanda colonia, ita ut acie non decerneret, in adventum ejus rem extrahere: et, quod prætor non fecisset, senatui faciendum esse. Consulem expectarent: ubi coram disceptantes consulem et prætorem audissent, verius de causa existimaturos esse.' [l] Magna pars senatus nihil præter res gestas, et an in magistratu suisque auspiciis gessisset, censebant spectare senatum debere. 'Ex duabus coloniis, quæ velut claustra ad cohibendos Gallicos tumultus oppositæ fuissent, cum una direpta[t] et incensa esset, trajecturumque[3] id incendium, velut ex continentibus tectis, in alteram tam propinquam coloniam esset, quid tandem prætori faciendum fuisse? Nam, si sine consule geri nihil oportuerit, aut senatum peccasse, qui exercitum prætori dederit, (potuisse enim, si non cum prætoris, sed consulis, exercitu rem geri voluerit,[4] ita finire senatus consultum, ne per prætorem, sed per consulem, gereretur) aut consulem, qui non, cum exercitum ex Etruria transire in Galliam jussisset, ipse Arimini occurrerit, ut bello interesset, quod sine eo geri fas non esset. Non expectare belli tempora moras et dilationes imperatorum; et pugnandum esse interdum, non quia velis, sed quia hostis cogat. Pugnam ipsam eventumque pugnæ spectari oportere. Fusos cæsosque hostes: castra capta ac direpta: coloniam

[l] *Justius esse pronuntiaturos de hac re.*

2 *Per* del. Gron. Doujat. tenent omnes fere codd. apud Drak.—3 In quibusd. codd. apud Drak. *trajectumque*.—4 'Crevierius, de integritate hujus loci dubitans, tentat *si non ductu prætoris, sed consulis, rem geri voluerit*; sed nimis ab antiqua lectione recedit hæc emendatio.' *Doering*. Mox Duker. malit *senatusconsulto*.

NOTÆ

[s] *Prope Urbem*] Cremonam intellige ex c. 20. hujus libri.

[t] *Cum una direpta*] Placentia nimirum ex c. 10.

liberatam obsidione: alterius coloniæ captivos recuperatos restitutosque suis: debellatum uno prælio esse. Non homines tantum ea victoria lætatos, sed Diis quoque immortalibus per triduum supplicationes habitas, quod bene ac feliciter, non quod male ac temere, res publica a L. Furio prætore gesta esset. Data fato etiam quodam Furiæ genti Gallica bella.'

49. Hujus generis orationibus ipsius amicorumque victa est, præsentis gratia prætoris, absentis consulis majestas; triumphumque frequentes L. Furio decreverunt. Triumphavit de Gallis in magistratu L. Furius prætor. In ærarium tulit trecenta viginti millia æris,[u] argenti centum septuaginta millia pondo:[x] neque captivi ulli ante currum ducti, neque spolia prælata, neque milites secuti. Omnia, præter victoriam, penes consulem esse apparebat. Ludi deinde a P. Cornelio Scipione, quos consul[5] in Africa voverat,[y] magno apparatu facti: et de agris militum ejus decretum, ut, quot quisque eorum annos in Hispania aut in Africa militasset, in singulos annos bina jugera acciperet. Eum agrum decemviri assignarent. Triumviri inde creati ad supplendum Venusinis colonorum numerum, quod bello Hannibalis attenuatæ vires ejus coloniæ erant, C. Terentius Varro, T. Quintius Flamininus,[6] P. Cornelius Cn. F. Scipio. Hi colonos Venusiam ascripserunt.[z] Eodem anno C. Cornelius Cethegus, qui proconsul[a] Hispaniam ob-

5 'Immo *proconsul;* neque enim satisfacit explicatio Sigon. Etiam Muretus codici suo ascripsit *proconsule.*' J. F. Gron.—6 *Flaminius* olim legebatur, et *ii colonos* pro *hi colonos;* pro *Venusia* Plutarchus edit in Quintio, *Narniam*

NOTÆ

[u] *Trecenta viginti millia æris*] Hic libras æris, non asses posteriorum temporum intelligi puto: sic earum pretium reddet librarum nostrarum circiter ducenta et octo millia. Alioqui summa existeret triumpho non satis digna.

[x] *Argenti centum septuaginta millia pondo*] Gallica hodierna pecunia, *six millions cent vingt mille livres.*

[y] *Quos consul in Africa voverat*] Non consul tunc fuit, cum bellum in Africa gereret Scipio, sed proconsul.

[z] *Venusiam ascripserunt*] Plut. in Quintio pro *Venusia* subjicit hoc loco *Narniam* et *Cossam:* de quibus postea Livius, ut Sigon. observat.

[a] *Proconsul*] Sic scripsimus pro

tinebat, magnum hostium exercitum in agro Sedetano[b] fudit. Quindecim millia Hispanorum eo prælio dicuntur cæsa, signa militaria capta octo et septuaginta. C. Aurelius consul, cum ex provincia Romam comitiorum causa venisset, non id, quod animis præceperant,[7] [c] questus est, 'non expectatum se ab senatu, neque disceptandi cum prætore consuli potestatem factam; sed ita triumphum decresse[8] senatum, ut nullius, nisi ejus qui triumphaturus esset, haud eorum qui bello interfuissent, verba audiret. Majores ideo instituisse, ut legati, tribuni militum, centuriones, milites denique triumpho adessent, ut veritas rerum gestarum ejus, cui tantus honos haberetur, publice videretur.[9] Ecquem ex eo exercitu, qui cum Gallis pugnaverit, si non militem, lixam saltem fuisse, quem percunctari posset senatus, quid veri prætor vanive referret?'[10] [d] Comitiis deinde diem edixit: quibus creati sunt consules L. Cornelius Lentulus, P. Villius Tappulus.* Prætores inde facti L. Quintius Flamininus, L. Valerius Flaccus, L. Villius Tappulus, Cn. Bæbius Tamphilus.[11]

et *Cossam*.—7 Vulgat. ante Sigon. *præcesserat*.—8 In edd. Gron. Doujat. Crev. et al. *decrevisse*.—9 'Dedi hunc locum, uti illum restituit Sigonius, quem plurimi secuti sunt. Vetus et mutila lectio fuit *ut virtutes rerum gestarum ejus, cui tantus honos haberetur, publice viderentur*. Attigit quidem Livii mentem Sigonius; sed, ut bene judicat Crevierius, ipsa, qua ille corrupto loco medelam attulit, ratio parum sapit Livianam elegantiam. Equidem voces quasdam excidisse puto. Vide igitur, an secundum veterem lectionem hæc fortasse Livio dignior sit emendatio, *ut virtutes* (s. *virtus*, ut est in pluribus librr. vett.) *et gloria rerum gestarum ejus, cui tantus honos haberetur, publice confirmari* (s. *agnosci*) *videretur* (s. *viderentur*, utramque enim lectionem vett. codd. offerunt.)' *Doering*. *Ut veritatem rerum gestarum ejus, cui tan. hon. hab. populus Romanus videret* Kreyssig.—10 Barber. et Pet. *prætor inanisve referret;* mox *indixit* Gron. Doujat. Crev. et edd. ante Drak.—11 *Pamphilus* edd. ante Sigon.

NOTÆ

consul, ex sententia Gronovii et Mureti, quia constat Scipionem nunquam consulem in Africam ivisse. Vide l. xxix. cap. 16. *J. Clericus*.

[b] *In agro Sedetano*] De Sedetanis Hispaniæ ultra Iberum populis, qui nunc in parte Aragoniæ, dictum supra.

[c] *Quod animis præceperant*] Sic legendum ostendit vox *animis:* nam si de uno loqueretur, dixisset, animo præceperat. Refertur ergo ad senatores, qui existimaverant fore ut quereretur Aurelius se expectatum non fuisse.

[d] *Vanive referret*] Quidam codices *inanisve referret*.

* A. U. C. 554.

50. Annona quoque eo anno pervilis fuit. Frumenti vim magnam ex Africa advectam ædiles curules M. Claudius Marcellus et Sex. Ælius Pætus binis æris [e] in modios populo diviserunt; et ludos Romanos magno apparatu fecerunt; diem unum instaurarunt: signa ænea quinque ex mulctaticio argento in ærario posuerunt. Plebeii ludi ab ædilibus L. Terentio Massiliota,[12] et Cn. Bæbio Tamphilo, quem prætorem designaverant, ter toti instaurati. Et ludi funebres [f] eo anno per quatriduum in foro, mortis M. Valerii Lævini causa, a P. et M. filiis ejus facti; et munus gladiatorium datum ab iis. Paria quinque et viginti pugnarunt. M. Aurelius Cotta, decemvir sacrorum, mortuus. In ejus locum M'. Acilius [13] Glabrio suffectus. Comitiis ædiles curules creati sunt forte ambo, qui statim occipere [14] magistratum non possent. Nam C. Cornelius Cethegus absens creatus erat, cum Hispaniam obtineret provinciam; [15] C. Valerius Flaccus, quem præsentem creaverant,[16] quia flamen Dialis erat, jurare in leges non poterat; [g] magistratum autem plus quinque dies, nisi qui jurasset in leges, non licebat gerere. Petente Flacco, ut legibus solveretur,

12 *Massa* Gron. Doujat. Crev.—13 *M. Acilius* edd. ante Sigon.—14 *Accipere* edd. ante Sigon.—15 Vid. Not. Var.—16 *Crearant* Gron. Doujat. Crev.

NOTÆ

[e] *Binis æris*] Asses hi fuere unciales, hoc est, singuli non multo pluris quam tredecim denariorum Turonensium: itaque hi duo asses vix æquabunt nostrates duos cum dimidio. Sic Gallice dixeris, *le boisseau de blé étoit à six blancs.*

[f] *Ludi funebres*] Originem funebrium ludorum referunt ad Achillem in Patrocli funere apud Homerum, et Æneam apud Virg. tum in Anchisæ patris honorem, tum in funere Pallantis, inferias, seu sacra placandis suorum manibus facientes (mactatis victimis, forte etiam captivis, quasi sanguine maxime humano manes gauderent) ac certamina ludicra celebrantes: nondum enim cruenta erant hæc spectacula: de quo genere Tertull. Ex Romanis primus, vel certe inter primos, P. Scipio Africanus apud Carthaginem Novam, in honorem patris et patrui ante aliquot annos in Hispania cæsorum, munus gladiatorium edidit; sed ex voluntariis hominibus: qua de re Noster lib. XXVIII. c. 21. Exemplum nunc P. et M. Valerii sequuntur patris sui causa.

[g] *Jurare in leges non poterat*] Ad honorem divini numinis quodammodo pertinet, ut, qui sacris addicti sunt, jurare non cogantur.

senatus decrevit, ut, si ædilis,[h] qui pro se juraret,[m] arbitratu consulum daret, consules, si eis videretur, cum tribunis plebis agerent, uti ad plebem ferrent. Datus, qui juraret pro fratre, L. Valerius Flaccus,[17] prætor designatus. Tribuni ad plebem tulerunt, plebesque scivit, ut perinde esset, ac si ipse ædilis jurasset. Et de altero ædile scitum plebis est factum, rogantibus tribunis, quos duos in Hispaniam cum imperio ad exercitus ire juberent, ut C. Cornelius ædilis curulis ad magistratum gerendum veniret, et L. Manlius Acidinus decederet de provincia multos post annos. Plebes [18] Cn. Cornelio Lentulo et L. Stertinio pro consulibus imperium esse in Hispania jussit.

[m] *Aliquem qui jusjurandum pronuntiaret ipsius vice.*

—17 ‘Ita Mss. Thuan. ita princeps editio, cum al. Cur igitur posteriores cognomen omittunt?’ *Jac. Gron.*—18 *Plebs* Gron. Doujat. Crev.

NOTÆ

[h] *Si ædilis*] C. Valerius Flaccus, qui ædilis creatus erat proximis comitiis.

T. LIVII PATAVINI

HISTORIARUM

AB URBE CONDITA

LIBER XXXII.

BREVIARIUM.

Cap. 1. Provinciæ et legiones divisæ. Feriæ Latinæ instauratæ ob carnem non datam legatis Ardeatium. Prodigia nuntiata ac procurata. 2. Carthaginienses argentum in stipendium impositum primum Romam advehunt, iisque petentibus obsidum pars redditur, pars alio traducitur. Gaditanis petentibus remittitur, ne præfectus mittatur Gades; et Narniensibus colonorum numerus expletur. 3. P. Villius consul in Macedonia comprimit seditionem militum, missionem postulantium. 4. Philippus frustra oppugnat Thaumacos, et inde in Macedoniam in hyberna copias reducit. 5. Ibi popularium animos sibi conciliat, Heraclide in vincula conjecto; belloque magna cura apparato, cum Atheuagora ad Aoum amnem idonea munit loca. 6. Consul adversus eum nihil memorabile gerit. 7. Censores creantur P. Cornelius Scipio Africanus et P. Ælius Pætus. L. Manlius Acidinus, ex Hispania decedens, ovans Urbem ingreditur. Cn. Bæbius Tamphilus prætor, circumventus a Gallis Insubribus, multos milites amittit, et, exercitu L. Lentulo consuli tradito, abire Romam jubetur. Creantur consules, (Sex. Ælius Pætus et T. Quintius Flamininus, qui consulatum ex quæstura petierat,) et prætores. Ludi plebeii et Romani. 8. Consules prætoresque sortiuntur provincias, et delectus habetur. Attalus nuntiat senatui Rom. regnum suum invadi ab Antiocho.

9. Prodigiis procuratis Ælius proficiscitur in Galliam, Quintius in Macedoniam. 10. Philippus et consul in arctissimis Aoi ripis faucibusque Epiri veniunt in colloquium; sed re infecta recedunt. 11. Pastor quidam, a Charopo principe Epirotarum missus, partem exercitus Romani per saltum, a Macedonibus obsessum, supra caput eorum deducit in verticem montis. 12. Pugna inde exorta hostes circumventi fugiunt, petuntque

Thessaliam. 13. Ibi rex urbes sociorum, mox futuras hostium, incendit, et in Macedoniam regreditur: quo facto Ætoli, 14. Amynander et Athamanes, multa Thessaliæ oppida diripiunt. 15. Eandem terram vastat T. Quintius. 16. Interea frater ejus, L. Quintius, cum classe Rom. Piræeum, et inde, conjunctus Attali Rhodiorumque navibus, Eubœam petit, capitque Eretriam 17. et Caristum. Consul vero Atracem diu ac frustra oppugnat: 18. nec rationem procul a mari et in Thessalia belli cladibus evastata hybernandi ullam cernens transgreditur in Phocidem, et nonnulla ejus oppida castellaque expugnat. 19. Eo auctore a fratre, Atheniensibus, Attalo ac Rhodiis, Corinthum oppugnare parantibus, ad Achæos eorumque prætorem, Aristænum, qui Cycliadæ successerat Romanisque gentem jungi cupiebat, legati mittuntur: quorum perpetuis orationibus Sicyone absumitur dies. 20. 21. Aristænus suadet societatem Romanam. 22. Inter demiurgos seu magistratus Achæorum certamen oritur nihilo segnius, quam inter multitudinem, et prius, quam decretum fit, Dymæi, Megalopolitani ac quidam Argivorum relinquunt concilium. 23. Ceteri Achæorum populi societatem cum Attalo ac Rhodiis præsenti confirmant decreto, cum Romanis in id tempus differunt, quo Romam mitti possint legati. Tum Corinthus omni vi oppugnatur; sed irrito tandem incepto Attalus Piræeum, Romani Corcyram petunt. 24. Interim consul in Phocide scalis capit Elatiam. 25. Ceterum adventu in Achaiam Philoclis regii præfecti non Corinthus tantum liberatur obsidione, sed Argos quoque ei proditur.

26. Sex. Ælius in Gallia totum prope annum Cremonensibus Placentinisque cogendis redire in colonias consumit. Circa Urbem vero tumultus pæne excitatur a servis conjurantibus, quorum magna vis erat Setiæ cum obsidibus Carthaginiensium. 27. Attalus legatos Romam, et Masinissa triticum auxiliaque ad exercitum Rom. mittit. M. Porcius Cato e Sardinia fugat fœneratores, sumtusque a sociis in cultum prætorum factos circumcidit aut tollit. Consules creantur C. Cornelius Cethegus et Q. Minucius Rufus, primumque illo anno sex prætores. 28. Consulibus, Italiam Macedoniamque sortiri parantibus, bellum mandatur cum Gallis Cisalpinis, et Quintiis imperium in Macedonia prorogatur. 29. Prodigia procurantur; et quinque coloniæ deducuntur in oram maritimam. Consules ambo in Galliam proficiscuntur, et brevi omnia fere cis Padum sub ditionem Rom. redigunt. 30. Insubres a Cornelio vincuntur, et Cenomani, ad defectionem ab iis solicitati, dedunt se Romanis. 31. Minucius populatur agros Boiorum, et Ligustinos Ilvates subigit.

32. T. Quintius Opuntem oppugnare statuit, et Philippo petenti colloquium concedit prope Nicæam. 33-36. Res altercationibus, regis maxime sociorumque consulis, teritur, et bis differtur in alium diem. Tandem inducias facere placet, donec legati Romam mittantur ad senatum. 37. Hi infecta pace redeunt. 38. Philippus, de longinquis Achaiæ oppidis solicitus, Philocli solam Corinthum dat tuendam, et Argos Nabidi velut fiduciarium tradit. Is ibi sævit in principes, 39. et mox a Quintio atque Attalo colloquium petit impetratque, in quo de conditionibus amicitiæ agitur. 40. Auxilia mittit Romanis, et, Lacedæmonem regressus, Argos præsidio fir-

matos uxorem remittit ad fœminas spoliandas. Quintius, Philocle et Corintho frustra tentatis, Anticyram; Attalus Sicyonem et inde Cenchreas trajicit.

1. CONSULES prætoresque, cum Idibus Martiis magistratum inissent, provincias sortiti sunt. L. Cornelio Lentulo Italia,[1] P. Villio Macedonia; prætoribus, L. Quintio urbana, Cn. Bæbio[2] Ariminum, L. Valerio Sicilia, L. Villio Sardinia evenit. Lentulus consul novas legiones scribere jussus; Villius a P. Sulpicio exercitum accipere. In supplementum ejus, quantum militum videretur, ut scriberet, ipsi permissum. Prætori Bæbio legiones, quas C. Aurelius consul habuisset, ita decretæ, ut retineret eas, donec consul novo cum exercitu succederet. In Galliam[3] ubi is venisset, omnes milites exauctorati domum dimitterentur, præter quinque millia socium. His obtineri circa Ariminum provinciam[b] satis esse. Prorogato imperio prætoribus prioris anni, (Cn. Sergio, ut militibus, qui in Hispania, Sicilia, Sardinia stipendia per multos annos fecissent, agrum assignandum curaret:[4][c] Q. Minucio, ut in Bruttiis idem de conjurationibus quæstiones, quas prætor cum fide

1 'Videtur Livius scripsisse *Consulibus prætoribusque, cum Idibus Martiis magistratum inissent, provinciis sortitis, L. Cornelio Lentulo Italia.* Nam et vulgo nomen alterius consulis abest *L. Lentulo.* Sed, ut posuimus, integre Barber. et Pet.' *J. F. Gron.* *Iniissent* Doujat. Crev.—2 *C. Bæbio* edd. ante Sigon.—3 *In Gallia* edd. antt.—4 'J. F. Gron. emendandum putat vel *Prorogata imperia prætoribus prioris anni, Cn. Sergio, ut militibus cett.* vel *Prorogato imperio prætores prioris anni, Cn. Sergius militibus, qui . . . agrum assignari cu-*

NOTÆ

[b] *Circa Ariminum provinciam*] Intelligitur provincia Gallia Circumpadana, quæ tunc ab Arimino incipiebat, ubi et sedes prætoris, Rubicone quippe vicino amne dirimebatur Italia proprie dicta a Gallia Cisalpina.

[c] *Agrum assignandum curaret*] Mavult Gron. *assignari curaret,* conjectura ex libro Vossiano ducta, ubi *assignare.* Nec laborat periodus, ut ipsi visum, nisi quod paulo est prolixior. Sensus saltem facile constat, si continuata oratione legas, *Prorogato imperio prætoribus prioris anni,* ea lege ut hæc et illa facerent, &c. *feriæ Latinæ, &c. instauratæ sunt:* quasi ea quæ scripta sunt post verba, *prorogato imperio,* parenthesi essent inclusa.

curaque exercuisset,[a] perficeret, et eos, quos sacrilegii compertos [d] in vinculis Romam misisset, Locros mitteret ad supplicium, quæque sublata ex delubro Proserpinæ essent, reponenda cum piaculis curaret[b]) feriæ [5] Latinæ pontificum decreto instauratæ sunt; quod legati ab Ardea questi in senatu erant, sibi in monte Albano Latinis carnem,[e] ut assolet, datam non esse. Ab Suessa nuntiatum est,[6] duas portas, quodque inter eas muri erat, de cœlo tactum; et Formiani legati ædem Jovis, item Ostienses ædem Jovis, et Veliterni Apollinis et Sanci ædes,[f] et in Herculis æde capillum enatum:[7] et ex Bruttiis ab Q. Minucio proprætore scriptum, equuleum cum quinque pedibus, pullos gallinaceos tres cum ternis pedibus natos esse. Inde a P. Sulpicio proconsule ex Macedonia literæ allatæ, in quibus inter cetera scriptum erat, lauream in puppi navis longæ enatam. Priorum prodigiorum causa senatus censuerat, ut consules majoribus hostiis, quibus Diis videretur, sacrificarent.[8] Ob hoc unum [h] prodigium haruspices in senatum vocati, atque ex responso eorum supplica-

[a] *Inquisitiones conjuratorum quas antea instituerat.*
[b] *Factis sacrificiis expiatoriis.*



raret: Q. Mincius in Bruttiis idem.' Doering.—5 *Curaret. Feriæ*, signis parentheseos omissis, Gron. Doujat. Crev.—6 Malit J. F. Gron. *nuntiarunt. abs* pro *ab* Gron. Crev.—7 'Mihi in mentem veniebat *et in Herculis ære capillum enatum*, ut *æs* de signo æreo dictum sit, uti apud Virg. Georg. I. 480. Sed, ut fatear, ipse de hujus conjecturæ probabilitate addubito. Accesserim potius Rob. Titio pro *capillum enatum* forte *caprificum enatam* legendum esse suspicanti.' *Doering.*—8 Olim legebatur *ut consul . . . sacrificaret.* Paulo ante *majoribus*, omisso verbo *hostiis*, Doujat.

NOTÆ

[d] *Sacrilegii compertos*] Convicti enim fuerant expilasse Proserpinæ templum; qua de re lib. XXIX. c. 8. Vide et c. 21.

[e] *Latinis carnem*] Feriis Latinis tauri in commune immolati carnes dividebantur quinquaginta, minus tribus populis, id est, incolis oppidorum Latii septem et quadraginta, ad eas convenientibus, ex fœdere de quo lib. I. c. 52.

[f] *Sanci* [*Sangi*] *ædes*] Nomen est Jovis fidei præsidis apud Dionys. Halic. lib. IV. Idem Deus Fidius priscis Latinis dictus ex Varrone. De eo dictum supra.

[h] *Ob hoc unum*] Postremo scilicet loco narratum prodigium, coronæ laureæ, vel folii nati in puppi navis.

tio populo in diem unum edicta, et ad omnia pulvinaria res divinæ factæ.

2. Carthaginienses eo anno argentum in stipendium impositum primum Romam advexerunt. Id quia probum non esse quæstores renuntiaverant, experientibusque pars quarta decocta erat,[c] pecunia Romæ mutua sumta, intertrimentum argenti [i] suppleverunt.[9] Petentibus deinde, ut, si jam videretur senatui, obsides sibi redderentur, centum redditi obsides. De ceteris, si in fide permanerent, spes facta. Petentibus iisdem, qui non reddebantur obsides, ut ab Norba, ubi parum commode essent, alio traducerentur, concessum, ut Signiam [10] [k] et Ferentinum transirent. Gaditanis item petentibus remissum, ne præfectus Gades mitteretur,[l] adversus quod iis, in fidem populi Romani venientibus, cum L. Marcio Septimo convenisset.[d] Et Narniensium legatis querentibus, ad numerum sibi colonos non esse,[e] et immixtos quosdam non sui generis pro colonis se gerere, earum rerum causa tresviros [11] creare L. Cornelius consul jussus. Creati P. et Sex. Ælii (Pætis fuit ambobus cognomen) et C. Cornelius Lentulus. Quod Narnien-

[c] *Quæstores, cum experimentum fecissent, argenti Punici, excoquendo probati, evanuerat, et in fumum abierat quarta pars.*
[d] *Contra id quod convenerat.*
[e] *Minorem esse numerum civium suorum quam qui frequentandæ coloniæ necessarius videretur.*

9 *Expleverunt* Kreyssig.—10 Sigon. *Setiam* pro *Signiam* legendum esse su-

NOTÆ

[i] *Intertrimentum argenti*] Dicitur *intertrimentum* pro diminutione, eo quod duo, quæ inter se teruntur, attritu ipso diminuantur; quemadmodum detrimentum a detritu dicitur, quod ea quæ trita sunt minoris sint pretii.

[k] *Ut Signiam*] Non abs re Sigonius auguratur non *Signiam*, sed *Setiam*, translatos nunc fuisse obsides Carthaginiensium; nam eos Setiæ post hæc custoditos fuisse, ubi et propter eos excitata fuit seditio, constat ex hujus libri c. 26.

[l] *Præfectus Gades mitteretur*] Tanquam in urbem deditam, cum tamen fœderata esset, suoque jure uteretur: qua de re Cic. in Orat. pro Corn. Balbo, ubi de populis Fundis; suum deinde senatum habuit tanquam civium Romanorum colonia, teste Cic. eadem orat. et Plinio, apud quem caput fuisse dicitur unius e quatuordecim juridicis Hispaniæ conventibus.

sibus datum erat, ut colonorum numerus cogeretur,[12] [m] id Cosani petentes non impetraverunt.

3. Rebus, quæ Romæ agendæ erant, perfectis, consules in provincias profecti. P. Villium, in Macedoniam cum venisset, atrox seditio militum, jam ante irritata, nec satis in principio compressa, excepit. Duo millia ea [13] militum fuere, qui ex Africa post devictum Hannibalem in Siciliam, inde anno fere post in Macedoniam pro voluntariis transportati erant. Id voluntate factum negabant: 'Ab tribunis recusantes in naves impositos. Sed utcumque, seu injuncta, seu suscepta foret militia,[14] [n] et eam exhaustam,[f] et finem aliquem militandi fieri æquum esse. Multis annis sese Italiam non vidisse. Consenuisse sub armis in Sicilia, Africa, Macedonia. Confectos jam se labore,[15] opere, exsangues tot acceptis vulneribus esse.' Consul, 'causam postulandæ missionis probabilem,[g] si modeste peteretur, videri,' dixit. 'Seditionis nec eam, nec ullam aliam satis justam causam esse. Itaque si manere ad signa et dicto parere velint, se de missione eorum ad senatum scripturum. Modestia facilius, quam pertinacia, quod velint, impetraturos.'

4. Thaumacos [o] eo tempore Philippus summa vi oppug-

[f] *Et militiam illam a se jam toleratam esse.*
[g] *Quæ approbari deberet.*



spicatur.—11 *Triumviros* Gron. Doujat. Crev.—12 Ita Mss. et primæ edd. ante Frob. qui *augeretur* substituit; ut in edd. Doujat. Kreyssig.

13 Τὸ *ea*, Gelenio auctore, expunxit Crev. Mox 'particula *post* primum in edit. Gruter. et deinde in aliis editt. omissa est; sed librr. scripti eam servant. Rectius fortasse in cod. Voss. et Lov. 1. apud Drakenb. omissa est particula *fere*, usus enim loquendi *ferme* postulat.' *Doering.*—14 Vid. Not. Delph. inf.—15 *Et* inserunt Gron. Doujat. Crev.

NOTÆ

[m] *Ut colonorum numerus cogeretur* [*augeretur*] In manuscriptis et plerisque antiquis editionibus *numerus cogeretur*, id est, congregaretur, conficeretur; idque sive dissipatos revocando, sive novos ascribendo colonos.

[n] *Seu injuncta, seu suscepta foret militia*] Ultro scilicet suscepta. Pro *invita*, probat Gron. ex cod. Oxon. quod vulgo legebatur, *injuncta;* quod verbum est onerum munerumque fungendorum. Facit Plin. ab eo laudatus lib. VIII. cp. 16. 'Quo libentius suscipio, deposco etiam quod injungis.'

[o] *Thaumacos*] Nomen urbis in Phthiotidis et Thessaliotidis confinio, circa

nabat aggeribus vineisque; et jam arietem muris admoturus erat. Ceterum incepto absistere eum coëgit subitus Ætolorum adventus, qui, Archidamo duce inter custodias Macedonum mœnia ingressi, nec die, nec nocte finem ullum erumpendi,[p] nunc in stationes, nunc in opera Macedonum, faciebant. Et adjuvabat eos natura ipsa loci. Namque Thaumaci a Pylis[q] sinuque Maliaco per Lamiam[r] eunti loco alto siti sunt, ipsis faucibus imminentes, quas Cœla vocant:[16] [s] Thessaliæque transeunti confragosa loca implicatasque flexibus vallium vias, ubi ventum ad hanc urbem est, repente, velut maris vasti, sic immensa panditur planities, ut subjectos campos terminare oculis haud facile queas. Ab eo miraculo[t] Thaumaci appellati. Nec altitu-

16 'Alii *quas Cœlen vocant*, et *quam Cœlen v.* Hoc elegantius est; Gron. Sed ita malim, *quæ Cœle vocant.* conj. Drak. *quas Cœla vocant. Thessaliæ quæ transeunti*, vel *quas Cœla vocant Thessaliæ. quæ transeunti* cet. et posterius etiam Crev. Sed ille jungebat *quæ confragosa loca transeunti, quæ* (Thessalia)

NOTÆ

Othrin montem ad sinum Maliacum; vulgo *Thamaco.* Stephano Thaumacia dicitur, diversa a Thaumacia Magnesiæ.

[p] *Finem ullum erumpendi*] Gall. *Qui ne cessoient de faire des sorties jour et nuit sur les travaux et sur les corps de garde.*

[q] *Pylis*] Intelligit Thermopylas, quæ per antonomasiam Pylæ vocantur, id est, portæ: sunt enim alia ejus nominis loca, ob angustias sic dicta, ut portæ ferreæ et Caucaseæ, portæ Ciliciæ et Amanicæ, &c.

[r] *Per Lamiam*] Oppidum fuit Thessaliæ Lamia in Phthiotide, non procul Sperchio fluvio, e regione Heracleæ Trachiniæ. Inde sinum Maliacum quidam inversis literis dixere Lamiacum, quod non procul ab ejus littore absit ea urbs. Inde quoque Lamiacum appellatum bellum, quod post Alexandri mortem exarsit inter Antipatrum et Athenienses, duce Leosthene: quo in obsidione Lamiæ cæso, victi atque iterum subacti fuere Athenienses. Hodie *Lamina* vocatur.

[s] *Faucibus imminentes, quas Cœla* [*quam Cœlen*] *vocant*] Aut supplendum *regionis*, ut sit *faucibus regionis quam Cœlen vocant;* aut cum Reg. et Colb. legendum, *quas Cœle*, vel potius *Cœla vocant:* quas scilicet fauces appellant Cœla, id est, cava, plurali numero Gall. *les creux:* ut hæ inter Lamiam et Thaumacos angustiæ sint Κοῖλα Λαμίας. Mallem tamen, *quam Cœlen vocant Thessaliæ, quæ transeunti confragosa loca, &c.* quas nempe fauces, &c. transeunti. Certe enim Cœle, id est, cava, appellabatur hæc Thessaliæ regio, ceteris humilior, quasi planitiem dicas: quemadmodum Cœle Syria, Cœle Elis, apud Strabonem, Cœle Eubœa apud Ptolemæum, de qua lib. priore c. 45.

Quas Cœla] Sic pro *quam Cœlen*

dine solum tuta urbs, sed quod, saxo undique absciso, rupibus [17] imposita est. Hæ difficultates, et quod haud satis dignum tanti laboris periculique pretium erat, ut absisteret incepto Philippus, effecerunt. Hyems quoque jam instabat, cum inde abscessit, et in Macedoniam in hyberna copias reduxit.

5. Ibi ceteri quidem, data quantacumque [18] quiete temporis, simul animos corporaque remiserant. Philippum quantum ab assiduis laboribus itinerum pugnarumque laxaverat annus,[19] [u] tanto magis intentum in universum eventum belli curæ angunt, non hostes modo timentem, qui terra marique urgebant; sed nunc sociorum,[x] nunc etiam popularium animos,[k] ne et illi ad spem amicitiæ Romanorum deficerent, et Macedonas ipsos cupido novandi res caperet. Itaque et in Achaiam legatos misit, simul qui

[k] *Subditorum scilicet, id est, Macedonum.*

panditur.' Rupert. Vid. Not. Delph. inf.—17 'Recte Crev. *τὸ rupibus* pro glossemate *τοῦ saxo absciso* habet.' *Doering.*

18 Legendum putat Jac. Gron. *quanticumque.*—19 'Lectionem *annus* pro anni tempore vel parte, primum ex conjectura dedit J. Fr. Gron. Vett. codd. vel *animus*, vel *animi*, vel *animos* offerunt. Legendum igitur puto *Philippum, quantum ab assiduis laboribus itinerum pugnarumque laxaverant ani-*

NOTÆ

legendum merito censuit J. F. Gron. *J. Clericus.*

[t] *Ab eo miraculo*] Dicti ergo Thaumaci ab admirabili situ, et jucundissimo in plana prospectu. Nam *θαυμάζειν* Græcis est *admirari.*

[u] *Quantum ab assiduis laboribus . . . laxaverat annus* [*animus*] Mss. quos vidi, habent, non male, *laxaverat animus*, sensu haud multum diverso a vulgata lectione, quam Gelenius intulit, *laxaverat animum.* Quidni enim *laxandi* verbo usus fuerit Liv. neutrali significatione, quæ vim habet passivam; cum Cæsari usurpatum legatur, 'ventus remisit,' pro cessavit, aut remissior factus est? certe sententia satis idonea est, ut Philip. ab expeditionum labore, quæ assidue per æstatem fatigaverant, animum per hyemem relaxasse dicatur, ita tamen ut de futuro totius belli casu anxius cogitaret. Vult tamen non insubtiliter Gron. scribi, *quantum, &c. laxaverat annus*, hoc est, anni tempus; qua ratione Statius pigrum annum dicit, 'et pacem piger annus habet,' pro feriarum tempore quo a litibus cessatur: quasi velit auctor quietem non tam animi quam corporis, qua milites per hyemem gaudebant, ad regem minime pertinuisse, ut qui mentem tanto magis exercitam curis gereret.

[x] *Sociorum*] Achæorum præsertim.

jus jurandum (ita enim pepigerant, quotannis juraturos in verba Philippi) exigerent; simul qui redderent Achæis Orchomenon[y] et Heræam[z] et Triphyliam,[a] Eleis Alipheram,[20 b] contendentibus, nunquam eam urbem fuisse ex Triphylia, sed sibi debere restitui, quia una esset ex iis, quæ ad condendam Megalopolim ex concilio Arcadum contributæ forent. Et cum Achæis quidem per hæc societatem firmabat. Macedonum animos sibi conciliavit cum Heraclide.[1 c] Nam cum eum maximæ invidiæ sibi esse

mos.' Doering. *Animus* Doujat. Crev. Vid. Not. Delph. inf.—20 '*Heræan, Triphylian*, et *Alipheran* multi codd. velle videntur.' *Drak. Megalopolitis Alipheram* Doujat. ut omnino legendum esse docuit J. F. Gron. prob. Doer. ' Mox *Megalempolin* Ms. Pet. unde Gron. conj. *Megalenpolin*, ut 'Cœlen Syriam' XLII. 29. et ἡ Μεγάλη πόλις Plut. Polyb. Steph. *Megalenpolin* Lov. 4. *Megalepolin, Megalepolim*, et *Megalēpolin* multi Mss.' *Rupert.*—1 ' Verba *cum Heraclide* corrupta esse vix est quod moneam. Jacobs. ingeniose emend.

NOTÆ

y *Orchomenon*] Arcadiæ hic Orchomenus intelligitur, inter Ladonis fontes et Parthenium montem, non procul Mantinea: quod oppidum jam Strabonis tempore perierat. Aliud fuit eodem nomine oppidum in Bœotia, nunc castrum duntaxat, quod *Orchomeno* adhuc appellatur.

z *Heræam*] Jam diximus Heræam urbem Arcadiæ quoque fuisse, ad confluentes Alphei et Ladonis: hodie *Ravoli*. Vide lib. XXVIII. c. 7.

a *Et Triphyliam*] Elidis pars Triphylia dicta est, auctore Strabone lib. VIII. eo quod τρία φῦλα, id est, *tres gentes* in unum corpus ibi olim coivissent, nimirum veteres incolæ Epei, Minyæ, (aut ut alii volunt Arcades,) qui eodem postea commigraverant, et Elei, qui postremo prævaluere: unde Pylos Triphyliaca dicta.

b *Eleis* [*Megalopolitis*] *Alipheram*] Vulgo legebatur *Eleis Alipheram*; quod cum stare non posset, eo quod Elei Romanorum fœderati essent, non Philippi, Sigon. reposuerat, *illis*, nempe *Achæis*: quod tamen et ipsum vitiosum est, cum non Achæis, sed Megalopolitis contendentibus eam specialiter ad se pertinere, Alipheram restituerit Philippus. Itaque ex ipsius Sigonii ratiocinatione recte corrigit Gron. scribens *Megalopolitis*; qui etsi Achæis fœdere juncti hoc tempore, tamen sibi restitui privatim postulabant Alipheram, utpote quæ una esset ex illis urbibus quæ ad condendam Megalopolin contributæ fuerant decreto Arcadum: eam quidem ante complures annos Elei Ætolorum auxilio ceperant; sed his eripuerat Philippus: unde nunc eam veteribus dominis restituit; quo facto Achæorum animos sibi devinciebat, quandoquidem Megalopolitæ in unum jam cum Achæis corpus convenerant: id ita esse compertum habebit quisquis libri XXVIII. caput 8. relegerit: quo loco nos de Aliphera diximus.

Eleis] Lege cum Gron. *Megalopolitis*. Vid. lib. XXVIII. c. 8. *J. Clericus*.

c *Sibi conciliavit cum Heraclide*] He-

cerneret,[i] multis criminibus oneratum in vincula conjecit, ingenti popularium gaudio. Bellum, si quando unquam ante alias, tum[2] magna cura apparavit, exercuitque in armis et Macedonas, et mercenarios milites: principioque veris cum Athenagora omnia externa auxilia, quodque levis armaturæ erat, in Chaoniam per Epirum[d] ad occupandas, quæ ad Antigoneam[e] fauces sunt, (Stena vocant

[i] *Cum videret Heraclidem causam esse odii, quo ipse apud Macedonas flagrabat.*

Et cum Achæis quidem per hæc societatem firmabat. Macedonum animos sibi conciliavit. Nam Heracliden amicum, cum maxime invidiæ sibi esse cerneret cet. Sed ita saltem post *Macedonum* excidisse *quoque* aut simile quid censendum est; et in vulgata lect. nihil videtur esse, quod displicere possit præter voc. *cum.* Cui si substitueris *punito,* vel aliud hujus generis verbum, τὰ *punito Heraclide* τοῖς *per hæc* et singula verba singulis præcedentibus exacte respondebunt. *causa Heraclidis* conj. Drak. Verba *sibi conciliavit* absunt ab omnibus Mss. et edd. ante Ascens. a. 1513. unde alia eorum loco scripsisse Livium suspicari possis.' *Rupert. Sibi conciliavit. Cum Heraclidem amicum maximæ* Kreyssig. Putabat Doer. *sibi conciliavit discidio cum Heraclide.*—2 *Cum* Gron. Doujat. Crev.

NOTÆ

raclides hic Tarentinus, cum in Philippi familiaritatem irrepsisset, excellentem ejus indolem ad vitia quævis corruperat: unde nihil mirum si Philippi subditis odio esset, eoque in carcerem conjecto, Philippus Macedonum animos se demereri posse speraret: et sensus quidem apertus est; sed quis alius Latine ita exprimeret, ut diceret 'Macedonum animos cum Heraclide conciliare?' quod potius significaret, Heraclidem cum Macedonibus in gratiam reducere; cum contra velit conciliatos Philippo Macedones per vincula et supplicium Heraclidis. Sed aliquando præpositio *cum* significat conditionem; ut apud Columellam, 'obsequor voluntati tuæ cum eo ne dubites,' id est, ea conditione. Sic jurisconsulti dicunt, cum hoc, pro hac lege, hac adjecta conditione, quod Græci dicebant ἐπὶ τούτοις, ἐφ' ᾧ. Dicunt iidem σὺν Θεῷ, *cum Deo,* pro juvante Deo. An ita hoc loco 'cum Heraclide,' pro adjuvante Heraclide, quasi nihil referat nolens an volens adjuvet? Alias præpositio σὺν Gr. instrumentum denotat, ut cum aiunt σὺν νηυσὶ φεύγειν, *navibus fugere:* et Gallice *avec* eodem sensu accipitur loco præpositionis per, *avec de l'argent.* Quæ ratio si forte non admittatur, Patavinitatem hic oportet agnoscamus, quæ a Germanica et Vasconica loquendi forma non abhorret.

[d] *In Chaoniam per Epirum*] Epiri quidem regni provincia fuit Chaonia, quæ nunc *Canina,* vel *Chimera.* Sed Epirus aliquando strictius sumitur: unde orta est divisio Epiri in barbaram, quæ ad occidentem, et cujus pars Chaonia, Thesprotiaque; et Græcam, ad quam pertinebant Molossi, Dolopes, Acarnanes.

[e] *Ad Antigoneam*] Plures fuere Antigoneæ. Hæc, de qua nunc agitur, in extremis finibus Chaoniæ: eam

Græci [f]) misit. Ipse post paucis diebus graviore secutus agmine, cum situm omnem regionis aspexisset, maxime idoneum ad muniendum locum credidit esse præter amnem Aoum.[g] Is inter montes, quorum alterum Æropum, alterum Asnaum [h] incolæ vocant, angusta valle fluit, iter exiguum super ripam præbens. Asnaum Athenagoram cum levi armatura tenere ac communire jubet: ipse in Æropo posuit castra. Qua abscisæ rupes erant, statio paucorum armatorum tenebat; quæ minus tuta erant, alia fossis, alia vallis, alia turribus muniebat. Magna tormentorum etiam vis, ut missilibus procul arcerent hostem, idoneis locis disposita est. Tabernaculum regium pro vallo, in conspecto maxime tumulo, ut terrorem hostibus, suisque spem ex fiducia faceret, positum.

6. Consul, per Charopum [3] [i] Epiroten certior factus, quos saltus cum exercitu insedisset rex, et ipse, cum Corcyræ hybernasset, vere primo in continentem trajectus,[4] [k] ad hostem ducere pergit. Quinque millia ferme ab regiis

3 Gron. scribendum vult *Charopem*, prob. Rupert. Mox *Epirotem* Gron. Doujat. Crev.—4 ' Plerique libri *trabeatus; quidam transvectus;* unde forsan leg. *travectus.*' Rupert. Vid. Not. Delph. inf. *Transvectus* Kreyssig.—

NOTÆ

ab Antigono conditore nomen sortitam volunt, quod nunc quoque retinere dicitur.

[f] *Stena vocant Græci*] *Angustias;* nam στενὸς *angustum* significat.

[g] *Amnem Aoum*] Aous, qui Lous Ptol. Æas forte Straboni et Melæ, aliisque apud alios nominibus appellatur, fluvius est Macedoniæ occiduæ, a Penestis, per Parthiæos, Eordæos, et Taulantios in mare Adriaticum fluens infra Apolloniam, inter Celydni et Apsi ostia: dicitur hodie *Polina.*

[h] *Alterum Æropum, alterum Asnaum*] Hi duo montes pars seu juga fuisse videntur Pindi, vel Pœi (qui et ipse pars Pindi), ex quo hinc Aous fluit, inde ex adversa parte Peneus.

[i] *Charopum*] Plut. et Polyb. *Charopa* vocant: unde dicendum esset *Charopem.* Sed facile transit tertia Græcorum declinatio in secundam Latinorum; sic aliis Harpax, aliis est Harpagus.

[k] *In continentem trajectus*] Ex Veneto Cœnobii Antoniani codice hanc lectionem hausit Gronovius, et loquendi formulam pro Liviana venditat ex lib. XXI. ' exercitus Placentiam perductus, inde Pado trajectus Cremonam;' et ex hoc lib. XXXII. ' hac summa redemti, in Bœotiam inermes trajecti.' Calamo exarati habent *in continentem trabeatus* quod Sigon. correxerat scribendo *tralatus.*

castris cum abesset, loco munito relictis legionibus, ipse cum expeditis progressus ad speculanda loca, postero die consilium[5] habuit, utrum per insessum ab hoste saltum, quanquam labor ingens periculumque proponeretur, transitum tentaret, an eodem itinere, quo priore anno Sulpicius Macedoniam intraverat, circumduceret copias. Hoc consilium per multos dies agitanti nuntius venit, T. Quintium consulem factum, sortitumque provinciam Macedoniam, maturato itinere jam Corcyram trajecisse. Valerius Antias intrasse saltum Villium tradit, quia[6] recto itinere nequierit, omnibus a rege insessis, secutum vallem, per quam mediam fertur Aous amnis; ponte raptim facto, in ripam, in qua erant castra regia, transgressum acie conflixisse; fusum fugatumque regem, castris exutum; duodecim millia hostium eo prælio cæsa, capta duo[7] millia et ducentos, et signa militaria centum triginta duo, equos ducentos triginta: ædem etiam Jovi in eo prælio votam, si res prospere gesta esset. Ceteri Græci Latinique auctores, quorum quidem ego legi annales, nihil memorabile a Villio actum, integrumque bellum insequentem consulem T. Quintium accepisse tradunt.

7. Dum hæc in Macedonia geruntur, consul alter L. Lentulus, qui Romæ substiterat, comitia censoribus creandis habuit. Multis claris petentibus viris, creati censores P. Cornelius Scipio Africanus et P. Ælius Pætus. Hi, magna inter se concordia, et senatum sine ullius nota legerunt,[k] [8] et portoria venalium Capuæ Puteolisque, item Castrorum portorium,[1] quo in loco nunc oppidum est, fruendum locarunt; colonosque eo trecentos (is enim numerus

[k] *Nemine senatorum ignominia notato.*

5 *Concilium* Gron. Doujat.—6 *Et quia* Gron. Doujat. Crev.—7 *Et duo* eæd. *eo* ante *prælio* del. eæd.

NOTÆ

[1] *Castrorum portorium*] Nomine *Castrorum* intelligit munimenta ad Puteolos antea posita, ubi sex hominum millia in præsidio erant. Vide lib. xxiv. cap. 13. Id nunc in coloniam mutatum. Vide et lib. xxxiv. cap. 45.

finitus ab senatu erat) ascripserunt, et sub Tifatis Capuæ agrum vendiderunt. Sub idem tempus L. Manlius Acidinus, ex Hispania decedens, prohibitus a P.[9] Porcio Læca tribuno plebis, ne ovans rediret, cum ab senatu impetrasset, privatus Urbem ingrediens mille ducenta pondo[10] argenti,[m] triginta pondo ferme auri[n] in ærarium tulit. Eodem anno Cn. Bæbius Tamphilus,[11] qui ab C. Aurelio consule anni prioris provinciam Galliam acceperat, temere ingressus Gallorum Insubrium fines, prope cum toto exercitu est circumventus: supra sex millia et sexcentos milites amisit. Tanta ex eo bello, quòd jam timeri desierat, clades accepta est. Ea res L. Lentulum consulem ab Urbe excivit. Qui, ut in provinciam venit plenam tumultus, trepido exercitu accepto, prætorem multis probris increpitum provincia decedere atque abire Romam jussit. Neque ipse consul memorabile quicquam gessit, comitiorum causa Romam revocatus; quæ ipsa per M. Fulvium et M'. Curium tribunos plebis impediebantur, quod T. Quintium Flamininum[o] consulatum ex quæstura[l] petere non patiebantur. 'Jam ædilitatem præturamque fastidiri: nec per honorum gradus,[p]

[l] *Statim post gestum quæstoris munus.*

8 *Legebant* edd. ante Sigon. Mox *venalitium* pro *venalium*.—9 *M.* Gron. Doujat. Crev. *Lecca* edd. ante Sigon.—10 'Suspecti numeri Dukero; *mille* abest a tribus Mss. quo suspicionem suam confirmari putabat.' *Rupert.*—

NOTÆ

[m] *Mille ducenta pondo argenti*] Id est, libræ 43200.

[n] *Triginta pondo ferme auri*] Hujus summæ æstimatio librarum Francicarum sedecim millia cum octingentis daret: id est aureos qui nobis hodie in usu 2947. et quod excurrit.

[o] *Flamininum*] Qui Flaminii vulgo appellantur, eos in marmoribus Capitolinis *Flamininos* appellari Sigon. observat.

[p] *Per honorum gradus*] Honores gradatim deferri, ut a minoribus ad majores magistratus ascendatur, et ratio suadet, et mos invaluerat apud Romanos, ita ut quæsturam primo gererent, quæ non tam magistratus erat quam initium et quasi præparatio ad reliquos honores. Horum primus proprie ædilitas, secundus prætura, tertius consulatus. Verum hac de re certam legem nondum constitutam fuisse ex eo apparet, quod cum senatus ea de re consultus decrevisset ut populus quem vellet creare posset ex eorum numero qui honorem peterent, quem sibi per leges capere liceret, videmus T. Quintium ex quæ-

documentum sui dantes, nobiles homines tendere ad consulatum, sed transcendendo media [12] summa imis continuare.' Res ex campestri certamine [q] in senatum venit. Patres censuerunt, 'Qui honorem, quem sibi capere per leges liceret, peteret, in eo populo creandi, quem velit, potestatem fieri æquum esse.' In auctoritate Patrum fuere tribuni.[m] Creati consules Sex. Ælius Pætus et T. Quintius Flamininus.* Inde prætorum comitia habita. Creati L. Cornelius Merula, M. Claudius Marcellus, M. Porcius Cato, C. Helvius, qui ædiles plebis fuerant. Ab iis ludi plebeii instaurati: et epulum Jovis fuit ludorum causa. Et ab ædilibus curulibus C. Valerio Flacco flamine Diali et C. Cornelio Cethego ludi Romani magno apparatu facti. Ser. et C. Sulpicii Galbæ [13] pontifices eo anno mortui sunt. In eorum locum M. Æmilius Lepidus et Cn. Cornelius Scipio pontifices suffecti sunt.

8. Sex. Ælius Pætus, T. Quintius Flamininus consules, magistratu inito, senatum in Capitolio cum habuissent, decreverunt Patres, 'ut provincias Macedoniam atque Italiam consules compararent inter se sortirenturve. Utri eorum Macedonia evenisset, in supplementum legionum tria millia militum Romanorum scriberet et trecentos equites. Item

[m] *Tribuni plebis obtemperarunt decreto senatus.*

11 Ut supra, *C. Bæbius Pamphilus* edd. ante Sigon.—12 'Parum feliciter J. F. Gron. tentat *medio*.' Doering.—13 *Ser. Sulpitius et L. Galba* olim legebatur.

NOTÆ

stura consulem factum, prætermissa ædilitatis et præturæ petitione. Postea id constitutum fuisse tum edicto prætoris, tum epistola Antonini Pii observant jurisconsulti in l. ut gradatim II. in princ. et l. honor. 14. § 5. ff. de muner. et honor. saltem in municipiis; nam Romæ constitutum videtur lege annali, quæ lata est a L. Villio tribuno plebis, an. U. C. 574. L. Manlio Acidino, Q. Fulvio Flacco germanis fratribus coss. qua cautum ne quis ædilitatem gereret ante annum trigesimum septimum, præturam ante quadragesimum, consulatum ante tertium supra quadragesimum, ut disputat P. Manucius de legibus.

[q] *Res ex campestri certamine*] Per campestre certamen, significat Livius disceptationem, seu contentionem, quæ in comitiis et Campo Martio intervenerat.

* A. U. C. 555.

sociorum Latini nominis quinque millia peditum, quingentos equites.' Alteri consuli novus omnis exercitus decretus. L. Lentulo prioris anni consuli prorogatum imperium est; vetitusque aut ipse provincia decedere prius, aut veterem exercitum deducere, quam cum legionibus novis consul venisset. Sortiti consules provincias. Ælio Italia, Quintio Macedonia evenit.[14] Prætores, L. Cornelius Merula urbanam, M. Claudius Siciliam, M. Porcius Sardiniam, C. Helvius Galliam est sortitus. Delectus inde haberi est cœptus. Nam, præter consulares exercitus, prætores quoque jussi scribere milites erant. Marcello in Siciliam[15] quatuor millia peditum socium Latini nominis et trecentos equites; Catoni in Sardiniam ex eodem genere militum tria millia peditum, ducentos equites: ita ut hi prætores ambo, cum in provincias venissent, veteres dimitterent pedites equitesque. Attali deinde regis legatos in senatum consules introduxerunt. Hi, regem classe sua copiisque omnibus terra marique Romanam rem juvare, quæque imperarent Romani consules, impigre atque obedienter ad eam diem fecisse, cum exposuissent, 'Vereri' dixerunt, 'ne id præstare ei per Antiochum regem ultra non liceret. Vacuum namque præsidiis navalibus terrestribusque regnum Attali Antiochum invasisse. Itaque Attalum orare Patres conscriptos, si sua classe suaque opera uti ad Macedonicum bellum vellent, mitterent ipsi præsidium ad regnum ejus tutandum: si id nollent, ipsum ad sua defendenda cum classe ac reliquis copiis redire paterentur.' Senatus legatis ita responderi jussit, 'Quod rex Attalus classe copiisque aliis duces Romanos juvisset, id gratum senatui esse.[16] [r] Auxilia nec ipsos missuros Attalo adver-

14 'Scribe *sortitis consulibus provincias, Ælio Italia, Quintio Macedonia evenit.*' J. F. Gron.—15 'Forte leg. *nam, præter consules, prætores . . . Marcellus in Sic. . . . . . Cato in Sardin.*' Rupert. *Marcellus* et *Cato* J. F. Gron. contendebat. 'Si quid mutandum sit, unice vera est hujus loci emendatio, quam proposuit Crev. *prætoribus quoque jussi scribere milites erant: Marcello in Siciliam, &c.*'

NOTÆ

[r] *Gratum senatui esse* [*fore*] Ita membranæ: vulgo scribitur *gratum senatui esse*. Sed videtur auctor velle senatum ejus rei memorem futurum, et gratias relaturum pro accepto beneficio: non enim gratiam repræsentat, sed in futurum promittit senatus.

sus Antiochum, socium et amicum populi Romani; nec Attali auxilia retenturos, ultra quam regi commodum esset. Semper populum Romanum alienis rebus, arbitrio alieno, usum. Et principium et finem in potestate ipsorum, qui ope sua velint adjutos Romanos, esse. Legatos ad Antiochum missuros, qui nuntient, Attali naviumque ejus et militum opera adversus Philippum communem hostem uti populum Romanum. Gratum eum facturum et senatui,[17] si regno Attali abstineat, belloque absistat. Æquum esse, socios et amicos populi Romani reges inter se quoque ipsos pacem servare.'

9. Consulem T. Quintium, ita habito delectu, ut eos fere legeret, qui in Hispania aut Africa meruissent spectatæ virtutis milites, properantem in provinciam prodigia nuntiata atque eorum procuratio[n] Romæ tenuerunt.[18] De cœlo tacta erant via publica Veiis, forum et ædes Jovis Lanuvii,[19] Herculis ædes Ardeæ, Capuæ murus et turres et ædes, quæ Alba dicitur. Cœlum ardere visum erat Arretii. Terra Velitris trium jugerum spatio caverna ingenti desederat. Suessæ Auruncæ nuntiabant agnum cum duobus capitibus natum, et Sinuessæ porcum humano capite.[20] Eorum prodigiorum causa supplicatio unum diem habita: et consules rebus divinis operam dederunt, placatisque Diis, profecti in provincias sunt. Ælius cum C. Helvio prætore in Galliam: exercitumque ab L. Lentulo acceptum, quem dimittere debebat, prætori tradidit; ipse novis legionibus, quas secum adduxerat, bellum gesturus. Neque memorabilis rei quicquam gessit. Et T. Quintius alter consul maturius, quam priores soliti erant consules, a Brundisio cum transmisisset, Corcyram tenuit cum octo millibus peditum, equitibus octingentis. Ab Corcyra in proxima Epiri quinqueremi trajecit; et in castra Roma-

[n] *Expiatio portentorum.*

Doering.—16 *Fore* Gron. Doujat. Crev.—17 ' Τὸ *et* delevere Gelen. et alii. *Gratum ei* (populo Rom.) *futurum* (ita Ms. Buslid.) *et senatui* non male conj. Ruben. et *utenti populo Romano gratum eum facturum et senatui* Gron.' *Rupert*. 18 ' Altera lectio *retinuerunt*, quæ in quibusd. edd. vett. reperitur, ex interpretatione enata videtur.' *Doering*.—19 Vet. lib. apud Sigon. *Lavinii*.—

na magnis itineribus contendit: inde Villio dimisso, paucos moratus dies, dum se copiæ ab Corcyra assequerentur, consilium habuit, utrum recto itinere per castra hostium vim facere[1] conaretur; an, ne tentata quidem re tanti laboris ac periculi, per Dassaretios potius Lycumque[2] [s] tuto circuitu Macedoniam intraret. Vicissetque ea sententia, ni timuisset, ne, cum a mari longius recessisset, misso e manibus hoste, si (quod antea fecerat) solitudinibus sylvisque se tutari rex voluisset, sine ullo effectu æstas extraheretur. Utcumque esset igitur, illo ipso tam iniquo loco aggredi hostem placuit. Sed magis fieri id placebat, quam, quomodo fieret, satis expediebat.[3] [t]

10. Dies quadraginta sine ullo conatu sedentes in conspectu hostium absumserant. Inde spes data Philippo est, per Epirotarum gentem tentandæ pacis; habitoque consilio[4] delecti ad eam rem agendam, Pausanias prætor[u] et Alexander magister equitum, consulem et regem, ubi in arctissimas ripas Aous cogitur amnis,[o] in colloquium adduxerunt. Summa postulatorum consulis erat, præsidia ex civitatibus rex deduceret: iis, quorum agros urbesque populatus esset, redderet res, quæ comparerent: ceterorum[5] æquo arbitrio æstimatio fieret. Philippus 'aliam aliarum

[o] *Arctatur fluvius.*

20 Duker. ad *capite* desiderat præpositionem *cum;* ut Kreyssig.—1 *Viam* pro *vim* alii, non minus apte, judice Rupert. *vi viam facere* conj. Duk. et Drak. *viam* Gron. Doujat.—2 *Lingumque* edd. ante Sigon.—3 *Id* olim inserebatur ante *fieret*. Mox '*expediebatur* vel *expediebant* emend. Gron.' *Rupert. Expediebant* Kreyssig.

4 ' Male in edd. Gron. Crev. et al. *concilio* exhibetur.' *Doering.*—5 Conj.

NOTÆ

[s] *Lycumque*] Fuit Lycus oppidum Eordæorum, qui inter Taulantios et Dassaretios siti, in ea Macedoniæ parte, quæ prius pars Illyrici fuerat.

[t] *Satis expediebat*] Nempe Quintius, quemadmodum supra, ' ni timuisset:' alioqui scribendum esset *expediebatur*, vel *expediebant*, nimirum qui in consilium fuerant adhibiti.

[u] *Pausanias prætor*] Id est, summus magistratus Epirotarum. Romani enim generali prætorum nomine summos aliarum gentium magistratus solebant designare, quamvis propriis nominibus apud suos varie appellarentur.

civitatium conditionem esse' respondit. 'Quas ipse ce-pisset, eas liberaturum. Quæ sibi traditæ a majoribus essent, earum hæreditaria ac justa possessione non excessurum. Si quas quererentur belli clades eæ civitates, cum quibus bellatum foret; arbitrio, quo vellent,[6] populorum,[x] cum quibus pax utrisque fuisset, se usurum.' Consul, 'Nihil ad id quidem arbitro [7] aut judice [y] opus esse,' dicere. 'Cui enim non apparere, ab eo, qui prior arma intulisset, injuriam ortam? nec Philippum [z] ab ullis bello lacessitum, ipsum priorem [8] vim omnibus fecisse.' Inde cum ageretur, quæ civitates liberandæ essent, Thessalos primos omnium [9] nominavit consul. Ad id vero adeo accensus indignatione est rex, ut exclamaret, 'quid victo gravius imperares, T. Quinti?' atque ita se ex colloquio proripuit. Et temperatum ægre est, quin missilibus, quia diremti medio amni [10] fuerant, pugnam inter se consererent. Postero die per excursiones ab stationibus primo in planitie, satis ad id patenti, multa levia commissa prælia sunt: deinde recipientibus se regiis in arcta et confragosa loca, aviditate accensi certaminis eo quoque Romani penetravere. Pro his ordo et militaris disciplina et genus armorum erat, aptum urgendis regiis; [11] [a] pro hoste loca et catapultæ ballis-

Rupert. *ceterarum.*—6 Mavult Gron. *quorum vellent*, improb. Doer.—7 'Sic recte pro vulg. lect. *arbitrio* reposuit J. F. Gron.' *Doering*. In edd. Gron. Doujat. *arbitrio* invenitur.—8 *Ab ullis lacessitum priorem* edd. ante Gron.—9 Vet. lib. apud Sigon. *Thessalonicam primam omnium.*—10 *Amne* Gron. Doujat. Crev.—11 *Aptum tegendis corporibus* Kreyssig. Vid. Not. Var. et Not. Delph. inf.

NOTÆ

[x] *Arbitrio, quo vellent, populorum*] Mallet Gron. *quorum vellent*. Sed res eodem ferme recidit; est enim *arbitrio populorum*, (pacem cum utrisque habentium,) si eo uti vellent civitates.

[y] *Arbitro* [*arbitrio*] *aut judice*] Congruentius videtur futurum, *arbitro aut judice*.

[z] *Nec Philippum*] Dividendum est illud *nec*, ut significet et non: est enim sensus: cui etiam non apparere Philippum, cum a nemine lacessitus bello esset, &c.

[a] *Aptum urgendis regiis*] Hæc correctio a Gelenio est; perperam Sigon. *Aptum prælium gerentibus:* hoc enim in armatura Romanorum perpetuum, ut ad præliandum apta esset. Olim vulgo, *ad amplum prælium gerendum: contra illis loca, &c.* Codices in diversa et absurda abeunt.

tæque, in omnibus prope rupibus, quasi in muris, dispositæ. Multis hinc atque illinc vulneribus acceptis, cum etiam, ut in prælio justo, aliquot cecidissent, nox pugnæ finem fecit.

11. Cum in hoc statu res esset, pastor quidam, a Charopo principe Epirotarum missus, deducitur ad consulem. 'Is se in eo saltu, qui regiis tunc oneratus castris erat, armentum pascere' ait: 'omnes montium eorum anfractus callesque nosse. Si secum aliquos mittere velit, non iniquo nec perdifficili aditu supra caput hostium deducturum. Hæc,' Charopus renuntiari jubet,[12] 'ita crederet, ut suæ potius omnia, quam illius, potestatis essent.'[13] [b] Cum magis vellet credere, quam auderet, consul,[p] mixtumque gaudio ac metu animum gereret, auctoritate motus Charopi, expe-

[p] *Cum Flaminius anceps animi, hinc cuperet rem ita esse, ideoque vellet fidem adhibere pastori, aliunde non auderet ipsi credere, quod de fide illius dubitaret, &c.*

12 *Qui regiis tunc teneretur castris, armentum pascere solitum, ait, omnes . . . aliquos consul mittere velit, se non iniquo . . . . eos deducturum. Hæc ubi consul audivit, percunctatum ad Charopum mittit, satisne credendum super tanta re agresti censeret? Charopus renunciari jubet.* Kreyssig. ad fidem codd. Bamb. et Vind. Pro *deducturum* mavult Gron. *educturum.*—13 Vid. Gron. h. l.—

NOTÆ

Suspicatur Gron. *aptum urgendo cominus*, ut *cominus* sit detortum in *cariora his*, ut habent fere Mss. Et sane Romanorum arma ad manus conserendas e proximo maxime idonea erant: quod explicat Noster paulo infra: 'sed ad loca angusta, haud late patente intervallo muri, genus armorum pugnæque hosti aptius erat.'

[b] *Ut suæ potius omnia, quam illius, potestatis essent*] Obscurus locus: potest enim ex his verbis non unus erui sensus. Sed quanquam innuat Plut. in Quintio pastores illos (etenim plures fuisse ait) fidei suæ vadem habuisse hunc Χάροπα τὸν μαχάταν: aliud tamen sensisse Livium suadent ipsius verba; vult enim Flaminio renuntiatum Charopi nomine, ut huic armentario ita fideret, ut tamen rem totam ipse Quintius haberet in potestate, potius quam committeret potestati ejus armentarii. Nam quod objicit Gron. Charopum parum certum futurum fuisse fidei pastoris illius affirmatorem, si monuisset ne ipsi nimium crederetur: ex eo nihil aliud sequitur, quam prudenter in hac re Charopum se gessisse, qui nec occasionem rei gerendæ, quæ se offerre videbatur, celatos voluerit Romanos, quibus favebat; nec tamen in re ancipiti fidem suam obstringere.

Ut suæ] Lege *ut si suæ;* quasi suæ res potestatis esset, non ducis; sic censuit Gron. *J. Clericus.*

riri spem oblatam statuit; et, ut averteret rem a suspicione, biduo insequenti lacessere hostem, dispositis ab omni parte copiis, succedentibusque integris in locum defessorum, non destitit. Quatuor millia inde lecta peditum et trecentos equites tribuno militum tradit. Equites, quoad loca patiantur, ducere jubet: ubi ad invia equiti ventum sit, in planitie aliqua locari equitatum; pedites, qua dux monstraret viam, ire: ubi, ut polliceretur,[14] [c] super caput hostium perventum sit, fumo dare signum; nec ante clamorem tollere, quam ab se signo accepto pugnam cœptam arbitrari posset.[15] Nocte itinera fieri jubet, (et pernox forte luna erat,) interdiu cibi quietisque sumeret tempus. Ducem promissis ingentibus oneratum, si fides extaret,[16] vinctum tamen tribuno tradit. His copiis ita dimissis, eo intentius Romanus undique instat capi stationes.[17] [d]

12. Interim die tertio cum verticem, quem petierant, Romani cepisse ac tenere se fumo significarent; tum vero, trifariam divisis copiis, consul valle media cum militum robore succedit; cornua dextra lævaque admovet castris. Nec segnius hostes obviam eunt; et, dum, aviditate certaminis provecti, extra munitiones pugnant, haud paulo superior est Romanus miles et virtute, et scientia, et armorum genere. Postquam, multis vulneratis interfectisque, recepere se regii in loca, aut munimento, aut natura tuta, verterat periculum in Romanos, temere in loca iniqua nec faciles ad receptum angustias progressos.[q] Neque impuni-

[q] *Qui progressi erant in loca periculosa, et in angustias, ex quibus regredi facile non erat.*



14 *Polliceatur* Gron. Doujat. Crev.—15 ' Immo *possent* et mox *sumere.*' J. F. Gron.—16 ' Ita pro vulg. *exstet* recepi ex quibusd. Mss. et omnib. edd. antt. ante Froben.' *Rupert.* Mox *tradidit* Gron. Doujat. Crev.—17 Vid. Not. Delph. inf.

NOTÆ

[c] *Ut polliceretur* [*polliceatur*] Nimirum armentarius ille a Charopo missus: alii tamen Mss. et editi olim, *ut pollicerentur:* quod Gallice reddideris, *comme on promettoit.*

[d] *Instat capi stationes*] Ita omnes scripti et veteres cusi, pro eo quod vulgo est, *instat capere stationes.* Est enim sensus: urget Flaminius jubendo et adigendo milites, ut eorum opera capiantur stationes, pulso ex eis hoste.

ta temeritate inde recepissent sese, ni clamor primum ab tergo auditus, dein pugna etiam cœpta, amentes repentino terrore regios fecisset. Pars in fugam effusi sunt: pars magis, quia[18] locus fugæ deerat, quam quod animi satis esset ad pugnam, cum substitissent, ab hoste, et a fronte et ab tergo urgente, circumventi sunt. Deleri totus exercitus potuit, si fugientes[19] persecuti victores essent: sed equitem angustiæ locorumque asperitas, peditem armorum gravitas impediit. Rex primo effuse ac sine respectu fugit;[r] dein, quinque millium spatium progressus, cum ex iniquitate locorum, id quod erat, suspicatus esset, sequi non posse hostem, substitit in tumulo quodam, dimisitque suos per omnia juga vallesque, qui palatos in unum colligerent. Non plus duobus millibus hominum amissis, cetera omnis multitudo, velut signum aliquod secuta, in unum cum convenisset, frequenti agmine petunt Thessaliam. Romani, quoad tutum fuit insecuti, cædentes spoliantesque cæsos, castra regia, etiam sine defensoribus difficili aditu,[20] diripiunt, atque ea nocte in suis castris manserunt.

13. Postero die consul per ipsas angustias, qua se inter valles flumen insinuat, hostem sequitur. Rex primo die ad Castra Pyrrhi[e] pervenit. Locus, quem ita vocant, est in Triphylia terræ Melotidis.[1] [f] Inde postero die (ingens iter

[r] *Nequaquam post se respiciens, vel non habita ratione decoris regii.*



18 Omnes codd. apud Drak. exhibent *pars quia magis;* quod in edd. Gron. Doujat.—19 'Clarius erit, si legas *fugientem.*' J. F. Gron.—20 'Perizon. præter necessitatem corrigit *difficilia aditu.*' Doering.

1 'Hunc locum corruptum J. F. Gron. emendat ita, *est Stymphaliam inter et Elimiotidem;* (sunt enim Stymphalia et Elimiotis regiones non procul ab Aoo flumine in Macedonia;) Doujatius vero vestigiis Gronovii insistens, propius ad vulgatam lectionem *Est in Stymphalia terra Elimiotidis,* quidni potius *terræ?* Drak. denique, Palmerium (qui in Græc. Antiq. II. 9. pro *Stymphalia, Stymphæa* vel *Tymphæa,* scribendum esse docuit,) secutus, *est in Stymphæa* vel *Tym-*

NOTÆ

[e] *Ad Castra Pyrrhi*] Fuit hic locus in Stymphalide ad Celydnum fluvium: unde colligi potest hoc prælium ad Aoum flumen non procul Gyrtona ejus regiunculæ oppido ad lævam Aoi ripam sito, commissum.

[f] *Triphylia terræ* [*terra*] *Melotidis*] Pro *Triphylia,* quam Elidis partem in-

agminis, sed metus urgebat[2]) in montem Lingon[g] perrexit. Ipsi montes Epiri sunt,[3] interjecti Macedoniæ Thessaliæque. Latus, quod vergit in Thessaliam, oriens spectat: septemtrio a Macedonia objicitur. Vestiti frequentibus sylvis sunt. Juga summa campos patentes aquasque perennes habent. Ibi stativis rex per aliquot dies habitis fluctuatus animo est, utrum protenus in regnum se reciperet, an reverti in Thessaliam posset.[4] [h] Inclinavit sententia, suum[5] in Thessaliam agmen demittere,[6] [i] Triccamque[k]

phæa terræ Elimiotidis.' Doering.—2 Ita emend. Gron. pro vulgata lectione *die ingenti itinere agminis (et metus urgebat)*; quæ in edd. Gron. Doujat. Crev. Mox pro *Lingon*, '*Lyncon* conj. Sigon. *Pindum* forte leg. cum Drak.' *Rupert.*—3 'Vox *montes* deest in omnibus codd. apud Drakenb. præter Lov. 5. editis assentientem. Totum hunc locum corruptum esse, tam ex verborum structura, quam ex numerorum varietate, intelligi posse existimat Crevierius. Amiciss. Jacobsius tentat *fines Epiri sunt.*' Doering.—4 Vid. Not. Delph. inf.—5 Pro *suum* conj. Gron. *citum.* 'Certe *suum* plane friget.' *Duk.*—6 Ita J. F. Gron. pro vulgat. *dimitteret;* quæ exhibetur in edd. Gron.

NOTÆ

dicavimus, quæque hinc procul erat in Peloponneso, legendum haud dubie *Stymphalia;* sic enim nominat Ptolemæus tractum hunc Macedoniæ occiduæ. Sic etiam pro *terra Melotidis*, scribendum forte *terra Elymiotidis.* Licet enim distinguantur sæpenumero Stymphalii ab Elymiotis; potuit tamen Stymphalia tanquam minor, illis ascribi quasi appendix. Gronovius conjicit scribendum esse *Stymphaliam inter et Elymiotidem.*

Locus, quem ita vocant, est in Triphylia terra Melotidis] Hæc tollenda putat Gron. et merito; locus enim, de quo hic Livius, fuit in Epiro, non in Peloponneso. Postea etiam *montem Lyncon* legit. *J. Clericus.*

[g] *In montem Lingon*] Videtur Lingus pars fuisse Pindi; quo nomine appellantur in universum montes, quibus ab Epiro et Macedoniæ parte disterminatur Thessalia.

[h] *An reverti in Thessaliam posset*] Hæc vetus lectio est: Sigon. mutaverat in *præstaret,* id est, melius esset. Nec tamen inepta est lectio verbi *posset.* Est enim idem ac auderet, sive commode posset reverti: adjicitur quippe pleonasmo quodam verbum *posse*, cum de iis rebus agimus, quæ dubium est agenda, vel futura sint necne, veluti hoc ipso lib. c. 35. 'ne tempus dari posset Achæis,' id est, ne in posterum tempus daretur; et 'ut aliquis finis rei imponi posset:' hoc est, ut finis imponeretur. Itemque cap. 40. 'concionem Argivorum postulabat rex, ut id sciri posset.' Sic apud Plaut. 'Potin', ut molestus ne sis?' nec multum dispari loquendi forma dixit Noster cap. 36. hujusce libri: 'ne pacem turbare vellent,' pro ne pacem turbarent: et Gall. dicimus: *ne pouvez-vous pas,* aut *ne sauriez-vous demeurer en repos?* et *peut-on avoir cette pensée?*

[i] *Suum in Thessaliam agmen demittere*] Non abs re quærit Gron. quo pertineat τὸ *suum;* nec male forte suspicatur *citum;* erat enim cur Philippus properaret.

proximis limitibus petit: inde obvias urbes raptim peragravit. Homines, qui sequi possent, sedibus excibat; oppida incendebat; rerum suarum, quas possent, ferendarum secum dominis jus fiebat: cetera militis præda erat. Nec, quod ab hoste crudelius pati possent, reliqui quicquam fuit, quam quæ 7 ab sociis[l] patiebantur. Hæc etiam facienti Philippo acerba erant; sed e terra, mox futura hostium, corpora saltem eripere sociorum volebat. Ita evastata sunt oppida, Phacium,[m] Iresiæ,[n] Euhydrium,[o] Eretria,[p] Palæpharus.8 [q] Pheras[r] cum peteret, exclusus, quia res egebat mora, si expugnare vellet, nec tempus erat, omisso incepto,9 in Macedoniam transcendit. Nam etiam Ætolos appropinquare fama erat: qui, audito prælio, quod circa

Doujat. Crev.—7 'Supervacuum τὸ *quæ*, aut mutandum in *tum*.' J. F. Gron. —8 'Pro *Palæpharus* Mss. et edd. antt. *Pala Epharus*, ed. Paris. 1573. et seqq. *Palæphatus:* sed cum Ortelio et Drak. videtur leg. *Palæpharsalus*.' Rupert. *Palæphatus* Gron. Doujat. Crev. *Palæpharsalus* Kreyssig.—9 Voss.

NOTÆ

[k] *Triccamque*] Ad Peneum in Æstiotide fuit oppidum Tricca, episcopalis postea sedes, quam obtinuisse vulgo fertur Heliodorus Æthiopicorum scriptor; voluntque ea carere maluisse, quam amatorium illud opus abolere. Nunc *Tricala* vocatur.

[l] *Quam quæ ab sociis*] Supervacaneum putat Gron. τὸ *quæ:* ejus loco admittit *tum:* cujus mutationis causam nec explicat, nec ego perspicio.

[m] *Phacium*] Oppidum est Pelasgiotidis Thessaliæ regionis, inter Pamisum fluvium montemque Pierium, ad Macedoniæ confinia.

[n] *Iresiæ*] Ilesium, opinor, Ptolemæo; quod oppidum ejusdem Pelasgiotidis ad Pamisum fluvium.

[o] *Euhydrium*] Fuit Euhydrium (quasi aquosum dixeris) oppidum in eadem Pelasgiotide inter Peneum fluvium et Pierium montem.

[p] *Eretria*] Urbs erat Phthiotidis, Pharsalum inter et Pheras: in tabulis recentioribus *Vatia;* alia ab Eretria Euboica.

[q] *Palæpharus* [*Palæphatus*] Fallor aut *Phæstum* dicere voluit, quod Æstiotarum fuit oppidum; aut *Pharsalum* Phthiotarum, quod Eretriæ ac Pheris propius: nam Palæphatus auctoris Parii aut Prienæi nomen est, qui rerum incredibilium multa volumina Græce conscripserat.

[r] *Pheras*] Pheræ urbs Magnesiæ fuit in Thessalia, Bœbeidi paludi ad occasum, sedes olim Admeti, (cujus armenta pavisse Apollo in fabulis narratur,) ac postea Alexandri, qui Phereus inde appellatus: diversa ab aliis ejus nominis urbibus quæ in Peloponneso. Ptolem. Pelasgiotis ascribit: quorum nomine comprehenduntur aliquando Magnetes: hodie retento prisco nomine *Fere*, Leunclavio teste. Nardus Turcis *Jenifar* dici vult, Brietius *Sidro*.

amnem Aoum factum erat, proximis prius evastatis circa Sperchias[s] et Macran (quam vocant) Comen, transgressi inde in Thessaliam, Cymines et Angeas[t] primo impetu potiti sunt. A Metropoli,[u] dum vastant agros, concursu oppidanorum ad tuenda mœnia facto, repulsi sunt. Callithera[x] inde aggressi, similem impetum oppidanorum pertinacius sustinuerunt; compulsisque intra mœnia, qui eruperant, contenti ea victoria, quia spes nulla admodum expugnandi erat, abscesserunt. Theuma[y] inde et Calathana[z] vicos expugnant diripiuntque. Acharras[10][a] per deditionem receperunt. Xyniæ simili metu[b] a cultoribus desertæ sunt. Hoc sedibus suis extorre agmen[c] in præsidium incidit, quod Thaumacum,[11][d] quo tutior frumentatio esset, ducebatur.

eo misso incepto.—10 Al. *Acharas:* al. *Achorras* ut Gron. Crev.—11 '*Thaumacum* e Mss. Voss. et Victor. recepi. In aliis codd. *Taumacum, Athaumacum, Atheumacum, Atheumatum, Athaumatum;* in nullo *Athamanum*, quod in omnibus edd. legitur, et ab h. l. alienum est. *Thaumacos* conj. Ruben. et Gron. *Ithomen.*' Rupert. *Ad Thaumacum* est in ed. Kreyssig.

NOTÆ

[s] *Circa Sperchias*] Ad Sperchium fluvium, qui in Maliacum sinum influit, Sperchia urbs memoratur in Phthiotide, non procul Echino. Sophianus putat hodie appellari *Ftelia*, aliis est *Fiteleo*. Flumen hodie *Agriomela*, vel, ut nonnulli volunt, *Selambria*. Verum duo sunt quibus adducor, ut de hac Sperchia sensisse Livium valde ambigam: tum quod inde transgressos in Thessaliam Ætolos dicit; at hæc Sperchia dubio procul in Phthiotide erat, quæ Thessaliæ regio fuit: deinde ab Ætolia ad eas urbes euntibus quæ statim nominantur, occurrit recto ferme itinere locus Doridis, cui nomen Sperchion, qua facilius in Thessaliam Ætoli et Athamanes penetrare ab illa parte potuerunt per Ænianes.

[t] *Cymines et Angeas*] Invenio in Thessaliotide inter Pindum et Apidanum fluvium, Ciminos et Angeas oppida.

[u] *A Metropoli*] Fuit hæc quoque urbs Thessaliotidis ad lævam Apidani fluvii ripam.

[x] *Callithera*] Ad dexteram ejusdem fluvii ex adverso Metropoleos.

[y] *Theuma*] Occurrit Thauma in Æstiotide, qua proxime ad Thessaliotarum limites vergit, inter Angeas et Tricam.

[z] *Et Calathana*] Callatharnæ ad dextram Penei, inter Tricam et Pellineum, leguntur in tabula Sansonis.

[a] *Acharras*] Est Achorra in Æstiotide quoque, haud procul dextra Penei e regione Tricæ.

[b] *Xyniæ simili metu*] Ad occasum Angearum fuere Xyniæ, vel Xynia, cujus meminit Stephanus.

[c] *Extorre agmen*] Xyniensium nempe, sedes suas deserentium.

[d] *Quod Thaumacum* [*Athamanum*] In Buslidiano codice, pro *Athamanum* legitur *Thaumacum*, quod mihi non displicet: nec mutandum, opinor, in

Incondita inermisque multitudo, mixta imbelli turba, ab armatis cæsa est. Xyniæ desertæ diripiuntur. Cyphara inde [e] Ætoli capiunt, opportune Dolopiæ [f] imminens castellum. Hæc raptim intra paucos dies ab Ætolis gesta. Nec Amynander atque Athamanes, post famam prosperæ pugnæ Romanorum, quieverunt.

14. Ceterum Amynander, quia suo militi parum fidebat, petito ab consule modico præsidio, cum Gomphos peteret, oppidum protenus nomine Phecam,[g] situm inter Gomphos faucesque angustas, quæ ab Athamania Thessaliam dirimunt, vi cepit. Inde Gomphos adortus, et per aliquot dies summa vi urbem tuentes, cum [12] scalas ad mœnia erexisset, eo demum metu perpulit ad deditionem. Hæc traditio [13] Gomphorum ingentem terrorem Thessalis intulit. Dedidere deinceps sese, qui Argenta [h] quique Pherinum et Thimarum et Lisinas et Stimonem et Lampsum habent[i] aliaque castella juxta ignobilia. Dum Athamanes Ætolique, summoto Macedonum metu, in aliena victoria suam prædam

12 *Jam* inserit Kreyssig. Mox *eo demum metu* edidit Rupert. pro vulg. *eodem metu* ex emend. certissima Periz. *Eodem metu* Gron. Doujat. Crev.

NOTÆ

Thaumacos: mire enim variant hæc nomina oppidorum Græcorum; et modo plurali, modo singulari numero; interdum fœminino, alias masculino, vel neutro genere efferuntur. Ita Iresiæ sunt Livio; Ptol. est Ilesion; Sperchias etiam ille vocat quæ aliis Sperchia est, vel Sperchion. Suspicabar retineri posse *præsidium Athamanum,* quod quo tutior frumentatio esset, eo ducebatur, nempe ad oppidum Xynias: sed paulo post Athamanum ita Noster meminit, ut neget quidem eos quievisse: verum quid gesserint non indicet.

[e] *Cyphara inde*] Nomen est oppidi sub Pindo monte positi in Thessaliotide ad occasum Xyniarum.

[f] *Dolopiæ*] Fuere Dolopes in Molossorum et Thessaliotarum confinio. Eorum urbs Menelais, regio Dolopia; nunc *Onoblacha,* ut vult Ortelius.

[g] *Nomine Phecam*] Oppidum fuit sub Pindo in finibus Æstiotidis versus Thessaliotidem et Dolopiam.

[h] *Qui Argenta*] Fuit Argens oppidum Æstiotidis in Thessalia ad Penei dextram, quemadmodum et Thimar, et Stimon Pæum versus: Lisina vero et Pherinus in eadem regione, propius Pindum montem, et fines Æthicum Epirotarum.

[i] *Lampsum habent*] Lampsum, vel Lampsus, oppidum fuit eodem tractu ad occasum Gomphorum, non procul Penei fontibus.

faciunt,[s] Thessaliaque a tribus simul exercitibus, incerta quem hostem, quemve socium crederet, vastatur; consul faucibus, quas fuga hostium aperuerat, in regionem Epiri transgressus, etsi probe scit, cui parti, Charopo principe excepto, Epirotæ favissent, tamen, quia ab satisfaciendi quoque cura imperata enise facere videt, ex præsenti eos potius, quam ex præterito, æstimat habitu, et ea[14] ipsa facilitate veniæ animos eorum in posterum conciliat.[t] Missis deinde nuntiis Corcyram, ut onerariæ naves in sinum venirent Ambracium;[k] ipse, progressus modicis itineribus, quarto die in monte Cercetio[15][l] posuit castra, eodem Amynandro cum suis auxiliis accito; non tam virium ejus egens, quam ut duces in Thessaliam haberet. Ab eodem consilio[u] et plerique Epirotarum voluntarii inter auxilia accepti.

15. Primam urbium Thessaliæ Phaloriam[16][m] est ag-

[s] *Ex victoria Romanorum fructum caperent.*

[t] *Quamvis compertum haberet Epirotarum nationem favisse Macedonibus, excepto Charopo, qui inter eos primum locum tenere videbatur; quia tamen videbat eos quæcumque imperabantur impensius exequi, ut hac cura ei satisfacerent, metiri maluit eorum animos ex propensione quam tunc præ se ferebant, quam ex priori inclinatione.*

[u] *Eandem ob causam capto hoc consilio, vel simili cautione.*



Doer. Ernest.—13 *Deditio* edd. ante Gron.—14 *Ea* del. Gron. Doujat.—15 *Cercetico* legendum putabat Sigon.

NOTÆ

[k] *In sinum venirent Ambracium*] Ab Ambracia Epiri urbe primaria dictus est hic maris Ionii sinus, in quem Arachthus influit: nunc *Golfo di Larta.*

[l] *In monte Cercetio*] Meminit Plinius montium Cercetorum in Thessalia: Stephanus Pialiam Æstiotidis urbem ad eum collocat: unde apparet fuisse hunc montem inter Pæum et Candavios; atque Æstiotas Thessalos divisisse a Pelagonibus australibus, qui Macedoniæ attributi.

[m] *Phaloriam* [*Phaleriam*] Phaleriam in Thessalia non lego: sed *Phaloria* urbs est Thessaliotidis inter Apidanum et Peneum ac Phœnicem, qui in hunc decurrit. Propior tamen iis locis, de quibus antea, itemque Æginio, de quo mox, *Phalara* in extrema versus Pæum Æstiotide, Gomphis ad occidentem. Harum alterutram hic intelligi puto, et magis priorem, quæ et in Thessalia speciali, et majorem habet cum Phaleria nominis affinitatem, et propius distat a Metropoli Thessaliotidis quoque urbe, quæ statim sequitur. Certe huc spectare non posse videtur Phalara Phthiotica, utpote longius sita ad Maliacum sinum.

gressus. Duo millia Macedonum in præsidio habebat, qui primo summa vi restiterunt, quantum arma, quantum mœnia tueri poterant: sed oppugnatio continua, non die, non nocte remissa, (cum consul in eo verti crederet ceterorum Thessalorum animos, si primi vim Romanam non sustinuissent) vicit pertinaciam Macedonum. Capta Phaloria, legati a Metropoli et a Piera [17] [n] dedentes urbes venerunt. Venia eisdem petentibus datur. Phaloria incensa ac direpta est. Inde Æginium [o] petit. Quem locum cum vel modico præsidio tutum ac prope inexpugnabilem vidisset, paucis in stationem proximam telis conjectis, ad Gomphorum regionem agmen vertit: degressusque in campos Thessaliæ, cum jam omnia exercitui deessent, quia Epirotarum pepercerat agris, explorato ante, utrum Leucadem, an sinum [18] Ambracium onerariæ tenuissent,[x] frumentatum Ambraciam invicem cohortes misit.[y] Et est iter a Gomphis Ambraciam, sicut impeditum ac difficile, ita spatio perbrevi. Intra paucos itaque dies, transvectis a mari commeatibus, repleta omni rerum copia sunt castra. Inde Atracem [19] est profectus.[p] Decem ferme millia ab Larissa abest: ex Perrhæbia

[x] *Utrum Leucadis portum attigissent, sive ad sinum Ambracium pervenissent.*
[y] *Alternatim misit ad convehendum frumentum.*



16 *Phaleriam* Gron. Doujat. Crev. *Phalara* Gron. conj.—17 ' *Pieria* in uno tantum Ms. vocatur: in reliquis et edd. vett. *Fieria, Gieria, Cieria, Cyeria, Egeria, Eieria.* Forte leg. *Pialia* cum Sigon. e Steph. vel potius cum Drak. *Cypæra.*' Rupert.—18 *Ac sinum* Gron. Doujat. Crev.—19 ' Ex corruptis lectionibus *ad Ragben, ad Rhagen, ad Thagen, ad regem,* bene ad rem J. F. Gron. restituit *Atracem.*' Doering.

NOTÆ

[n] *A Piera*] Sigonius *Pialiam* mavult, seu *Pialam,* quæ non procul Pamisi fontibus ad limites Æstiotarum et Pelasgiotarum, atque ab itinere, quo a Phaloria seu Metropoli Æginium ibatur, non procul recedit ad dextram.

[o] *Æginium*] Occurrit quidem hujus nominis oppidum in Tymphæis populis ad Macedoniæ, Epiri et Thessaliæ fines positis. Verum hic de alio Æginio sentire Nostrum crediderim, quod est Æstiotidis oppidum ad confinia Pelagoniæ Tripolitidis, minus paulo dissitum a Gomphis et Phalara sub Pæo monte.

[p] *Inde Atracem est profectus*] Vulgo legebatur *ad Rhagen:* quo nomine urbes sunt in Albione et in Parthia apud Ptolemæum; verum hic ad rem non faciunt. Recte igitur Gron. pro *ad Rhagen* scribit *Atracem:* est enim

oriundi sunt:[q] sita est urbs super Peneum amnem. Nihil trepidavere Thessali ad primum adventum Romanorum. Et Philippus, sicut in Thessaliam ipse progredi non audebat, ita, intra Tempe[r] stativis positis, ut quisque locus ab hoste tentabatur, præsidia per occasiones summittebat.

16. Sub idem ferme tempus, quo consul adversus Philippum primum in Epiri faucibus castra posuit,[20] et L. Quintius, frater consulis, cui classis cura maritimæque oræ imperium mandatum ab senatu erat, cum duabus quinqueremibus Corcyram transvectus, postquam profectam inde classem audivit, nihil morandum ratus, cum ad Zamam[1] insulam[s] assecutus esset, dimisso L. Apustio, cui succes-

20 *Posuit castra* Kreyssig.—1 Vid. Not. Delph. inf. '*Cāmam, Caniam,* et

NOTÆ

Atrax urbs Peneo flumini vicina in Pelasgiotide ex Strabone lib. IX. inter Tricam, quæ ad occasum hybernum, et Larissam, quæ propius ad ortum æstivum: hodie teste Pineto *Voidanar* appellatur.

[q] *Ex Perrhæbia oriundi sunt*] Perrhæbiam hic pro natione Perrhæborum accipere videtur Livius: hi vero Thessaliæ partem quæ ad mare atque ad Peneum, usque ad ejus ostia, sita est, obtinuere; sed oppressi a Lapithis in montana recesserunt, plerique ad Pindum, Athamanas, et Dolopes versus, quæ gentes Epiroticæ sunt; partim etiam cum Lapithis permixtim habitarunt, ut Strabo lib. IX. tradit.

[r] *Intra Tempe*] Non urbis nomen est, sed loci quinque millia passuum longi, et sesquijugerum lati, qui jugis leniter convexis dextra lævaque ultra visum hominis se attollentibus, intus vero luco viridante, atque allabente Peneo, ejusque ripis gramine vestitis amœnus, et canorus avium concentu, ut Plin. loquitur lib. IV. cap. 4. Hinc amœna quæque loca Tempe dici solita. Fuit autem in Magnesia ad Pieriæ Macedonicæ provinciæ confinia inter Ossam et Olympum montes. Ossa Lapitharum fuit domicilium, hodie *Cossovo*, ut censet Sophianus; aut, ut Pinetus, *Olira*. Olympus verò adeo editum verticem habet, ut nubes, pluviæ, tonitrua infra despici dicantur: unde pro cœlo sumitur a poëtis. Nunc quoque *Olympo* dicitur, ut scribit Sophianus. Pineto est *Lacha*. Observandum porro est alios fuisse montes Olympi nomine, nec ab hoc dictos ludos Olympicos, sed ab urbe Elidis Olympia.

[s] *Ad Zamam insulam*] Vidimus Zamam Africæ urbem, in cujus finibus Scipio Hannibalem vicit. Sed hæc Zama neque insula est, neque hujus loci. Glar. correxerat *Zacynthum*. At hæc insula et nomine longius distat a Zama, et situ longius etiam a Leucade et Epiri continente abest. Probabilius itaque Sigon. *Samen* legit, quod apud Pomponium et Plin. nomen est insulæ, unius ex Echinadibus quæ ad Acheloi ostia sitæ: *Curzolari* hodie vocantur. Est et Same oppidum in Cephaloniæ parte quæ ad

serat, tarde inde ad Maleam, trahendis plerumque remulco navibus, quæ cum commeatu sequebantur, pervenit. A Malea, jussis ceteris, quantum maxime possent maturate, sequi,[2] ipse tribus quinqueremibus expeditis Piræeum præcepit,[z] accepitque naves ibi relictas ab L. Apustio legato ad præsidium Athenarum. Eodem tempore duæ ex Asia classes profectæ, una cum Attalo rege, (eæ quatuor et viginti quinqueremes erant,) Rhodia altera viginti navium tectarum: Agesimbrotus præerat. Hæ circa Andrum insulam classes conjunctæ Eubœam, inde exiguo distantem freto, trajecerunt. Carystiorum primum agros vastarunt: deinde, ubi Carystus, præsidio a Chalcide raptim misso, firma visa est, ad Eretriam accesserunt. Eodem et L. Quintius cum iis navibus, quæ Piræei fuerant, Attali regis adventu audito, venit, jussitque, ut, quæ ex sua classe venissent naves, Eubœam peterent.[3] Eretria summa vi oppugnabatur. Nam et trium junctarum classium naves omnis generis tormenta machinasque ad urbium excidia secum portabant, et agri affatim materiæ præbebant ad nova molienda opera. Oppidani primo haud impigre tuebantur mœnia: deinde fessi vulneratique aliquot, cum et muri partem eversam operibus hostium cernerent, ad deditionem inclinarunt. Sed præsidium erat Macedonum, quos non minus, quam Romanos, metuebant; et Philocles regius præfectus a Chalcide nuntios mittebat, se in tempore affuturum, si sustinerent obsidionem.[a] Hæc mixta metu spes ultra, quam vellent, aut quam possent, trahere eos tempus cogebat. Deinde, postquam Philoclem repulsum trepidan-

[z] *Ante alios pervenit ad Piræeum.*
[a] *Si obsidionem tolerando protraherent.*

Ganam quidam Mss. Forte leg. *Cranaen.*' Rupert.—2 'Multi Mss. et edd. vett. *maturare*, et Lov. 3. *maturarent sequi.* Alterutrum præferendum putabant Gron. et Drak.' *Rupert. Possent, maturare sequi* Kreyssig.—3 Crev. scribendum putat *jussitque, ut quæque . . . Eubœam petere*; quia τῷ *jubere* verbum infinitivi modi fere subjungi solet.

NOTÆ

septemtrionem vergit. Ejus meminit Virgil. III. Æneid. 'Dulichiumque Sameque et Neritos ardua saxis.'

temque refugisse Chalcidem acceperunt, oratores extemplo ad Attalum, veniam fidemque ejus petentes, miserunt. Dum in spem pacis intenti segnius munera belli obeunt, et ea modo parte, qua murus dirutus erat, ceteris neglectis, stationes armatas opponunt; Quintius, noctu ab ea parte, quæ minime suspecta erat, impetu facto, scalis urbem cepit. Oppidanorum omnis multitudo cum conjugibus ac liberis in arcem confugit; deinde in deditionem venit. Pecuniæ aurique et argenti haud sane multum fuit: signa, tabulæ priscæ artis, ornamentaque ejus generis plura, quam pro urbis magnitudine aut opibus ceteris, inventa.

17. Carystus inde repetita; unde, priusquam e navibus copiæ exponerentur, omnis multitudo, urbe deserta, in arcem confugit. Inde ad fidem ab Romano petendam oratores mittunt. Oppidanis extemplo vita ac libertas concessa est: Macedonibus treceni[4] nummi[t] in capita statutum est pretium; et ut armis traditis abirent. Hac summa redemti, in Bœotiam inermes trajecti. Navales copiæ, duabus claris urbibus Eubœæ intra dies paucos captis, circumvectæ Sunium Atticæ terræ promontorium, Cenchreas Corinthiorum emporium petierunt. Consul interim omnium spe longiorem atrocioremque[5] oppugnationem[u] habuit: et ea, qua minimum credidisset, resistebant hostes. Nam omnem laborem in muro diruendo crediderat fore: si aditum armatis in urbem patefecisset, fugam inde cædemque hostium fore, qualis captis urbibus fieri solet. Ceterum postquam, parte muri arietibus decussa, per ipsas ruinas transcenderunt in

4 *Trecenti* Gron. Doujat.—5 Pro *atrocioremque* Gron. conj. *Atracis* vel *ad Atracem.* ‘ *Et ea, qua cett.* parum ex meo sensu cohæret oratio. In cod. Lov. 2. apud Drakenb. legitur *etenim ea, qua cett.* An scripsit forte Livius? *etenim ea, qua minimum credidisset, vi resistebant hostes.* Primum tentabam *adeo, quod minimum credidisset, resistebant hostes.* Jacobs. τὸ *ea* delendum putat.’ *Doe-*

NOTÆ

[t] *Treceni* [*trecenti*] *nummi*] Sestertii scilicet, quorum singuli hoc reipublicæ tempore duos asses nostrates hodiernos exiguum quid superabant.

[u] *Longiorem atrocioremque oppugnationem*] A vero forte non aberrat quod Gronovio in mentem venit legendum, *longiorem Atracis oppugnationem.*

urbem armati, illud principium velut novi atque integri laboris fuit. Nam Macedones, qui in præsidio erant et multi et delecti, gloriam etiam egregiam rati, si armis potius et virtute, quam mœnibus, urbem tuerentur, conferti, pluribus introrsus ordinibus acie firmata, cum transcendere ruinas sensissent Romanos, per impeditum ac difficilem ad receptum locum expulerunt. Id consul ægre passus, nec eam ignominiam ad unius modo expugnandæ moram urbis, sed ad summam universi belli, pertinere ratus, quod ex momentis parvarum plerumque rerum penderet, purgato loco,[x] qui strage semiruti muri cumulatus erat, turrem ingentis altitudinis, magnam vim armatorum multiplici tabulato portantem, promovit, et cohortes in vicem sub signis, quæ cuneum Macedonum, (phalangem ipsi vocant) si possent, vi perrumperent, emittebat. Sed ad loca angusta,[6] haud late patente intervallo diruti muri, genus armorum pugnæque hosti aptius erat. Ubi conferti hastas ingentis longitudinis præ se Macedones objecissent, velut in constructam densitate clypeorum testudinem, Romani, pilis nequicquam emissis, cum strinxissent gladios; neque congredi propius, neque præcidere hastas poterant: et, si quas[7] incidissent, aut præfregissent, hastilia fragmento ipso acuto, inter spicula integrarum hastarum, velut vallum explebant. Ad hoc et muri pars adhuc integra utraque tuta præstabat latera; nec ex longo spatio aut cedendum, aut impetus faciendus erat: quæ res turbare ordines solet. Accessit etiam fortuita res ad animos eorum firmandos. Nam cum turris per aggerem parum densati soli ageretur, rota una in altiorem orbitam depressa ita turrim inclinavit, ut speciem

ring.—6 *Loci angustias* Kreyssig.—7 'In edd. quibusdam vett. *si quam;* et hinc in sequentibus quoque *hastile* pro *hastilia*, et *explebat* pro *explebant.*' Doering. ut in edd. Gron. Doujat. Crev.

NOTÆ

[x] *Purgato loco*] Cave expiatum locum intelligas cum Godelevæo, qui de purgandi seu abluendi ritu videndum censet Cœlium Rhodiginum. At hic nihil habet sacri purgatio, estque accipienda de sordibus demtis, et ruinis complanatis.

ruentis hostibus trepidationemque insanam superstantibus armatis præbuerit.

18. Cum parum quicquam succederet,[y] consul minime æquo animo comparationem militum generis armorumque fieri patiebatur: simul nec maturam expugnandi spem, nec rationem procul a mari et in evastatis belli cladibus locis hybernandi ullam cernebat. Itaque relicta obsidione, quia nullus in tota Acarnaniæ atque Ætoliæ ora portus erat, qui simul et omnes onerarias, quæ commeatum exercitui portabant, caperet, et tecta ad hybernandum legionibus præberet, Anticyra in Phocide, in Corinthium versa sinum, ad id opportunissime sita visa; quia nec procul Thessalia hostiumque locis abibant, et ex adverso Peloponnesum exiguo maris spatio divisam, ab tergo Ætoliam Acarnaniamque, ab lateribus Locridem ac[8] Bœotiam habebant. Phocidis primo impetu Phanoteam[9] [z] sine certamine cepit. Anticyra haud multum in oppugnando præbuit moræ. Ambrysus[a] inde Hyampolisque[b] receptæ. Daulis,[c] quia in tumulo excelso sita est, nec scalis, nec operibus capi poterat. Lacessendo missilibus eos, qui in præsidio erant, cum ad excursiones elicuissent, refugiendo invicem insequendoque, et levibus sine effectu certaminibus, eo negligentiæ et contemtus adduxerunt, ut cum refugientibus in portam permixti impetum Romani facerent.[10] Sex alia[11] ignobilia

8 *Et* Gron. Doujat. Crev.—9 Vid. Not. Delph. inf.—10 'Suspicor vel aliquid excidisse, vel leg. *impetu eam Romani caperent.*' Duk.—11 *Et alia* edd.

NOTÆ

[y] *Cum parum quicquam succederet*] Liviana phrasis, pro cum nihil satis succederet.

[z] *Phanoteam*] Sigon. *Phanoteam* legendum monet ex veteribus libris, eamque lectionem confirmat ex Stephano: *Phanoteus* dicitur Polybio: antea *Panopeus* appellabatur, teste Strabone, qui ait in Phocide circa Lebadiam fuisse et patriam Epei.

[a] *Ambrysus*] Inter Delphos et Lebadeam fuit Ambrysus ad Phocidis fines versus Bœotiam. Differt ab Amphryso fluvio Thessaliæ, ad quem Admeti armenta pavisse Apollinem fabulantur.

[b] *Hyampolisque*] Phocidis quoque urbs fuit in Bœotiæ confinio, inter Cephisum et Opuntem Locrorum urbem. Adhuc *Jamboli* appellatur.

[c] *Daulis*] Quæ et Daulia, Terei, Prognes, et Philomelæ fabula nobile

castella Phocidis terrore magis, quam armis, in potestatem venerunt. Elatia [d] clausit portas; nec, nisi vi cogerentur, recepturi mœnibus videbantur aut ducem, aut exercitum [12] Romanum.

19. Elatiam obsidenti consuli rei majoris spes affulsit, Achæorum gentem ab societate regia ad Romanam amicitiam avertendi. Cycliadam,[13] principem factionis ad Philippum trahentium res, expulerant. Aristænus, qui Romanis gentem jungi volebat, prætor erat. Classis Romana cum Attalo et Rhodiis Cenchreis stabat, parabantque communi omnes consilio Corinthum oppugnare. Optimum igitur ratus est, priusquam eam rem aggrederentur, legatos ad gentem Achæorum mitti, pollicentes, si ab rege ad Romanos defecissent, Corinthum iis contributuros in antiquum gentis concilium. Auctore consule, legati a fratre ejus L. Quintio et Attalo et Rhodiis et Atheniensibus ad Achæos missi. Sicyone [e] datum iis est concilium. Erat autem non admodum simplex habitus animorum [b] inter Achæos. Terrebat eos [14] Lacedæmonius, gravis et assiduus hostis: horrebant Romana arma: Macedonum beneficiis et veteribus et recentibus obligati erant: regem ipsum suspectum habebant pro ejus crudelitate perfidiaque, neque ex iis,[15] quæ tum ad tempus faceret, æstimantes,[f] graviorem post bel-

[b] *Non uniformis animorum propensio.*

ante Gron.—12 'Verba *aut ducem aut exercitum* glossam esse dubitantis, quo sensu *Romanum* dixisset Livius, non male suspicabatur Drak.' *Rupert.* Jacobs. emendat *videbantur caduceatorem aut ex. Rom.*
13 *Cycliadem* Gron. Doujat. Crev.—14 *Nabis* Kreyssig.—15 *Perfidiaque,*

NOTÆ

oppidum in Phocide, Ambryso et Panopeæ finitima, nec procul dextra Cephisi ripa.

[d] *Elatia*] Inter Phocidis urbes secundum locum tenuit Elatea, sive Etia, ad lævam Cephisi sita, Epicnemidios versus. Alias a Persis incensa fuerat.

[e] *Sicyone*] Fuit Sicyon exigua urbs, antiquissimi regni, sed perangusti caput, a qua Sicyonia dicta, exigua Achaiæ Peloponnesiacæ regio: posteriori tempore etiam Demetrias a Demetrio Macedonum rege dicta: hodie *Basilica.*

[f] *Neque ex iis, quæ tum ad tempus faceret, æstimantes*] Negatio illa *neque* ex manuscriptis additur a Gronovio,

lum dominum futurum cernebant. Neque solum, quid in senatu quisque civitatis suæ, aut in communibus conciliis gentis pro sententia dicerent, ignorabant; sed ne ipsis quidem secum cogitantibus, quid vellent, aut quid optarent, satis constabat.[c] Ad homines ita incertos introductis legatis potestas dicendi facta est. Romanus primum legatus L. Calpurnius, deinde Attali regis legati, post eos Rhodii disseruerunt. Philippi deinde legatis dicendi potestas facta est. Postremi Athenienses, ut refellerent Macedonum dicta, auditi sunt. Ii fere atrocissime[16] in regem, quia nulli nec plura, nec tam acerba passi erant, invecti sunt. Et illa quidem concio sub occasum solis, tot legatorum perpetuis orationibus die absumto, dimissa est.

20. Postero die advocatur concilium: ubi cum per præconem, sicut Græcis mos est, suadendi, si quis vellet, potestas a magistratibus facta esset, nec quisquam prodiret; diu silentium aliorum alios intuentium fuit. Neque mirum, si, quibus sua sponte, volutantibus res inter se pugnantes, obtorpuerant quodammodo animi, eos orationes quoque insuper turbaverant, utrimque quæ difficilia essent, promendo admonendoque, per totum diem habitæ. Tandem Aristænus prætor Achæorum, ne tacitum concilium dimitteret, 'Ubi,' inquit, 'illa certamina animorum, Achæi, sunt, quibus in conviviis et circulis,[d] cum de Philippo et Romanis mentio incidit, vix manibus temperabatis? Nunc in concilio, ad eam rem unam indicto, cum legatorum utrimque verba audieritis, cum referant magistratus, cum præco

[c] *Ambigebant quid dicturi essent, aut quid dicere deberent, ubi sententia ipsorum exquireretur: quid sibi ex pluribus eligere præstaret.*

[d] *In cœtibus et colloquiis.*

ex iis edd. ante Gron.—16 '*Auditi, fere atrocissime* leg. cum Drak. vel cum Gron. *auditi sunt, fere atrocissime .... invecti. Et illa.* Certe τὸ *ii* ab Gelenio est.' *Rupert.*

NOTÆ

neque vero aliter constare sensus potest. Vult auctor Achæos non ex præsenti Philippi in se benignitate, et redditis quibusdam oppidis, eum æstimasse; sed ex innata crudelitate et perfidia; ita ut crederent, si victor existeret, fore ut acerbam in ipsos dominationem exerceret.

ad suadendum vocet,[g] obmutuistis. Si non cura communis salutis, ne studia quidem, quæ in hanc aut [17] illam partem animos vestros inclinarunt, vocem cuiquam possunt exprimere? cum præsertim nemo tam hebes sit, qui ignorare possit, dicendi ac suadendi, quod quisque aut velit, aut optimum putet, nunc occasionem esse, priusquam quicquam decernamus. Ubi semel decretum erit, omnibus id, etiam quibus ante displicuerit, pro bono atque utili fœdere defendendum.' [18] Hæc adhortatio prætoris non modo quenquam unum [h] elicuit ad suadendum, sed ne fremitum quidem aut murmur concionis tantæ, ex tot populis congregatæ, movit.

21. Tum Aristænus prætor rursus: 'Non magis consilium vobis, principes Achæorum, deest, quam lingua: sed suo quisque periculo in commune consultum non vult. Forsitan ego quoque tacerem, si privatus essem. Nunc prætor video, aut non dandum concilium legatis fuisse, aut inde sine responso eos dimittendos non esse. Respondere autem, nisi ex vestro decreto, qui possum? Et quando nemo vestrum, qui in hoc concilium advocati estis, pro sententia quicquam dicere vult, aut audet; orationes legatorum, hesterno die dictas, pro sententiis percenseamus, perinde ac [19] non postulaverint, quæ e re sua essent, sed suaserint, quæ nobis censerent utilia esse. Romani Rhodiique et Attalus societatem amicitiamque nostram petunt, et in bello, quod adversus Philippum gerunt, se a nobis adjuvari æquum censent. Philippus societatis secum ad-

17 *In* inserit Kreyssig.—18 ' Jac. Periz. Livium scripsisse contendit *pro bono atque utili fore defendendum.* Accedit Perizonio Crev.' *Doering.*

NOTÆ

[g] *Præco ad suadendum vocet*] Convocabatur concilium apud Romanos per tubicinem vel per cornicinem. An apud Græcos sola voce cives congregarentur videndum: sed ex hoc loco facile colligitur, congregata jam concione, postquam magistratus negotium retulerat, invitatos ad deliberandum cives fuisse, præcone jussu magistratus pronuntiante, cuique copiam esse dicendæ sententiæ.

[h] *Quenquam unum*] Pro neminem, Livio peculiare.


monet et juris jurandi, et[20] modo postulat, ut secum stemus; modo, ne intersimus armis, contentum ait se esse. Nulline venit in mentem, cur, qui nondum socii sunt, plus petant, quam socius? Non fit hoc neque modestia Philippi, neque impudentia Romanorum. Achæi portus et dant fiduciam postulantibus, et demunt.[1] [i] Philippi præter legatum videmus nihil. Romana classis ad Cenchreas stat, urbium Eubœæ spolia præ se ferens: consulem legionesque ejus, exiguo maris spatio disjunctas, Phocidem ac Locridem pervagantes videmus. Miramini, cur diffidenter Cleomedon legatus Philippi, ut pro rege arma caperemus adversus Romanos, modo egerit; qui, si ex eodem fœdere ac jure jurando, cujus nobis religionem injiciebat, rogemus eum, ut nos Philippus et ab Nabide ac Lacedæmoniis et ab Romanis defendat, non modo præsidium, quo nos tueatur, sed ne quid respondeat quidem nobis, sit inventurus; non, Hercle, magis, quam ipse Philippus priore anno, qui, pollicendo se adversus Nabidem bellum gesturum, cum tentasset nostram juventutem hinc in Eubœam extrahere;

19 *Ac si* Gron. Doujat. Crev.—20 *Et* del. Gron. Doujat. Crev.—1 Vid. Not. Delph. inf. 'Non satisfacit Sigonii interpretatio, et sententia pro *Achæi portus* requirit *Sui exercitus*, vel *Suæ vires*, aut quid tale; Gron. Lenior medicina fuerit: *Arma* vel *armati potius et dant fiduciam postulantibus* societatem nostram Romanis, *et demunt* Philippo.' *Rupert.* 'Equidem, cum pro *dant* et *demunt* Drakenborchii codices ad unum omnes *dat* et *demit* exhibeant, legendum puto *Achæorum status* (vel *res*) *et dat fiduciam postulantibus, et demit.* Eleganter et ingeniose jam olim scribendum esse Jacobs. conjecit *Achæi po. rtus. et dant fiduciam et demunt,* (h. e. *Achæi populi rationes.*)' Doering.

NOTÆ

[i] *Achæi portus et dant fiduciam postulantibus, et demunt*] Vellet Gron. quasi ita requirente sententia, *sui exercitus*, vel *suæ vires et dant fiduciam postulantibus* (Romanis scilicet) *et demunt* (nimirum Philippo.) Non videtur tamen aspernanda interpretatio Sigonii; qui vult portus qui erant in Achaia, aut in partibus Achæorum, fiduciam Romanis dare ad postulandum, ut Achæi sese eis adjungant, utpote qui victricem habeant classem, qua liceat oram depopulari, et portus expugnare; eandemque causam Philippo, quamvis socio, fiduciam adimere, utpote qui classem non habeat, qua maritimas urbes tueri possit adversus vim Romanorum: quæ sententia confirmari potest ex eo quod Aristænus paulo post subjicit, nulli apertiorem atque opportuniorem Peloponnesum, quam navali bello.

postquam nos neque decernere id sibi præsidium, neque velle illigari Romano bello vidit, oblitus societatis ejus, quam nunc jactat, vastandos depopulandos Nabidi ac Lacedæmoniis reliquit. Ac mihi quidem minime conveniens inter se oratio Cleomedontis visa est. Elevabat Romanum bellum, eventumque ejus eundem fore, qui prioris belli, quod cum Philippo gesserint, dicebat. Cur igitur nostrum ille auxilium absens petit potius, quam præsens nos veteres socios simul ab Nabide ac Romanis tueatur?[2] Nos, dico? quid ita passus est Eretriam Carystumque capi? quid ita tot Thessaliæ urbes? quid ita Locridem Phocidemque? quid ita nunc Elatiam oppugnari patitur? cur excessit faucibus Epiri claustrisque illis inexpugnabilibus super Aoum amnem, aut vi, aut metu, aut voluntate, relictoque, quem insidebat, saltu, penitus in regnum abiit? Si sua voluntate tot socios reliquit hostibus diripiendos, quid recusare potest, quin et socii sibi consulant? si metu, nobis quoque ignoscat timentibus. Si victus armis cessit, Achæi arma[3] Romana sustinebimus,[k] Cleomedon, quæ vos Macedones non sustinuistis? An tibi potius credamus, Romanos non majoribus copiis nec viribus nunc bellum gerere, quam antea gesserint, potius quam res ipsas intueamur? Ætolos tum classe adjuverunt; nec duce consulari, nec exercitu[4] bellum gesserunt: sociorum Philippi maritimæ urbes in terrore ac tumultu erant: mediterranea adeo tuta ab Romanis armis fuerunt, ut Philippus Ætolos, nequicquam opem Romanorum implorantes, depopularetur.



In ed. Kreyssig. *Romanorum, Achæi. Fortuna et dat fiduciam postulantibus, et demit.*—2 *Tuetur* sufficere censet Gron.—3 Plurimæ edd. vett. *Achæi nos arma.* Mox '*An tibi potius .... potius quam;* vocem *potius,* vel priore, vel posteriore loco, delendam putabat ad marginem Livii Ant. Periz. improb. Crev.' *Doering.*—4 ' Quia hoc bellum consules gerunt, non consulares, forte cum Crev. leg. *nec duce consule, nec ex. consulari,* vel *nec duce, nec ex. consulari.* Mox *etiam* post *maritimæ* addunt Mss. et edd. antt. Delevit Gelen. Sed forte

NOTÆ

[k] *Achæi arma Romana sustinebimus*] Vulgo legitur *Achæi nos;* sed τὸ *nos* a scriptis abest: et vero satis intelligitur ex sequenti verbo *sustinebimus.*

Nunc autem defuncti bello Punico Romani, quod per sexdecim annos velut intra viscera Italiæ toleraverunt, non præsidium Ætolis bellantibus miserunt, sed ipsi duces belli arma terra marique simul Macedoniæ intulerunt. Tertius jam consul summa vi gerit bellum. Sulpicius, in ipsa Macedonia congressus, fudit fugavitque regem; partem opulentissimam regni ejus depopulatus: nunc Quintius tenentem claustra Epiri, natura loci, munimentis exercituque fretum, castris exuit; fugientem in Thessaliam persecutus, præsidia regia sociasque ejus urbes prope in conspectu regis ipsius expugnavit. Ne sint vera,[1] quæ Athenienses modo legati de crudelitate, avaritia,[5] libidine regis dixerunt: nihil ad nos pertineant, quæ in terra Attica scelera in superos inferosque Deos[e] sunt admissa; multo minus, quæ Ciani Abydenique,[6] [m] qui procul a nobis absunt, passi sunt: nostrorum ipsi vulnerum, si vultis, obliviscamur; cædes direptionesque bonorum Messenæ in media Peloponneso factas; et hospitem Cyparissiæ Garitenem[n]

[e] *Manes mortuorum.*

pro eo leg. *tantum* c. Gron.' *Rupert.* *Maritimæ tum* Kreyssig.—5 *Et* inserunt Gron. Doujat. Crev.—6 *Quam quæ Ciani* Gron. Doujat. Vid. Not. Delph. inf.

NOTÆ

[1] *Ne sint vera*] Concessio est asseverantis per speciem negandi, et aliquid præterea adjicientis.

[m] *Quæ Ciani Abydenique*] Cum legeretur *Clunii Abydenique*, restituendum putabat Sabellicus, admirante Glar. *Elæuntii Abydenique.* Et sane Elæuntem male habuerant Macedones, ut videre est cap. 16. hujus lib. sed melius, opinor, Sigonius pro *Clunii* reponit *Ciani:* quod nomen minus ab illo differt. Et vero Ciani, sive Cii, civitatis Hellespontiacæ incolæ, omnium gravissime vexati a Philippo fuerant, auctore Polybio, qui et Cianos cum Abydenis conjungit; quemadmodum et Noster cap. 31. lib. superioris. Idem Cianorum excidii non semel meminit; et paulo post de Philippo eodem ait: 'Cium ditionis suæ urbem funditus' delesse.

[n] *Hospitem Cyparissiæ Garitenem*] Garitenes Cyparissii civis nomen est. Cyparissia vero, seu Cyparissæ, ut Ptol. appellat, Messeniæ oppidum in Peloponneso, inter Nedæ et Electræ amnium ostia: unde Cyparissius sinus, qui hodie *Golfo di Arcadia.* Forte a Cyparisso dicta, qui Apollini dilectus, et in cupressum versus, si fabulis fides. Hic tamen apud Ceam insulam natus est, non in Peloponneso.

contra jus omne ac fas inter epulas prope ipsas occisum: et Aratum patrem filiumque [o] Sicyonios, cum senem infelicem parentem etiam appellare solitus esset, interfectos; filii etiam uxorem libidinis causa in Macedoniam asportatam: cetera stupra virginum matronarumque oblivioni dentur: ne sint cum Philippo res,[f] [7] cujus crudelitatis metu obmutuistis omnes: (nam quæ alia tacendi advocatis in concilium causa est?) cum Antigono,[p] mitissimo ac justissimo rege, et de nobis omnibus optime merito, existimemus disceptationem esse: num id postularet facere nos quod tum fieri non posset?[g] [8] Peninsula est Peloponnesus,[q] angustis Isthmi faucibus [r] continenti adhærens, nulli apertior neque [9] opportunior, quam navali, bello. Si centum tectæ naves et quinquaginta leviores apertæ et triginta Issaici lembi [s] maritimam oram vastare, et expositas prope in ipsis littoribus urbes cœperint oppugnare, in mediterraneas scilicet nos urbes recipiemus? tanquam non intestino et hærente in ipsis visceribus uramur bello?

[f] *Etiamsi hæc vitia in Philippo non essent; vel quamvis hæc incommoda timenda nobis non essent, si Philippi partes sequamur.*

[g] *Quod nobis esset impossibile, hoc etiam posito* (*ut nobis cum Antigono res esset*).

—7 Duk. et Drak. quia frequentius dicitur 'est mihi res cum aliquo,' malebant *ne sit cum Philippo res*.—8 'Rectius puto in Lov. 6. apud Drak. legitur *quod jam*. Drak. tentat *quod tuto*.' Doering.—9 *Atque* Gron. Donjat. Crev.

NOTÆ

[o] *Aratum patrem filiumque*] Vide Plut. in Arato.

[p] *Cum Antigono*] Philippo impubere, Macedoniam hic Antigonus rexerat, cognomine Δόσων, sive promissor, qui pupillum suum optime instituendum curaverat.

[q] *Peloponnesus*] Ipsum nomen indicat insulam esse, aut quasi insulam; est enim Peloponnesus idem ac insula Pelopis: ita vero dicta est hæc Græciæ regio maxime australis, quod et peninsula sit, et magnam ejus partem imperio diu obtinuerint posteri Pelopis. Vocatur nunc *Morea*, quod moro arbore abundet. Pars est Romeliæ late sumtæ sub Turcis.

[r] *Isthmi faucibus*] Nomen isthmi generale est; sed hic intelligitur Corinthiacus, apud quem Isthmici ludi: posteriores Hexamilion dixere, quod non ultra sex passuum millia extendatur.

[s] *Issaici lembi*] Ab Issa Liburniæ insula, an ab Isso oppido Ciliciæ maritimo nomen sumserint breviora hæc navigia, non satis expedio; perinde enim addicti piraticæ Liburni et Cilices.

Cum terra Nabis et Lacedæmonii, mari Romana classis urgebunt; unde regiam societatem et præsidia Macedonum implorem? an ipsi nostris armis ab hoste Romano tutabimur urbes, quæ oppugnabuntur? egregie enim Dymas priore bello sumus tutati. Satis exemplorum nobis alienæ clades præbent; ne quæramus, quemadmodum ceteris exemplo simus. Nolite, quia ultro Romani petunt amicitiam, id, quod optandum vobis ac summa ope petendum erat, fastidire. Metu enim videlicet compulsi[10] in aliena terra, quia sub umbra auxilii vestri latere volunt, in societatem vestram confugiunt, ut portubus vestris recipiantur, ut commeatibus utantur! Mare in potestate habent; terras, quascumque adeunt, extemplo ditionis suæ faciunt. Quod rogant, cogere possunt: quia pepercisse volunt, committere vos, cur pereatis, non patiuntur. Nam quod Cleomedon modo, tanquam mediam et tutissimam vobis viam consilii, ut quiesceretis abstineretisque armis, ostendebat; ea non media, sed nulla via est. Etenim, præterquam quod aut accipienda, aut aspernanda vobis Romana societas est, quid aliud quam, nusquam gratia stabili, velut qui eventum expectaverimus, ut fortunæ applicaremus nostra consilia, præda victoris erimus? Nolite, si, quod omnibus votis petendum erat, ultro offertur, fastidire. Non, quemadmodum hodie utrumque vobis licet, sic semper liciturum est. Nec sæpe, nec diu eadem occasio erit. Liberare vos a Philippo jam diu magis vultis, quam audetis.[11] Sine vestro labore et periculo qui vos in libertatem vindicarent, cum magnis classibus exercitibusque mare trajecerunt. Hos si socios aspernamini, vix sanæ mentis estis; sed, aut socios, aut hostes habeatis, oportet.'

22. Secundum orationem prætoris murmur ortum aliorum cum assensu, aliorum inclementer assentientes increpantium: et jam non singuli tantum, sed populi universi, inter se altercabantur. Tum inter magistratus gentis (da-

—10 *Et deprensi* add. Kreyssig.—11 *Magis votis quam armis audetis* edd. ante Gron.

miurgos[12] [t] vocant; decem numero creantur [u]) certamen nihilo segnius, quam inter multitudinem, esse. Quinque relaturos se de societate Romana aiebant, suffragiumque daturos: quinque lege cautum testabantur, ne quid, quod[13] adversus Philippi societatem esset, aut referre magistratibus, aut decernere concilio jus esset. Hic quoque dies jurgiis est consumtus. Supererat unus justi concilii dies: (tertio enim lex jubebat decretum fieri:) in quem adeo exarsere studia, ut vix parentes ab liberis temperaverint. Rhisiasus (Pellenensis erat) filium damiurgum, nomine Memnonem, habebat, partis ejus, quæ decretum recitari perrogarique sententias prohibebat. Is, diu obtestatus filium, ut consulere Achæos communi saluti pateretur, neu pertinacia sua gentem universam perditum iret, postquam parum proficiebant preces, juratus se eum sua manu interemturum, nec pro filio, sed pro hoste, habiturum, minis pervicit, ut postero die conjungeret iis se, qui referebant. Qui cum plures facti referrent, omnibus fere populis haud dubie approbantibus relationem, ac præ se ferentibus, quid decreturi essent; Dymæi ac Megalopolitani et quidam Argivorum, prius quam decretum fieret, consurrexerunt, ac reliquerunt concilium, neque mirante ullo, neque improbante. Nam Megalopolitanos, avorum memoria pulsos ab Lacedæmoniis, restituerat in patriam Antigonus; et Dymæis, captis nuper direptisque ab exercitu Romano, cum redimi eos, ubicumque servirent, Philippus jussisset, non libertatem modo, sed etiam patriam, reddiderat. Jam Argivi, præterquam quod Macedonum reges ab se oriundos [x] cre-

12 *Demiurgos* Gron. Doujat. Crev.—13 *Ne quod* eæd. omisso *τῷ quid.*—

NOTÆ

[t] *Demiurgos*] Græcis δημιουργὸς in genere quidem sumitur pro quovis opifice, qui scilicet pro aliis operatur. Proprie tamen est τὰ δημόσια ἐργαζόμενος, id est, *qui negotia ad rem publicam pertinentia administrat.* Nobis essent *les députés des villes aux états généraux.*

[u] *Decem numero creantur*] Pro numero civitatum quibus constabat concilium Achæorum.

[x] *Macedonum reges ab se oriundos*] Caranus Macedonum rex primus originem ducebat a Temeno ex Hercu-

dunt, privatis etiam hospitiis familiarique amicitia plerique illigati Philippo erant. Ob hæc concilio, quod inclinaverat ad Romanam societatem jubendam,[14][y] excesserunt; veniaque iis hujus secessionis fuit, et magnis et recentibus obligatis beneficiis.

23. Ceteri populi Achæorum, cum sententias[15] perrogarentur,[z] societatem cum Attalo ac Rhodiis præsenti decreto confirmarunt: cum Romanis, quia injussu populi non poterat rata esse,[a] in id tempus, quo Romam mitti legati possent, dilata est. In præsentia tres legatos ad L. Quintium mitti placuit, et exercitum omnem Achæorum ad Corinthum[16] admoveri; captis Cenchreis, jam urbem ipsam Quintio oppugnante. Et hi quidem e regione portæ, quæ fert Sicyonem, posuerunt castra. Romani ad Cenchreas versam partem urbis, Attalus, traducto per Isthmum exercitu, ab Lechæo,[b] alterius maris portu, oppugnabant; primo segnius, sperantes seditionem intus fore inter oppidanos ac regium præsidium. Postquam uno animo omnes, et Macedones tanquam communem patriam tuebantur, et Corinthii ducem præsidii Androsthenem, haud secus quam civem et

14 Al. *ineundam.*
15 *Sententiæ* Gron. Doujat. Crev. Vid. Not. Delph. inf.—16 'Voss. *Achæorum Corinthum* sine media præpos. Idem mox *et hi*, non *ii*. Denique idem, *Romani Cenchreas*, deleta et hic præpos. Sed et interpunctione vulgo pec-

NOTÆ

lis posteris, cui in divisione Peloponnesi, pulsis Pelopidis Agamemnonis nepotibus, regnum Argivorum obtigerat. Et Antigonus Demetrii Poliercetæ pater, cujus pronepos hic Philippus, filius erat Philippi nobilis Macedonis ex Temenidis.

[y] *Ad Romanam societatem jubendam* [*inuendam*] Scripti quidem melioris notæ habent *ad Romanam societatem jubendam:* quod opinor, melius, phrasi e comitiis populi Romani petita; alias enim dicendum esset *ad societatem cum Romanis ineundam,* vel *jungendam.*

[z] *Cum sententias* [*sententiæ*] *perrogarentur*] Ita vulgo; sed membranæ *sententias perrogarentur;* id est, cum ordine interrogarentur omnes in communi concilio, ut sententiam dicerent: ita Noster lib. XXXVII. 'ibi Livius, is enim est primus rogatus sententiam.' In Vossii tamen codice scriptum est, *sententias perrogarent.*

[a] *Non poterat rata esse*] Societas.

[b] *Ab Lechæo*] Ut Cenchreæ ad sinum Saronicum, ita Lechæum ad Corinthiacum, gemina sunt navalia bimaris Corinthi: hoc posterius minus distans ad occasum, hodie *Lesteiocuri,* teste Moletio.

suffragio creatum suo, imperio justo patiebantur;[h] [17] omnis inde spes pugnantibus[c] in vi et armis et operibus erat. Undique aggeres haud facili aditu ad mœnia admovebantur.[i] Aries ex ea parte, quam Romani oppugnabant, aliquantum muri diruerat. In quem locum, quia nudatus munimento erat, protegendum armis cum Macedones concurrissent, atrox prælium inter eos ac Romanos ortum est. Ac primo multitudine facile expellebantur Romani: assumtis deinde Achæorum Attalique auxiliis, æquabant certamen; nec dubium erat, quin Macedonas Græcosque facile loco pulsuri fuerint. Transfugarum Italicorum magna multitudo erat; pars ex Hannibalis exercitu metu pœnæ a Romanis[k] Philippum secuti,[18] pars navales socii, relictis nuper classibus, ad spem honoratioris militiæ transgressi. Hos desperata salus, si Romani vicissent, ad rabiem magis, quam audaciam, accendebat. Promontorium est adversus Sicyonem Junonis, quam vocant Acræam, in altum excurrens: trajectus inde Corinthum, septem millia ferme passuum. Eo Philocles, regius et ipse præfectus, mille et quingentos milites per Bœotiam duxit. Præsto fuere ab Corintho lembi, qui præsidium id acceptum Lechæum tra-

[h] *Propter humanum imperandi modum, non aliter tolerabant, quam si civis Corinthius, ipsorumque suffragiis electus fuisset.*
[i] *Quia non facile adiri mœnia poterant.*
[k] *Quod timerent ne a Romanis pœna plecterentur.*

catur.' *J. F. Gron.* quem vid.—17 ' Vulgo interpungebatur *haud secus quam civem et suffragio creatum, suo imperio justo patiebantur.* Libri scripti admodum variant: in aliis est *suffragio creatum suo imperio uti juste patiebantur;* in aliis *suffragio creatum suo imperio uti justi patiebantur;* in aliis *suffragio creatum suo imperio uti justo patiebantur*, quæ quidem posterior lectio locum sane habere potest. J. F. Gron. hunc locum corruptum ita emendat, *et Corinthii ducem præsidii Androsthenem haud secus quam civem et suffragio creatum suo imperatorem justum patiebantur.* Equidem legendum puto, *et suffragio creatum cum imperio justo, patiebantur.*' Doering. *Imperio in se uti patiebantur* Kreyssig. Mox pro *pugnantibus* Gron. mavult *oppugnantibus.*—18 *Secuta* Kreyssig.

NOTÆ

[c] *Omnis inde spes pugnantibus*] Scribi Gron. vult *oppugnantibus*, (Romanis atque Attalo,) ut quibus nulla spes voluntariæ deditionis, eo quod præsidii præfectus obsessis carus esset.

jicerent.[l] Auctor erat Attalus, incensis operibus, omittendæ extemplo oppugnationis. Pertinacius Quintius in incepto perstabat.[19] [d] Is quoque ut pro omnibus portis disposita vidit præsidia regia, nec facile erumpentium impetus sustineri posse, in Attali sententiam concessit. Ita irrito incepto, dimissis Achæis, reditum ad naves est. Attalus Piræeum, Romani Corcyram petierunt.

24. Dum hæc ab navali exercitu geruntur, consul, in Phocide ad Elatiam castris positis, primo colloquiis rem per principes Elatiensium tentavit: postquam, nihil esse in manu sua, et plures validioresque esse regios, quam oppidanos, respondebatur, tum simul ab omni parte operibus armisque urbem est aggressus. Ariete admoto, quantum inter turres muri erat prorutum, cum ingenti fragore[20] ac strepitu nudasset urbem, simul et cohors Romana per apertum recenti strage iter invasit; et ex omnibus oppidi partibus, relictis suis quisque stationibus, in eum, qui premebatur impetu hostium, locum concurrerunt. Eodem tempore Romani et ruinas muri supervadebant, et scalas ad stantia mœnia inferebant; et, dum in unam partem oculos animosque hostium certamen averterat,[m] pluribus locis scalis capitur murus, armatique in urbem transcenderunt. Quo tumultu audito, territi hostes, relicto, quem conferti tuebantur, loco, in arcem omnes metu,[1] inermi

[l] *Ut acciperent novos illos milites præsidii causa missos, eosque veherent Lechæum usque, &c.*

[m] *Cum pugnæ ardor ut oculos ita et mentes hostium avertisset, ab aliis urbis partibus, in illam unam partem in qua certabatur.*

—19 Sic emend. Gelen. 'Antea legebatur absurde *Quintius a Misnepio perstabat.* And. *Quintius a Mismisnepia.* Mss. *Quintius anusini perstabat.* Margo Naud. *Flamininus in cœpto.* Quod forte verum.' *J. F. Gron.* Mox pro *regia* habet *regis* Gron.

20 *Quum, quantum inter turres muri erat promotum, cum ingenti fragore* emend. Jacobs. teste Doer. *Quum . . . prorutum, cum ingenti* Kreyssig.—1 'Vox *metu,* quam ob præcedens *territi hostes* nemo facile desideret, deest in plurimis codd. apud Drak.' *Doering.* Mox *sequenti* edd. vett. quod omnes codd. apud Drak. constanter tuentur.

NOTÆ

[d] *In incepto perstabat*] In Mss. est *Quintius Amesini incœpto:* ubi ad marginem codicis Naudæani *Flaminius in cœpto perstabat:* forte ex vero.

quoque insequente turba, confugerunt. Ita urbe potitur consul. Qua direpta, missis in arcem, qui vitam regiis, si abire vellent inermes, libertatem Elatiensibus pollicerentur, fideque in hæc data, post paucos dies arcem recepit.

25. Ceterum adventu in Achaiam Philoclis regii præfecti non Corinthus tantum liberata obsidione, sed Argivorum quoque civitas per quosdam principes Philocli prodita est, tentatis prius animis plebis. Mos erat, comitiorum die primo velut ominis causa prætores pronuntiare Jovem Apollinemque et Herculem. Additum legi [2] erat, ut iis Philippus rex adjiceretur. Cujus nomen post pactam cum Romanis societatem [e] quia præco non adjecit, fremitus primo multitudinis ortus, deinde clamor subjicientium Philippi nomen, jubentiumque legitimum honorem [3] usurpare; donec cum ingenti assensu nomen recitatum est. Hujus fiducia favoris Philocles arcessitus nocte occupat collem imminentem urbi, (Larissam eam arcem vocant,[f]) positoque ibi præsidio, cum lucis principio signis infestis ad subjectum arci forum vaderet, instructa acies ex adverso occurrit. Præsidium erat Achæorum nuper impositum, quingenti fere juvenes delecti omnium civitatium. Ænesidemus Dymæus præerat. Adhortator [4] [g] a præfecto regio missus, qui

2 Duker. et Doer. *lege* scribendum putant.—3 *Legitimum omen* conj. Gron. prob. Crev.—4 ' J. F. Gron. quia in cod. Voss. legitur *ad hos tractor* (in codd.

NOTÆ

[e] *Post pactam cum Romanis societatem*] In fine cap. 22. dixerat Livius Argivorum quosdam cum vidissent in concilio Achæorum inclinatos animos ad Romanam societatem, inde excessisse cum Dymæis et Megalopolitanis, veniamque ejus secessionis iis datam. Quid ergo nunc sibi vult *post pactam cum Romanis societatem* non pronuntiatum in Argivorum comitiis nomen Philippi, quasi spreto ejus fœdere? unde sequitur decretum Achivi concilii de Romana societate servatum in comitiis Argivorum. Id non immerito miratur Glar. Dici potest majorem partem Argivorum legatorum, aut damiurgum, qui eorum princeps, secutum sententiam plurium in Achæorum conventu; aut fœdere Achæorum et societatis lege fuisse comprehensum, ut quod pluribus civitatibus placuisset, ceteræ sequerentur. Certe Achæorum præsidium Argis tunc fuisse, mox Livius subjicit.

[f] *Larissam eam arcem vocant*] Plures sunt urbes ejus nominis. Sed hic arx intelligitur, Argis velut imminens.

[g] *Adhortator*] Gron. motus scriptura

excedere urbe juberet, (neque enim pares eos oppidanis solis, qui idem quod Macedones sentirent, nedum adjunctis Macedonibus, esse, quos ne Romani quidem ad Corinthum sustinuissent,) primo nihil, nec ducem, nec ipsos movit: post paulo, ut Argivos quoque armatos ex parte altera venientes magno agmine viderunt, certam perniciem cernentes, omnem tamen casum, si pertinacior dux fuisset, videbantur subituri. Ænesidemus, ne flos Achæorum juventutis simul cum urbe amitteretur, pactus cum Philocle, ut abire illis liceret, ipse, quo loco steterat armatus, cum paucis clientibus non excessit. Missus a Philocle, qui quæreret quid sibi vellet? nihil fatus, tantummodo, cum projecto [5] præ se clypeo staret,[h] 'in præsidio creditæ urbis moriturum se armatum,' respondit. Tum jussu præfecti a Thracibus conjecta tela, interfectique omnes. Et post pactam inter Achæos et Romanos societatem duæ nobilissimæ civitates, Argi et Corinthus, in potestate regis erant. Hæc ab Romanis ea æstate [6] in Græcia terra marique gesta.

26. In Gallia nihil sane memorabile ab Sex. Ælio consule gestum. Cum duos [7] exercitus in provincia habuisset, unum retentum, quem dimitti oportebat, cui L. Cornelius proconsul præfuerat, (ipse ei C. Helvium [8] prætorem præfecit,) alterum, quem in provinciam adduxit; totum prope annum Cremonensibus Placentinisque cogendis redire [9] in colonias, unde belli casibus dissipati erant, consumsit. Quemadmodum Gallia præter spem quieta eo anno fuit, ita

quibusdam apud Drakenb. *ad hos trator*) ingeniose emendat *ad hos orator*, probautibus Crev. et Drak.' *Doering*. *Ad hos orator* Kreyssig.—5 '*Misso a Philocle, qui quæreret*, vel *missis a P., qui quærerent, quid sibi vellet? nihil statu mutato* vel *motus, quum projecto* cet. conj. Drak. et sane in omnibus pæne Mss. *statu* pro *fatus*, et *modo* pro *tantummodo*.' Rupert. Jacobs. malit *nihil ille fatus;* vel *sed nihil ille fatus*, ut testatur Doer.—6 *Ea æstate ab Romanis* Kreyssig.

7 *Duo* Voss.—8 *C. Ælium* edd. ante Sigon.—9 Tò *redire* J. F. Gron. de-

NOTÆ

Vossiani codicis, ubi est *ad hos tractor*, legit *ad hos orator*.

[h] *Cum projecto præ se clypeo staret*] Particula *cum* non est præpositio, neque ad clypeum refertur, sed ad verbum *staret;* ut sit, cum, nihil fatus, staret, projecto ante se clypeo, &c.

circa Urbem servilis prope tumultus excitatus est. Obsides Carthaginiensium Setiæ custodiebantur. Cum iis, ut principum liberis, magna vis servorum erat. Augebant eorum numerum, ut ab recenti Africo bello, et ab ipsis Setinis captiva aliquot nationis ejus ex præda emta mancipia. Cum conjurationem fecissent, missis ex eo numero, qui in Setino agro, deinde circa Norbam et Circeios, servitia solicitarent; satis jam omnibus præparatis, ludis, qui Setiæ propediem futuri erant, spectaculo intentum populum aggredi statuerant; Setia per cædem et repentinum tumultum capta, Norbam et Circeios occupare. Hujus rei tam fœdæ indicium Romam ad L. Cornelium Merulam [10] [i] prætorem Urbis delatum est. Servi duo ante lucem ad eum venerunt, atque ordine omnia, quæ acta futuraque erant, exposuerunt. Quibus domi custodiri jussis, prætor, senatu vocato edoctoque, quæ indices afferrent, proficisci ad eam conjurationem quærendam atque opprimendam jussus, cum quinque legatis profectus, obvios in agris sacramento rogatos arma capere et sequi cogebat. Hoc tumultuario delectu duobus millibus ferme hominum armatis, Setiam, omnibus, quo pergeret, ignaris, venit. Ibi raptim principibus conjurationis comprehensis, fuga servorum ex oppido facta est. Dimissi deinde per agros, qui vestigarent. Egregia duorum opera servorum indicum et unius liberi fuit. Ei centum millia gravis æris [k] dari Patres jusserunt; servis vicena quina millia æris [l] et libertatem. Pretium eorum ex

lendum censet.—10 *L. Cornelium Lentulum* edd. ante Sigon.

NOTÆ

[i] *L. Cornelium Merulam*] Alias *Cornelium Lentulum:* sed Livius supra comitia prætoria explicans scripsit *Cornelium Merulam*, quem prætorem urbanum factum esse ait. Idem in consulatu, qui sequitur, Merulæ, non Lentuli cognomen habet, tum apud Nostrum, tum etiam in tabulis Capitolinis, quemadmodum advertit Sigonius.

[k] *Centum millia gravis æris*] Cum *grave æs* dicat, videtur libras, non posteriorum temporum asses, intelligere. Sic pretium hujus summæ nobis nunc libræ Francicæ ferme 67500. essent.

[l] *Vicena quina millia æris*] Non addit *gravis;* sed tamen, aut id hic repetendum puto, aut de assibus uncialibus in superiori quoque articulo

ærario solutum est dominis. Haud ita multo post, ex ejusdem conjurationis reliquiis, nuntiatum est, servitia Præneste occupatura. Eo L. Cornelius prætor profectus, de quingentis fere hominibus, qui in ea noxa erant, supplicium sumsit. In timore civitas fuit, obsides captivosque Pœnorum ea moliri. Itaque et Romæ vigiliæ per vicos servatæ, jussique circumire eas minores magistratus; et triumviri carceris lautumiarum intentiorem custodiam habere jussi; et circa nomen Latinum a prætore literæ missæ, ut et obsides in privato servarentur, neque in publicum prodeundi facultas daretur, et captivi ne minus decem pondo [m] compedibus vincti in nulla alia, quam in carceris publici, custodia essent.

27. Eodem anno legati ab rege Attalo coronam auream ducentum quadraginta sex pondo [n] in Capitolio posuerunt, gratiasque senatui egerunt, quod Antiochus, legatorum Romanorum auctoritate motus, finibus Attali exercitum deduxit. Eadem æstate equites ducenti et elephanti decem et tritici modium ducenta millia ab rege Masinissa ad exercitum, qui in Græcia erat, pervenerunt. Item ex Sicilia Sardiniaque magni commeatus et vestimenta exercitui missa. Siciliam M. Marcellus, Sardiniam M. Porcius Cato obtinebat, sanctus et innocens, asperior tamen in fœnere coërcendo habitus: fugatique ex insula fœneratores, et sumtus, quos in cultum prætorum socii facere soliti erant, circumcisi aut sublati. Sex. Ælius consul ex Gallia comitiorum causa Romam cum redisset, creavit consules C.[11]

NOTÆ

accipiendum: ne nimium sit discrimen inter mercedem homini libero et servis datam. Si libræ sumantur, æstimanda erit servilis hæc merces libris nostris 1587l. fere.

[m] *Et captivi ne minus decem pondo, &c.*] Gall. *Et que les prisonniers de guerre, qui seroient hors des prisons publiques, fussent gardés, les fers aux pieds, du poids de huit livres trois quarterons pour le moins.*

[n] *Ducentum quadraginta sex pondo*] Coronæ hujus aureæ vel si pondus tantum spectes, moneta nostra consurgeret præter propter summa centum triginta septem millium quadringentarum quindecim librarum nostratium, hoc est, nisi errat calculus, aureorum solatorum currentium viginti quatuor millium centum et octo, ac quod excurrit.

Cornelium Cethegum et Q. Minucium Rufum.* Biduo post prætorum comitia habita. Sex prætores illo anno ° primum creati, crescentibus jam provinciis, et latius patescente imperio. Creati autem hi, L. Manlius Vulso,[12] C. Sempronius Tuditanus, M.[13] Sergius Silus, M. Helvius, M. Minucius Rufus, L. Atilius. Sempronius et Helvius ex iis ædiles plebis erant. Curules ædiles[14] Q. Minucius Thermus et Ti. Sempronius[15] Longus. Ludi Romani eo anno quater instaurati.

28. C. Cornelio et Q. Minucio consulibus, omnium primum de provinciis consulum prætorumque actum. Prius de prætoribus transacta res, quæ transigi sorte poterat. Urbana Sergio, peregrina juris dictio Minucio obtigit. Sardiniam Atilius, Siciliam Manlius, Hispaniam Sempronius citeriorem, Helvius ulteriorem est sortitus. Consulibus Italiam Macedoniamque sortiri parantibus, L. Oppius et Q. Fulvius tribuni plebis impedimento erant, 'quod longinqua provincia Macedonia esset, neque ulla alia res majus bello impedimentum ad eam diem fuisset, quam quod, vixdum inchoatis rebus, in ipso conatu gerendi belli prior consul revocaretur. Quartum jam annum esse ab decreto Macedonico bello. Quærendo regem et exercitum ejus Sulpicium majorem partem anni absumsisse. Villium, congredientem cum hoste, re infecta revocatum. Quintium, rebus divinis Romæ majorem partem anni retentum, ita gessisse tamen res, ut, si aut maturius in provinciam venisset, aut hyems magis sera fuisset, potuerit debellare.



11 *Cn.* edd. ante Sigon.—12 *Volso* olim legebatur; mox *Cn. Semp.* pro *C. Semp.* 'Sequenti libro hic idem dicitur *T. Semp.*' J. F. Gron.—13 'Sigon. emendaverat *M'.* (h. e. *Manius*) probb. Crev. et al. Sed Drak. ad omn. codd. auct. restituit *M.*' Doering.—14 *Ædiles curules* Gron. Doujat. Crev.—15 *T. Semp.* edd. antt.

NOTÆ

* A. U. C. 556.

° *Sex prætores illo anno*] Auctus quidem prætorum numerus, non tamen in alias quam prius provincias missi, Siciliam, Sardiniam, Hispaniam citeriorem, Hispaniam ulteriorem. Sed has plerumque rexerant proconsules aut proprætores.

Nunc prope[p] in hyberna profectum, ita comparare dici bellum, ut, nisi successor impediat, perfecturus æstate proxima videatur.' His orationibus pervicerunt, ut consules in senatus auctoritate fore dicerent se, si idem tribuni facerent. Permittentibus utrisque liberam consultationem, Patres consulibus ambobus Italiam provinciam decreverunt. T. Quintio prorogarunt imperium, donec successor ei venisset.[16] Consulibus binæ legiones decretæ, et ut bellum cum Gallis Cisalpinis, qui defecissent a populo Romano, gererent. Quintio in Macedoniam supplementum decretum, peditum quinque millia et trecenti equites, et sociorum navalium tria millia. Præesse idem, qui præerat, classi L. Quintius Flamininus jussus. Prætoribus in Hispanias octona millia peditum socium ac Latini nominis data et quadringeni[17] equites, ut dimitterent veterem ex Hispaniis militem; et terminare jussi, qua ulterior citeriorve provincia servaretur. Macedoniæ legatos P. Sulpicium et P. Villium, qui consules in ea provincia fuerant, adjecerunt.

29. Priusquam consules prætoresque in provincias proficiscerentur, prodigia procurari placuit; quod ædes Vulcani[q] Summanique[r] Romæ, et quod[18] Fregellis[t] murus et porta de cœlo tacta erant; et Frusinone inter noctem[19][s]

16 *Donec successor ex senatus consulto venisset* Kreyssig.—17 ' Ita recepi ob præc. *octona millia*, et quia in omnibus fere Mss. vel *quadrigeni* vel *quadrageni* legitur.' *Rupert*. *Quadringenti* Gron. Doujat. Crev. Ernest. Doer. c. Drak.

18 Duas voces *et quod*, vel ut in quibusd. edd. illæ exhibentur *quod et* (ita Gron. Doujat. Crev.) delendas censet J. F. Gron.—19 Vid. Not. Delph. inf.

NOTÆ

p *Prope*] Nota *prope* pro vix.

q *Quod ædes Vulcani*] Romulus templum ei extra urbem ædificaverat, cujus rei causas Plut. varias affert in Quæstionibus Romanis, Quæst. 47. quarum præcipua videtur, quod Marti dicata esset urbs Roma, huic autem parum amicus Vulcanus.

r *Summanique*] Plutonem, sive Ditem, qui et Orcus, Summanum Romani dixere, quasi summum manium præsidem. Fuit autem ædes Summani in regione Circi Maximi, quæ postea ex Augusti divisione XI. fuit.

t *Fregellis*] Delevimus *quod et*, quæ hanc vocem antecedebant, jubente J. F. Gron. *J. Clericus.*

s *Inter noctem*] Alii legunt *inter-*

lux orta; et Asculo [20] agnus biceps cum quinque pedibus natus; et Formiis duo lupi, oppidum ingressi, obvios aliquot laniaverant; Romæ non in urbem solum, sed in Capitolium penetraverat lupus. C. Acilius tribunus plebis tulit, ut quinque coloniæ in oram maritimam deducerentur; duæ ad ostia fluminum Vulturni Liternique, una Puteolos, una ad castrum Salerni: [t] his Buxentum [u] adjectum. Trecenæ [1] familiæ in singulas colonias jubebantur mitti. Triumviri deducendis iis, qui per triennium magistratum haberent, creati, M. Servilius Geminus, Q. Minucius Thermus, Ti. Sempronius Longus. Delectu rebusque aliis divinis humanisque,[x] quæ per ipsos agenda [2] erant,[y] perfectis, consules ambo in Galliam profecti. Cornelius recta ad Insubres via, qui tum in armis erant, Cenomanis assumtis; [z] Q. Minucius in læva Italiæ [n] ad inferum mare flexit iter, Genuamque exercitu abducto, ab Liguribus [a] orsus est bellum. Oppida Clastidium [3 b] et Litubium,[c] utraque Li-

[n] *In eam partem quæ Roma profectis ad lævam est, Tusciam nimirum et Liguriam.*

—20 Rupert. c. Duk. legendum putat *Asculi.*—1 *Tricenæ* Gron. Doujat. *Trecentenæ* Crev. ex codd. Victor. et Thuan.—2 Vulgat. olim *agendæ.*—3 Vid. Not. Delph. inf. Mox pro *Litubium* Cluver. legendum esse censet *Ritubium.*

NOTÆ

noctu, et vero dicitur *interdiu*: sed huic adverbio opponitur a Nostro lib. XLIII. *noctu*, non *internoctu*: sic etiam apud eundem dicitur *luce*, pro eodem ac *interdiu*, lib. XXXVIII.

[t] *Castrum Salerni*] Picentinorum, hodie principatus citerioris caput in regno Neapolitano, est Salernum, maritima urbs, quæ nomen etiamnum servat, unde et proximus sinus denominatur.

[u] *Buxentum*] Oppidum maritimum fuit Lucaniæ Buxentum, Græcis Pyxus, a buxo dictum, cujus ibi copia nascitur: hodie *Pisciota* quibusdam: aliis verius, ni fallor, *Policastro*, in principatu citeriore.

[x] *Divinis humanisque*] Tum sacrificiis solennibus, et quibus prodigia procurabantur; tum apparatu belli.

[y] *Quæ per ipsos agenda* [*agendæ*] *erant*] Andreas et Aldus scribunt, *quæ per ipsos agenda erant.* Cujus loquendi formæ exemplum affert Gron. ex Sallustio, 'abundantia earum rerum quæ prima mortales ducunt.'

[z] *Cenomanis assumtis*] Hi populi Insubribus adversus Romanos sese adjunxerant.

[a] *Ab Liguribus*] Annon Genua Ligurum? immo caput gentis: sed hic Ligures indicat inter Apenninum et Padum positos, qui in armis erant; Genua autem in ora est, et Romanis parebat.

[b] *Clastidium*] Lib. XXI. c. 48. os-

gurum, et duæ gentis ejusdem civitates,[d] Celelates Cerdiciatesque,[e] sese dediderunt. Et jam omnia cis Padum, præter Gallorum Boios,[o] Ilvates Ligurum, sub ditione erant. Quindecim oppida, hominum viginti millia esse dicebantur, quæ se dediderant. Inde in agrum Boiorum legiones duxit.

30. Boiorum exercitus haud ita multo ante trajecerat Padum, junxeratque se Insubribus et Cenomanis; quod ita acceperant, conjunctis legionibus consules rem gesturos, ut et ipsi collatas in unum vires firmarent. Postquam fama accidit, alterum consulem Boiorum urere agros, seditio extemplo orta est. Postulare Boii, ut laborantibus opem universi ferrent. Insubres negare, se sua deserturos. Ita divisæ copiæ, Boiisque in agrum suum tutandum profectis, Insubres cum Cenomanis super amnis Mincii ripam[4] [f] consederunt. Infra eum locum quinque millia passuum et

[o] *Boios ex pluribus Gallorum nationibus.*

NOTÆ

tendimus Clastidium oppidum fuisse Galliæ Cisalpinæ, quod paulo post confirmari videtur a Nostro hujus lib. c. 31. Hic vero Liguribus attribuitur, idque miratur Sigon. qui idcirco veretur ne *Caristum* pro *Clastidium* legendum sit: est enim Caristum apud Nostrum lib. XLII. oppidum in agro Statiellorum, qui Ligurum pars. Verum Clastidium in confinio Ligurum fuit et Insubrum, et modo Liguribus ascribebatur, modo Insubribus, ratione variantis possessionis. Nunc dicitur *Chiastezzo.*

[c] *Litubium*] Vicus nunc est non procul Dertona in ducatu Mediolanensi; vulgo *Ritorbio.*

[d] *Duæ gentis ejusdem civitates*] A Nostro, ut et a Cæsare, civitatum nomine intelliguntur populi, eorumque agri.

[e] *Celelates Cerdiciatesque*] Quo loco fuerint Celela et Cerdicia, unde his populis nomen, tacentibus geographis, non facile est pronuntiare. Si quis ex affinitate nominum ad hodiernum morem inflexorum conjecturæ locus, suspicari licebit ibi Celelam fuisse, ubi nunc *Cella*, locus inter Albam et Astam ad lævam Tanari in Pedemontii ac Montis Ferrati confinio: sæpe enim extrita brevi vocali, (qualis hic *e*) solet vulgaris sermo Latina vocabula contrahere. Ex Cerdicia fieri potuisset Italice *Cerdezza.* Verum nullum hujus nominis vestigium in tabulis hodiernis video. An degeneravit in *Corticelle*, qua nomenclatura locus nunc inter Bellum ac Tanarum amnes occurrit in finibus agrorum Nicæensis, qui ad Montis Ferrati ducatum; Astensis, qui ad Pedemontium; et Alexandrini, qui ad ducatum Mediolanensem pertinet?

[f] *Amnis Mincii ripam* [*ripas*] Fluvius est Venetiæ et Galliæ Transpadanæ Mincius, e lacu Benaco per lacum qui Mantuam urbem aquis suis ferme ambit, in Padum defluens: vulgo *Menzo*, vel *Mincio.* Gall. *le Mince.*

consul Cornelius eidem flumini castra applicuit. Inde mittendo in vicos Cenomanorum Brixiamque, quod[5] caput gentis erat,[g] ut satis comperit, non ex auctoritate seniorum juventutem in armis esse, nec publico consilio Insubrium defectioni Cenomanos se adjunxisse; excitis ad se principibus, id[6] agere ac moliri cœpit, ut desciscerent ab Insubribus Cenomani, et, signis sublatis, aut domos redirent, aut ad Romanos transirent. Et id quidem impetrari nequiit. In id data fides[7] consuli est, ut in acie aut quiescerent, aut, si qua etiam occasio fuisset, adjuvarent Romanos. Hæc ita convenisse Insubres ignorabant: suberat tamen quædam suspicio animis, labare fidem sociorum. Itaque, cum in aciem eduxissent, neutrum iis cornu committere ausi, ne, si dolo cessissent, rem totam inclinarent, post signa in subsidiis eos locaverunt. Consul principio pugnæ vovit ædem Sospitæ Junoni, si eo die hostes fusi fugatique essent. A militibus clamor sublatus, compotem voti consulem se facturos, et impetus in hostes est factus. Non tulerunt Insubres primum concursum.[8] Quidam et a Cenomanis, terga repente in ipso certamine aggressis, tumultum ancipitem injectum auctores sunt,[p] cæsaque in medio quinque et triginta millia hostium, quinque millia et septingentos vivos captos: in iis Hamilcarem Pœnorum imperatorem, qui belli causa fuisset: signa militaria centum triginta, et carpenta supra ducenta. Oppida, quæ defectionem[9] secuta erant, dediderunt se Romanis.

p *Memorant aliqui Cenomanos subito, in medio pugnæ, invasisse terga Insubrum, et sic his injectum fuisse terrorem a tergo et a fronte.*

4 *Ripas* Gron. Doujat. Crev.—5 Olim legebatur *Brixiamque, quæ.*—6 'Male, et contra vett. librr. auctoritatem, J. F. Gron. *ibi* ediderat.' *Doering. Ibi* Doujat.—7 *Fides data* Kreyssig.—8 'Sane duriuscule dictum, et forte leg. *occursum.*' Ernest.—9 *Oppida Gallorum, quæ Insubrium defectionem* Kreyssig.

NOTÆ

g *Brixiamque, quod* [*quæ*] *caput gentis erat*] Scripti habent, *Brixiamque, quod caput gentis erat:* eademque ratione libro XXXIII. 'robore Macedonici exercitus, quam phalangem vocant.' Et apud Cic. 'omnes tenues atque humiles, quæ maxima in populo multitudo est.'

31. Minucius consul primo effusis populationibus peragraverat fines Boiorum: deinde, ut, relictis Insubribus, ad sua tuenda receperant sese, castris se tenuit, acie dimicandum cum hoste ratus. Nec Boii detrectassent pugnam, ni[10] fama victos Insubres allata animos fregisset. Itaque, relicto duce castrisque, dissipati per vicos, sua ut quisque defenderent,[11] rationem gerendi belli hosti[13] mutarunt. Omissa enim spe per unam dimicationem rei decernendæ, rursus populari agros et urere tecta vicosque expugnare cœpit. Per eosdem dies Clastidium incensum. Inde in Ligustinos[14] Ilvates, qui soli non parebant, legiones ductæ. Ea quoque gens, ut Insubres acie victos, Boios, ita ut tentare spem certaminis metuerent,[15] territos audivit, in ditionem venit. Literæ consulum a Gallia[16] de gestis prospere sub idem tempus Romam allatæ. M. Sergius prætor Urbis[17] in senatu eas, deinde ex auctoritate Patrum ad populum, recitavit. Supplicatio in quatriduum decreta. Hyems jam eo tempore erat.[18]

32. Cum T. Quintius, capta Elatia, in Phocide ac Locride hyberna disposita haberet, Opunte[h] seditio orta est. Factio una Ætolos, qui propiores erant, altera Romanos arcessebat. Ætoli priores venerunt: sed opulentior factio, exclusis Ætolis, missoque ad imperatorem Romanum nuntio, usque in adventum ejus tenuit urbem.[i] Arcem

10 *Nisi* Gron. Doujat. Crev. Mox *Insubres victos* Kreyssig.—11 ‘ Plerique codd. vitiose *sua quisque defendere;* hinc J. F. Gron. tentabat *sua quisque defensuri, rationem cett.* paulo audacius nec satis concinne. Crev. ex cod. Victor. profert, *quo sua quisque defenderent.*’ Doering. *Sua quisque ut* Kreyssig.—13 ‘ An leg. *hostes?* et mox *consul* vel *Minucius* pro importuno *enim?*’ Rupert.—14 *Ligusticos* edd. ante Sigon.—15 *Non auderent* edd. ante Gron. —16 *E Gallia* Gron. Doujat. Crev. *Consulum amborum de rebus in Gallia prospere gestis* Kreyssig. *De rebus prospere gestis* Lov. 6. apud Drak.—17 ‘ Quidam librr. vett. *prætor urbanus;* alii, *præfectus urbis;* lectionis scilicet varietas nata videtur ex compendio scribendi *pr. urb.*’ Doering. *Urbanus* Gron. Doujat. Crev.—18 ‘ Male olim hæc verba in edd. vett. conjunctim cum capite sequente legebantur. Bene separavit Crev.’ *Doering. Hyems jam eo tempore erat, cum .... haberet. Opunte, &c.* Gron. *haberet : Opunte* Doujat.

NOTÆ

h *Opunte*] Opus Locrorum Opuntiorum caput fuit, sinui suo imminens, qui pars Euboici.

i *Tenuit urbem*] Gall. *ce partie demeura maitre de la ville.*

regium tenebat præsidium, neque, ut descenderent[20] inde, aut Opuntiorum minis, aut auctoritate imperantis consulis Romani, perpelli potuerunt. Mora, cur non extemplo oppugnarentur, ea fuit, quod caduceator ab rege venerat, locum ac tempus petens colloquio. Id gravate concessum regi est: non quin cuperet Quintius,[1] per se partim armis, partim conditionibus confectum videri bellum: necdum enim sciebat, utrum successor sibi alter ex novis consulibus mitteretur; an, quod, summa vi ut tenderent,[2] amicis et propinquis mandaverat, imperium prorogaretur: aptum autem fore colloquium credebat, ut sibi liberum esset, vel ad bellum manenti, vel ad pacem decedenti rem inclinare. In sinu Maliaco prope Nicæam littus elegere. Eo rex ab Demetriade cum quinque lembis et una nave rostrata venit. Erant cum eo principes Macedonum, et Achæorum exul vir insignis Cycliadas. Cum imperatore Romano rex Amynander erat, et Dionysodorus Attali legatus, et Agesimbrotus præfectus Rhodiæ classis, et Phæneas princeps Ætolorum, et Achæi duo, Aristæus et Xenophon. Inter hos Romanus, ad extremum littus progressus, cum rex in proram navis in ancoris stantis processisset, 'Commodius,' inquit, 'si in terram egrediaris, et ex propinquo dicamus invicem audiamusque.'[3] Cum rex facturum se id negaret; 'Quem tandem,' inquit Quintius, 'times?' Ad hoc ille superbo et regio animo: 'Neminem equidem timeo, præter Deos immortales. Non omnium autem credo fidei, quos circa te video, atque omnium minime Ætolis.' 'Istud quidem,' ait Romanus, 'par omnibus periculum est, qui cum hoste ad colloquium congrediuntur, ut nulla fides

20 'In cod. Victor. apud Crev. *descenderet;* sed male in editionibus quibusdam veteribus *discederent.*' Doering.—1 Gronovius Livium scripsisse putat *Id non gravate concessum regi est, cum cuperet Quintius, &c.*—2 Vulgata olim *ut obtinerent.*—3 '*Inter hos Romanus* imperator . . . *Commodius, inquit, et ex propinquo dicamus audiamusque:* hæc bene jungi possunt, nec est, quod vel cum Sigon. legas *dicemus audiemusque,* (nam vulgatum venustius est,) vel deleas copulam *et,* (quam editiones antiquæ, non Manuscripti, *omittunt,*) vel denique post *commodius* suppleas *erit* aut *facies* cum Gronovio, qui quid sibi hac ratione voluerit, ne assequutus quidem est Bauer, et tunc *ut*

sit.'[4][k] 'Non tamen,' inquit rex, 'T. Quinti, par perfidiæ præmium est, si fraude agatur, Philippus et Phæneas. Neque enim æque difficulter Ætoli prætorem alium, ac Macedones regem in meum locum substituant.' Secundum hæc silentium fuit.

33. Cum Romanus eum æquum censeret priorem dicere, qui petisset colloquium, rex, ejus esse priorem orationem, qui daret pacis leges, non qui acciperet; tum Romanus, 'Simplicem suam orationem esse, ea enim se dicturum, quæ ni fiant, nulla sit pacis conditio.[q] Deducenda ex omnibus Græciæ civitatibus regi præsidia esse. Captivos et transfugas sociis populi Romani reddendos. Restituenda Romanis ea Illyrici loca,[l] quæ post pacem in Epiro factam occupasset. Ptolemæo regi[m] Ægypti reddendas urbes, quas post Philopatoris Ptolemæi mortem occupasset. Suas populique Romani conditiones has esse: ceterum et sociorum audiri postulata verum esse.'[r] Attali regis legatus, 'Naves captivosque, quæ ad Chium[5] navali prælio capta essent, et Nicephorium[n] Venerisque templum, quæ spoliasset evastassetque, pro incorruptis resti-

[q] *Se sincere et sine ambagibus, ac sine artificio locuturum, ea scilicet prolaturum, quæ si facta non fuerint, non possit pax alia ulla conditione convenire.*
[r] *Æquum esse.*

pro *et* legendum putavit.' *Rupert.* Tò *et* delet Kreyssig.—4 'In vett. librr. *ut in nullo fides sit*, unde J. F. Gron. conjicit *ut in dubio fides sit*. Melius Jacobsius, *ut intuta fides sit*. Nostra lectio debetur Gelenio.' *Doering*. *Si nulla* Kreyssig.

5 *Cium* Gron. Doujat. ut male, judice Rupert. ed. Grut. et seqq. *Ad*

NOTÆ

[k] *Ut nulla fides sit*] Veteres, *ut in nullo fides sit*; forte, inquit Gron. *ut in dubio fides sit*.

[l] *Illyrici loca*] Quæ scilicet in Illyrici et Macedoniæ finibus versus Epirum a Romanis occupata fuerant.

[m] *Ptolemæo regi*] Intelligit Ptolemæum, in ordine regum Ægypti quintum, Epiphanem dictum, qui a patre quinquennis relictus, a Romanis, quos Alexandrini tutores pupillo regi advocaverant, defensus est adversus Antiochum magnum Syriæ, et Philippum hunc Macedoniæ regem: quorum ille Cœlesyriam et Phœnicen; hic Cariam invaserat, partemve Minoris Asiæ Ptolemæis possessam, ipsique Ægypto inhiabat.

[n] *Et Nicephorium*] Ex Strabone lib. XIII. quem laudat Glar. Nicephorium lucus fuit ad Pergamum in Asia ab Eumene rege conditus.

tui.' Rhodii Peræam[o] (regio est continentis adversus insulam, vetustæ eorum ditionis) repetebant, postulabantque 'præsidia deduci ab Jasso[p] et Bargyliis[q] et Euromensium urbe,[r] et in Hellesponto Sesto atque Abydo; et Perinthum[6][s] Byzantiis in antiqui formulam juris[t] restitui,[s] et liberari omnia Asiæ emporia portusque.' Achæi Corinthum et Argos repetebant. Prætor Ætolorum Phæneas cum eadem fere, quæ Romani, ut Græcia decederetur, postulasset, redderenturque Ætolis urbes, quæ quondam juris ac[7] ditionis eorum fuissent; excepit orationem ejus princeps Ætolorum[t] Alexander, vir, ut inter Ætolos,[8][u] facundus. 'Jamdudum se reticere,' ait, 'non quo quicquam agi putet[u] eo colloquio, sed ne quem sociorum dicentem

[s] *Reddi Byzantiis ut in eorum ditione eodem jure esset, quo antea fuerat.*
[t] *Vir inter Ætolos primarius.*
[u] *Non quasi putet, vel non quod putet.*

Cium deleta est a Sigon.—6 'Ita reposui pro vulg. *Panopolim* (Ægypti opp.) pro quo Mss. habent *Penoplum, Penopolum, Penepolum cet.*' Rupert. *Panopolim* Gron. Donjat. Crev. Ernest. Doer. c. Drak. *Peneropolim* reponendam esse ait Glareanus.—7 Vulgo legitur *aut;* ut Gron. Crev.—8 'Mutat Sigon. in *inter ceteros.* Ineptissime. Delet idem τὸ *ut:* sed vitiat sententiam.' *J. F.*

NOTÆ

[o] *Rhodii Peræam*] Peræa tractus fuit Cariæ maritimus, sic dictus, opinor, quod Rhodiis esset trans mare, quo Rhodus a Caria separatur.

[p] *Ab Jasso*] Jassus urbs Ioniæ fuit, ad Cariæ fines: unde sinui proximo nomen, inter Ephesum et Myndum: hodie Italis *San Pietro.*

[q] *Et Bargyliis*] Bargyliæ, alias Bargyllæ, urbs erat in ora Cariæ, inter Myndum et Miletum, a vicino monte Bargylo dicta: nunc in ruinis jacet.

[r] *Euromensium urbe*] Eurome, quam Livius lib. seq. Euromum vocat, Cariæ quoque urbs erat, inter Bargyliam et Stratonicæam.

[s] *Et Perinthum* [*Panopolin*] Panopolis, sive Panos civitas, unde Panopolitis nomus, urbs erat Ægypti: sed ea nihil ad id de quo nunc agitur. Corrige cum Sigon o *Perinthum* ex Polyb. atque ex ipso Livio lib. seq. c. 30. ubi de conditionibus pacis inter Romanos et Philippum agitur.

[t] *In antiqui formulam juris*] Sumitur *formula* hoc loco pro ordinatione seu dispositione ditionis vel provinciæ, qua describuntur loca subjecta: ut apud Plin. lib. III. Nat. Hist. cap. 4. 'adjecit formulæ Galba imperator ex Inalpinis Avanticos:' id est, voluit ut cum aliis populis Avantici ad Narbonensem provinciam pertinerent.

[u] *Ut inter Ætolos*] Male Sigon. delet τὸ *ut,* quæ particula hanc habet vim, ut ostendat hunc Alexandrum, non quidem absolute facundum, sed cum restrictione, quantum scilicet

interpellet. Neque de pace cum fide Philippum agere, neque bella vera virtute unquam gessisse. In colloquiis insidiari et captare; in bello non congredi æquo campo, neque collatis signis dimicare, sed refugientem incendere ac diripere urbes, et vincentium præmia victum corrumpere. At non sic antiquos Macedonum reges, sed acie bellare solitos, urbibus parcere, quantum possent, quo opulentius imperium haberent. Nam, de quorum possessione dimicetur, tollentem,[9] nihil sibi præter bellum relinquere, quod consilium esse?[z] Plures priore anno sociorum urbes in Thessalia evastasse Philippum, quam omnes, qui unquam hostes Thessaliæ fuerint. Ipsis quoque Ætolis eum plura socium, quam hostem, ademisse. Lysimachiam, pulso prætore[x] et præsidio Ætolorum, occupasse eum.[10] Cium item suæ ditionis urbem funditus evertisse ac delesse. Eadem fraude habere eum Thebas Phthias,[y] Echinum,[z] Larissam[a] et Pharsalum.'[b]

34. Motus oratione Alexandri Philippus navem, ut exaudiretur, propius terram applicuit. Orsum eum dicere, in Ætolos maxime, violenter Phæneas interfatus,[y] 'Non in

[z] *Stultum esse consilium, tollendo ea quorum causa bellum fiat, bellum ipsum sibi tantum relinquere.*

[y] *Illum, cum cœpisset invehi maxime in Ætolos, interrupit Phæneas, &c.*



Gron.—9 Malebat Glar. *volentem.*—10 Tò *eum* delendum putat Bauer.

NOTÆ

usus Ætolorum patiebatur. Gall. diceremus, *pour un Etolien.*

[x] *Lysimachiam, pulso prætore*] Plures fuere hujus nominis urbes: hæc in isthmo Chersonesi Thracicæ, juxta Cardiam, quæ ad sinum maris Ægæi, ejusque destructæ in locum condita a Lysimacho ex Alexandri Magni successoribus uno: hodie *Hexamili* Sophiano.

[y] *Thebas Phthias*] Phthiotis Thessaliæ regio suas habuit Thebas, quæ inde Phthioticæ dictæ ad discrimen Bœoticarum. Imminebat ea urbs sinui Pelasgico ex adverso Pagasæ.

[z] *Echinum*] In eadem Thessaliæ regione fuit Echinus, oppidum maritimum, oppositum Athenis, quæ Diades cognomine in ora Eubœæ.

[a] *Larissam*] Intellige Cremasten, de qua supra.

[b] *Pharsalum*] Phthiotidis quoque fuit Pharsalus, ad Euripeum fluvium, cujus in campis victus postea postremo prælio Pompeius a Cæsare: hodie *Farsa.*

verbis rem verti,' ait: 'aut bello vincendum, aut melioribus parendum esse.' 'Apparet id quidem,' inquit Philippus, 'etiam cæco;' jocatus in valetudinem oculorum Phæneæ. Et erat dicacior natura, quam regem decet,[11] et ne inter seria quidem risu satis temperans. Indignari inde cœpit, 'Ætolos, tanquam Romanos, decedi Græcia jubere; qui, quibus finibus Græcia sit, dicere non possint. Ipsius enim Ætoliæ Agræos[c] Apodotosque[12][d] et Amphilochos,[e] quæ permagna eorum pars sit, Græciam non esse. An, quod a sociis eorum non abstinuerim, justam querelam habent, cum ipsi pro lege hunc antiquitus morem[13] servent, ut adversus socios ipsi suos, publica tantum auctoritate demta, juventutem suam militare sinant, et contrariæ persæpe acies in utraque parte Ætolica auxilia habeant? Neque ego Cium expugnavi, sed Prusiam socium et amicum oppugnantem adjuvi; et Lysimachiam ab Thracibus vindicavi: sed, quia me necessitas ad hoc bellum a custodia ejus avertit, Thraces habent. Et Ætolis hæc. Attalo autem Rhodiisque nihil jure debeo. Non enim a me, sed ab illis, principium belli ortum est. Romanorum autem honoris causa Peræam Rhodiis et naves Attalo cum captivis, qui comparebunt, restituam. Nam quod ad Nicephorium Venerisque templi restitutionem attinet; quid ea restitui postulantibus respon-



11 Octo Mss. ut testatur Rupert. *deceret.*—12 *Apodeotasque* Gron. Doujat. Crev. Vid. Not. Delph. inf.—13 *Hunc morem antiquitus* Gron. Doujat.

NOTÆ

[c] *Agræos*] Agræi exiguum tractum coluere in Ætoliæ et Acarnaniæ finibus inter Athamanes ad ortum, et Amphilochos ad occasum, ad utramque Acheloi ripam. Videntur iidem fuisse cum Ephyris Plinii, qui ab oppido Ephyra nomen mutuati.

[d] *Apodotos* [*Apodeotas*] Nisi *Aperantios* intelligamus, qui Acheloi fontes accolunt, non facile est conjicere quo loco fuerint hi *Apodeotæ*, sive, ut Polyb. vocat, *Apodotæ*. Aperantiorum autem meminit Noster lib. XXXVIII. cap. 3. et lib. XLIII. cap. 22.

[e] *Amphilochos*] Inter sinum Ambracium et Acheloum habitarunt Amphilochi, dicti ab Amphilocho Amphiarai filio, Acarnanis fratre: atque hi tres populi in Epiro fuere, quæ extra Helladem sive Græciam stricte sumtam. Nunc dicuntur 'permagna Ætolorum pars,' quod licet extra Ætoliam, in ditione aut fœdere erant Ætolorum.

deam? nisi, quo uno modo luci sylvæque cæsæ restitui possunt, curam impensamque sationis me præstaturum: quoniam hæc inter se reges postulare et respondere placet.' Extrema ejus oratio adversus Achæos fuit: in qua, orsus ab Antigoni primum, suis deinde erga eam gentem meritis,[f] recitari decreta eorum jussit, omnes divinos humanosque honores[g] complexa; atque ad ea adjecit recens de exercitu,[h] quo ab se descivissent.[14] Invectusque graviter in perfidiam eorum, 'Argos tamen se redditurum eis,' dixit. 'De Corintho cum imperatore Romano deliberaturum esse; quæsiturumque simul ab eo, utrum iis tantum urbibus decedere se æquum censeat, quas a se ipso captas jure belli habeat, an iis etiam, quas a majoribus suis accepisset.'

35. Parantibus Achæis Ætolisque ad ea respondere, cum prope occasum sol esset, dilato in posterum diem colloquio, Philippus in stationem, ex qua profectus erat, Romani sociique in castra redierunt. Quintius postero die ad Nicæam[i] (is enim locus placuerat) ad constitutum tempus[15] venit. Philippus nullus usquam nec nuntius ab eo per aliquot horas



Crev.—14 *De exercitu, quod ab se descivisset* edd. ante Sigon. *Atque eis adjecit recens decretum, quo ab se* Kreyssig. Non opus esse, judicat Doer. ut cum Crev. pro *recens de exercitu,* legatur *recens decretum.*

15 Creverio vox *iterum* excidisse videtur. Mox '*Philippus* pro vulg. *Philippi* edidi ex emend. Dukeri, qui etiam conjicit *Philippi nihil usquam.*'

NOTÆ

f *Antigoni primum, suis deinde erga eam gentem meritis*] Antigonus Philippi tutor, fuso Cleomene Spartanorum rege, Achæos cum Ætolis conciliaverat juncto cum iis fœdere. Philippus vero sociali bello Achæis adversus Ætolos fœdus violantes opem tulerat; reddiderat præterea Philippus Orchomenum, Heræam, et Triphyliam, aliaque ipsorum sociis loca. Supra hujus lib. c. 20. vide et c. 22.

g *Divinos humanosque honores*] Primo comitiorum die, post Jovis, Apollinis, et Herculis nomen, jubebantur ominis causa prætores apud Argivos Philippi quoque nomen, tanquam Dei, aut certe inter Deos, recitare, supra cap. 25. Simile aliquod decretum Achæorum indicat hoc loco Philippus.

h *Recens de exercitu*] Decretum ultimum intellige, quo Achæi, relicto Philippo, societati Romanorum se adjunxerant, et exercitum admoverant ad Corinthum, quam oppugnabat Quintius cap. 23.

i *Ad Nicæam*] Cum plures sint hujusce nominis urbes, in Bithynia, in Gallia, et alibi; hæc, de qua nunc agitur, in ora fuit sinus Maliaci, et regione Locrorum Epicnemidiorum.

veniebat: et jam desperantibus venturum repente apparuerunt naves. At ipse [16] quidem, 'cum tam gravia et indigna imperarentur, inopem consilii diem se consumsisse deliberando,' aiebat. Vulgo credebatur, de industria rem in serum tractam, ne tempus dari posset Achæis Ætolisque ad respondendum. Et eam opinionem ipse affirmavit,[y] petendo, ut, summotis aliis, ne tempus altercando tereretur, et aliquis finis rei imponi posset, cum ipso [17] imperatore Romano liceret sibi colloqui. Id primo non acceptum,[k] ne excludi colloquio viderentur socii: deinde, cum haud absisteret petere, ex omnium consilio Romanus imperator cum Ap. Claudio tribuno militum, ceteris summotis, ad extremum littus processit. Rex cum duobus, quos pridie adhibuerat, in terram est egressus. Ibi cum aliquamdiu secreto locuti essent, quæ acta ad suos Philippus retulerit, minus compertum est. Quintius hæc retulit ad socios. 'Romanis eum cedere tota Illyrici ora, perfugas remittere, ac si qui essent captivi. Attalo naves et cum iis captos navales socios; Rhodiis regionem, quam Peræam vocant, reddere: Jasso et Bargyliis non cessurum. Ætolis Pharsalum Larissamque reddere, Thebas non reddere. Achæis, non Argis modo, sed etiam Corintho cessurum.' Nulli omnium placere partium,[l] quibus cessurus, aut non cessurus esset, destinatio. 'Plus enim amitti in iis, quam acquiri: nec unquam, nisi tota deduxisset Græcia præsidia, causas certaminum deponere.' [18] [m]

[y] *Et Philippus ipse visus est opinionem illam confirmare, petendo colloquium solius Quintii.*

Rupert. *Philippi* omnes al. præter Kreyssig.—16 *Atque ipsi* omnes præter Drak. Rupert. et Ernest.—17 *Ipso* del. Gron. Doujat.—18 Gron. conj. *defore;* et Bauer. *deponi.*

NOTÆ

[k] *Id primo non acceptum*] Gallice, *cela ne fut pas accepté d'abord.*

[l] *Nulli omnium placere partium*] Non prorsus caret dubitatione, an *partium* vocabulo significentur diversi socii, quorum res agebatur, (quo sensu in judiciis actor et reus a jurisconsultis *partes* dicuntur:) an potius partes regionum, quas quisque sociorum sibi integras a Philippo restitui postulabant, et quas Philippus ex parte tantum offerebat, cum alia loca concederet, alia negaret.

[m] *Causas certaminum deponere*] Me-

36. Cum hæc toto ex concilio certatim omnes vociferarentur, ad Philippum quoque procul stantem vox est perlata. Itaque a Quintio petit, ut rem totam in posterum diem differret: profecto aut persuasurum se, aut persuaderi sibi passurum. Littus ad Thronium [n] colloquio destinatur. Eo mature conventum est. Ibi Philippus primo et Quintium et omnes, qui aderant, rogare, ne spem pacis turbare vellent. Postremo petere tempus, quo legatos Romam ad senatum mittere posset. 'Aut his conditionibus se pacem impetraturum, aut, quascumque senatus dedisset, leges pacis accepturum.' Id ceteris haudquaquam placebat. Nec enim aliud, quam moram et dilationem ad colligendas vires, quæri. Quintius, 'verum id futurum fuisse,' dicere, 'si æstas et tempus rerum gerendarum esset, nunc, hyeme instante, nihil amitti, dato spatio ad legatos mittendos. Nam neque sine auctoritate senatus quicquam eorum ratum fore, quæ cum rege ipsi pepigissent; [19] et explorari (dum bello necessariam quietem ipsa hyems daret) senatus auctoritatem posse.' In hanc sententiam et ceteri sociorum principes concesserunt; induciisque datis in duos menses, et ipsos mittere singulos legatos ad edocendum senatum, ne fraude regis caperetur, placuit. Additum induciarum pacto, ut regia præsidia Phocide ac Locride extemplo deducerentur. Et ipse Quintius cum sociorum legatis Amynandrum Athamanum regem, ut speciem legationi [20] adjiceret, [o] Q. Fabium, (uxoris Quintii sororis filius erat) et Q. Fulvium et Ap. Claudium [1] misit.

19 Duk. conj. *ipse pepigisset.*—20 'Ita ex emend. Gron. et Ms. Harl. pro *legationis.* Pro vulg. *utque* ex multis Mss. legendum *ut*, et mox ante *Q. Fabium* copulam *et* inserendam docet Drak.' *Rupert.* *Utque* et *legationis* Gron. Doujat. Crev. *et Q. Fab.* Kreyssig. 'Immo si per me staret, copulam *et* ante *Q. Fulvium* ejecerim.' *Doering.*—1 *P. Claudium* edd. ante Sigon. *App. Claudium Neronem* Polyb.

NOTÆ

lius sane quod Gronovio videtur *causas certaminum defore.*

[n] *Ad Thronium*] Fuit Thronium urbs maritima Locrorum Epicnemidio-

37. Ut ventum Romam est, prius sociorum legati, quam regis, auditi sunt. Cetera[2] eorum oratio conviciis regis[z] consumta est. Moverunt eo[3] maxime senatum, demonstrando maris terrarumque regionis ejus situm; ut omnibus appareret, si Demetriadem in Thessalia, Chalcidem in Eubœa, Corinthum in Achaia rex teneret, non posse liberam Græciam esse; et ipsum Philippum, non contumeliosius, quam verius, compedes eas Græciæ[p] appellare. Legati deinde regis intromissi. Quibus, longiorem exorsis orationem, brevis interrogatio, cessurusne iis tribus urbibus esset, sermonem incidit, cum mandati[4] sibi de his nominatim negarent quicquam. Sic infecta pace regii dimissi. Quintio liberum arbitrium pacis ac belli permissum. Quod ut[5] satis apparuit, non tædere belli senatum, et ipse, victoriæ, quam pacis, avidior, neque colloquium postea Philippo dedit, neque legationem aliam, quam quæ omni Græcia decedi nuntiaret, admissurum dixit.

38. Philippus cum acie decernendum videret, et undique ad se contrahendas vires, maxime de Achaiæ urbibus,[q] regionis ab se diversæ,[a] et magis tamen de Argis, quam de

[z] *Convitiis in regem.*
[a] *Regionis longius dissitæ a Macedoniæ finibus.*

2 In veteres quasdam edd. irrepsit lectio *ceterum.*—3 'Recidendum τὸ *eo;* Gron. *vero* conj. Drak. Sed mox *demonstrando* quasi per appositionem τῷ *eo* additum monet Periz.' *Rupert.*—4 *Mandatum* edd. ante Gron.—5 *Quo ut* Gron. Doujat. 'Magis placet Crevierii conjectura *cui ut.*' Doering.

NOTÆ

rum, inter Scarphiam et Cnemidem, ad extremum Euripum; qua proxime ad sinum Maliacum accedit e regione Cænei Eubœæ promontorii.

[o] *Speciem legationi adjiceret*] Gallice, *pour donner plus d'éclat et d'authorité à cette ambassade.*

[p] *Compedes eas Græciæ*] Hoc de Chalcide et Corintho verum ex Strab. lib. IX. Has autem duas Græciæ compedes Philippus appellabat ob earum opportunitatem, quod per eas commode in Græciam ex Macedoniæ regno aditus pateret; aut quod per eas, hinc Attica vicinæque regiones Helladis, inde Peloponnesus in ditione atque obsequio facile retineri posse viderentur.

[q] *De Achaiæ urbibus*] Intellige urbes, vel Achaiæ Peloponnesi provinciæ, vel potius Achæorum fœdere comprehensas.

Corintho, solicitus, optimum ratus Nabidi eam Lacedæmoniorum tyranno velut fiduciariam dare,[r] ut victori sibi restitueret; si quid adversi accidisset, ipse haberet: Philocli,[6] qui Corintho Argisque præerat, scribit, ut tyrannum ipse conveniret. Philocles, præterquam quod jam veniebat cum munere, adjicit ad pignus[7] futuræ regi cum tyranno amicitiæ, filias suas regem Nabidis filiis matrimonio conjungere velle. Tyrannus primo negare, aliter urbem eam se accepturum, nisi Argivorum ipsorum decreto arcessitus ad auxilium urbis esset. Deinde, ut frequenti concione non aspernatos modo, sed abominatos etiam nomen tyranni audivit, causam se spoliandi eos nactum ratus, tradere, ubi vellet, urbem, Philoclem jussit. Nocte, ignaris omnibus, acceptus in urbem est tyrannus. Prima luce occupat superiora omnia loca;[8] portæque clausæ. Paucis principum tumultum inter primum[9] elapsis, eorum absentium direptæ fortunæ; præsentibus aurum atque argentum ablatum: pecuniæ imperatæ ingentes. Qui non cunctanter contulere, sine contumelia et laceratione corporum sunt dimissi: quos occulere aut retrahere aliquid suspicio fuit, in servilem modum lacerati atque extorti. Concione inde advocata, rogationem[10] promulgavit unam de tabulis novis,[s] alteram de agro

6 *Haberet, Philocli* Crev. c. Drak. Ernest. Kreyssig. *Haberet. Philocli* Gron. Doujat. Doer.—7 ‘ Credo delendum esse *ad*, et pignus dici ipsas has nuptias; Duk. *id pignus* Lov. 1. 6. et Voss. non improb. Drak.’ *Rupert. Id pignus* prob. Doer.—8 *Occupata omnia superiora loca* Kreyssig. Mox vet. lib. apud Sigon. *portæ clausæ.*—9 *Inter primum tumultum* Kreyssig.—10 Crev. malit *rogationes* ut in ed. Kreyssig.

NOTÆ

[r] *Velut fiduciariam* [*fiduciarium*] *dare*] *Fiduciarium* dicitur quod, interposito pacto fiduciæ, alteri traditur aut mancipatur; i. e. ea lege in eum transfertur, ut danti quandoque restituatur. Id pignoris genus sic explicat Tull. pro Flacco: ‘Credidisti adolescentulo grandem pecuniam fœneratitiam, accepto tamen fundo fiduciario, quem restitues, cum tibi pecunia una cum usura fuerit reddita.’ Differentiam pignoris et fiduciæ notat Isidorus v. Etymol. c. 25. et ex eo Cujac. ad tit. 13. lib. II. sentent. Pauli jurisconsulti. Nomen ex eo deductum, quod dator fidem accipientis sequatur, ejusque probitati confidat. In frequenti usu erat ejusmodi *fiducia*, quoties filium emancipandi causa pater naturalis coëmtori, seu patri fiduciario, ita mancipabat, ut sibi remanciparetur, nec ab emtore manumitteretur.

[s] *De tabulis novis*] Dicuntur *tabulæ*

viritim dividendo;[t] duas faces novantibus res ad plebem in optimates accendendam.

39. Postquam in potestate[11] Argivorum civitas erat, nihil ejus memor tyrannus, a quo eam civitatem et quam in conditionem accepisset, legatos Elatiam ad Quintium et Attalum Æginæ hybernantem mittit, qui nuntiarent, 'Argos in potestate sua esse. Eo si veniret Quintius ad colloquium, non diffidere, sibi omnia cum eo conventura.' Quintius, ut eo quoque præsidio Philippum nudaret, cum annuisset se venturum, mittit ad Attalum, ut ab Ægina Sicyonem sibi occurreret; ipse ab Anticyra decem quinqueremibus, quas iis forte ipsis diebus L. Quintius frater ejus adduxerat ex hybernis Corcyræ, Sicyonem transmisit. Jam ibi Attalus erat; qui, cum tyranno ad Romanum imperatorem, non Romano ad tyrannum, eundum diceret, in sententiam suam Quintium traduxit, ne in urbem ipsam Argos iret. Haud procul urbe Mycenica[u] vocatur. In eo loco ut congrede-

11 '*In potestate* sc. Nabidis, quam vocem quædam edd. adjiciunt, sed om-

NOTÆ

novæ, quoties lege aliqua generali remittitur debitoribus æs alienum, et pecuniæ creditæ obæratis condonantur; ita ut, veteribus obligationum tabulis in irritum deductis, novæ tantum tabulæ valeant, quibus nova nomina contineantur. Vide inter alios Cœlium Rhodig. lib. XII. Lect. Antiq. cap. 20. Græcis dicitur χρεοκοπία, seu χρεῶν ἀποκοπὴ, quasi dicas *debiti abscissionem*. Id apud Athenienses usurpatum lege Solonis, a quo dicta est σεισάχθεια, id est, *iniqui oneris excussio:* sed hæc videtur magis in minuendis usuris, et augenda pecuniæ æstimatione posita fuisse.

[t] *De agro viritim dividendo*] Auctor novæ apud Græcos agrorum divisionis, et æquandarum possessionum, Lycurgus fuerat. Vide Plut. in ejus vita.

[u] *Urbe Mycenica*] Mycenæ urbs Argolidis, Pelopidarum tempore supra Argos ipsum floruit, utpote Agamemnonis regia. At postquam Heraclidæ potiti sunt Peloponneso, et regnum Argivorum haud multo post abiit in popularem statum, eversæ sunt Mycenæ ab Argivis Olympiade 78. circa annum urbis 286. orto ex æmulatione implacabili inter hos populos odio, quod Persico bello domi quiescentibus Argivis, Mycenæi octoginta milites contra Persas ad Thermopylas subsidio misissent. Strabo nullum ejus urbis jam suo tempore vestigium extitisse testatur. Hic itaque per urbem Mycenicam intelligendus videtur locus, ubi antea fuerant Mycenæ; cui nunc nomen *Agios Adrianos* ex Sophiano.

rentur, convenit. Quintius cum fratre et tribunis militum paucis, Attalus cum regio comitatu, Nicostratus Achæorum prætor cum auxiliaribus paucis venit. Tyrannum ibi cum [12] omnibus copiis opperientem invenerunt. Progressus armatus cum satellitibus armatis [13] est in medium fere interjacentis campi: inermis Quintius cum fratre et duobus tribunis militum: inermi [14] item regi prætor Achæorum et unus ex purpuratis latus cingebant. Initium sermonis ab excusatione tyranni ortum, 'quod armatus ipse armatisque septus, cum inermes Romanum imperatorem regemque cerneret, in colloquium venisset. Neque enim se illos timere,' dixit,[15] 'sed exules Argivorum.' Inde, ubi de conditionibus amicitiæ cœptum agi est, Romanus duas postulare res: unam, ut bellum cum Achæis finiret; alteram, ut adversus Philippum mitteret secum auxilia. Ea se missurum [16] dixit. Pro pace cum Achæis induciæ impetratæ, donec bellum cum Philippo finiretur.

40. De Argis quoque disceptatio ab Attalo rege est nata,[17] cum fraude Philoclis proditam urbem vi ab eo teneri argueret; ille, ab ipsis Argivis, ut se defenderet,[b] accitum. Concionem Argivorum rex postulabat, ut id sciri posset. Nec tyrannus abnuere; sed, deductis ex urbe præsidiis, liberam concionem, non immixtis Lacedæmoniis, declaraturam, quid Argivi vellent, præberi debere dicebat rex. Tyrannus negavit deducturum. Hæc disceptatio sine exitu fuit. De colloquio discessum, sexcentis Cretensibus ab tyranno datis Romano, induciisque inter Nicostratum prætorem Achæorum et Lacedæmoniorum tyrannum in quatuor menses factis. Inde Quintius Corinthum est profectus; et ad portam cum Cretensium cohorte accessit, ut Philocli præfecto urbis appareret, tyrannum a Philippo descisse. Philocles

[b] *Ut ipsos tueretur.*

nes fere Mss. omittunt.' *Rupert.*—12 'Jac. Periz. ejecta voce *venit*, orationem ita nectit, *cum auxiliaribus paucis tyrannum, ibi cum cet.* Sed τὸ *venit* tuentur omnes codd.' *Doering.*—13 *Armatis* del. Gron. Doujat. Crev.—14 *Inermes* eæd.—15 *Dixit* del. eæd. Mox *agi cœptum est* Kreyssig.—16 In plurimis edd. vett. *auxilia. Auxilia se missurum ;* ut et Gron. Doujat. Crev.

et ipse ad imperatorem Romanum in colloquium venit, hortantique, ut extemplo transiret urbemque traderet, ita respondit, ut distulisse rem magis, quam negasse, videretur. A Corintho Quintius Anticyram trajecit; inde fratrem ad tentandam Acarnanum gentem misit. Attalus ab Argis [x] Sicyonem est profectus. Ibi et civitas novis honoribus veteres regis honores auxit; et rex ad id, quod sacrum Apollinis agrum grandi quondam pecunia redemerat eis,[c] tum quoque, ne sine aliqua munificentia præteriret civitatem sociam atque amicam, decem talenta argenti [y] dono dedit et decem millia medimnum frumenti.[z] Atque ita Cenchreas ad naves rediit. Et Nabis, firmato præsidio [d] Argis,[18] Lacedæmonem regressus, cum ipse viros spoliasset, ad fœminas spoliandas uxorem Argos remisit.[a] Ea nunc singulas illustres, nunc simul plures genere inter se junctas domum arcessendo, blandiendoque ac minando, non aurum modo iis, sed [19] postremo vestem quoque mundumque omnem muliebrem ademit.

[c] *Præter quam quod caro redemerat sacros Apollini agros, &c.*
[d] *Firmo præsidio collocato.*

17 *Est mota* Kreyssig.—18 Tentabat h. l. Tan. Faber *firmatis præsidio Argis.*—19 *Et* add. Gron. Doujat. Crev.

NOTÆ

[x] *Ab Argis*] Dixit post Homerum Livius Argos pro Argivorum regione: nam ipsam urbem Argos non intrasse Attalum apparet ex narratione ipsa.

[y] *Decem talenta argenti*] Gall. 24000. *livres.*

[z] *Decem millia medimnum frumenti*] Gall. 5000. *cestiers de blé mesure de Paris.*

[a] *Uxorem Argos remisit*] Nabidis uxor Apega, tali viro digna.

T. LIVII PATAVINI

HISTORIARUM

AB URBE CONDITA

LIBER XXXIII.

BREVIARIUM.

Cap. 1. T. Quintius Flamininus Bœotos ad societatem cum Romanis asciscere cupiens, cum Attalo multisque legatis Thebas venit. 2. In concilio ibi habito rex concidit, et societas illa jungitur. 3. Philippus copias suppletas Dium contrahit ibique exercet quotidie. Quintius, ab Elatia profectus, Thermopylas et inde, auxiliis Ætolorum aliorumque populorum contractis, in Phthiotidem transgreditur. 4. Rex milites adhortatur et recenset. 5. Quintius frustra tentat Thebas Phthioticas, et vallos cædere secumque ferre jubet milites, ut paratus omni loco castris sit ponendis. 6. Postero die Pheras, et inde Scotussam movet castra, quo et hostis, velut ex prædicto, contendit. 7. Mox utraque castra, ad Cynoscephalas posita, in conspectu sunt, et jam a paucis lacessitur pugna. 8. Omnes utrimque copiæ in aciem educuntur. 9. 10. Romani vincunt. 11. Quintius Larissam proficiscitur, regique petenti et inducias dat et colloquium, frementibus nequicquam Ætolis, gente avida prædæ et superba. 12. In consilium prius advocat socios, disceptatque cum Ætolis. 13. Tum frequens Romanorum sociorumque concilium datur regi, et cum eo, omnia priore colloquio postulata concedente, ita convenit, ut datis obsidibus de pacis legibus dictis Romam mittat legatos. 14. 15. Eodem tempore Nicostratus prætor Achæorum justo prælio fudit ducem regium Androsthenem, omnemque Achaiam magno liberavit metu. 16. Acarnanes, qui soli Græcorum fidi Macedonibus manserant, auctore L. Quintio concilium Leucadem indicunt, in quo suadentibus eorum principibus, Archelao, Bianore, et Zeuxida, decretum fit societatis Rom. sed mox tollitur. 17. Hinc Leucas a Flaminino legato vi capitur, et Acarnanes mox omnes in deditionem ejus veniunt, certiores facti de fratris victoria. 18. Pausistratus quoque, Rhodiorum prætor, vindicat a Philippo Peræam, fuso Dinocrate,

præfecto regio. 19. Ipsius Macedoniæ superiora evastantur a Dardanis; qui tamen oppressi a Philippo cæduntur et in fines suos redeunt. Sub idem vero tempus et Hispania rebellat, et bellum molitur Antiochus, rex Syriæ, simul tentaturus civitates Ptolemæi in Cœle Syria, Cilicia, et Caria, simul Philippum exercitu navibusque adjuturus. 20. Rhodii consilium capiunt obviam eundi classe Antiocho, et tuentur libertatem civitatium sociarum Ptolemæi. 21. Attali virtutes et mors. Ingens bellum in Hispania ulteriore coortum opera Colchæ et Luscini regulorum.

22. Q. Minucius et C. Cornelius coss. ob res communi consilio in Gallia prospere gestas postulant triumphum, sed intercessione et perseverantia Atinii Ursaniique tribunorum plebis victi separatim de eo referunt. 23. Cornelio triumphus decernitur omnium consensu: Minucius in monte Albano triumphat. 24. Creantur consules, (L. Furius Purpureo et M. Claudius Marcellus,) posteroque die prætores. Literæ primum et mox legati a T. Quintio, simulque a Philippo veniunt Romam; et decem decernuntur legati, quorum ex consilio Quintius regi det leges pacis. 25. Ludi Romani et plebeii. Pacem illam frustra dissuadent consules, Macedoniæ provinciæ cupidi. Tristis ex Hispania citeriore nuntius affertur de adversa fortuna C. Sempronii Tuditani proc. Consulibus ambobus Italia provincia decernitur. 26. Prætores sortiuntur provincias; et prodigia procurantur. 27. Cn. Cornelius Lentulus et L. Stertinius ex Hispaniis redeuntes magnam in ærarium ferunt pecuniam. Bœoti a Quintio, Athenis hybernante, petunt impetrantque, ut hi, qui suæ gentis militaverint apud Philippum, sibi restituantur: sed confestim regi gratias inde agunt, et Brachyllam quendam, principem fautorum ejus, comitiis proximis Bœotarchen faciunt, præteritis Zeuxippo et Pisistrato, societatis Rom. auctoribus. 28. Horum instinctu ille occiditur, et Zeuxippus, suam magis conscientiam, quam indicium hominum metuens, Thebis nocte perfugit Tanagram; de Pisistrato, quem servus prodit, sumitur supplicium. 29. Neque eo contenti Bœoti, sed ad execrabile odium Romanorum efferati, horum milites in Bœotia hybernantes obtruncant. Quod scelus vehementer vindicasset Quintius, nisi Achæi deprecantes leviorem pœnam impetrassent Bœotis.

30. Leges pacis Philippo datæ ex consilio decem legatorum. 31. Omnes Græcorum civitates, in Macedonum ditionem redactæ, liberantur, præter Acrocorinthum, Chalcidem, et Demetriadem, in quibus præsidia esse placet, donec cura decedat de Antiocho: quod Ætoli clam mussantes carpunt. 32. Isthmiis ludis Græciæ libertas voce præconis promulgatur. 33. Effusa Græcorum lætitia. 34. Legati audiuntur Antiochi, et aliæ gentes civitatesque liberæ pronuntiantur. 35. Decem legati ad liberandas suæ quisque regionis civitates discedunt; et Philippus Ætolique legatos Romam mittere jubentur. 36. Conjuratio servorum in Etruria opprimitur a M'. Acilio prætore. Clades Marcello consuli a Corolamo, regulo Boiorum, illata obliteratur victoria, ab Insubribus Comensibusque reportata. 37. Consules junctis exercitibus Boiorum Ligurumque agrum peragrant populantes et triumphant.

38. Antiochus Smyrnæ et Lampsaci oppugnationem molitur, ac præter

alias Hellesponti Chersonesique urbes Lysimachiam, a Thracibus deletam, capit. 39. Eo conveniunt legati Romanorum, et restitui Ptolemæo civitates omnes, quæ ditionis ejus fuerint, postulant. 40. Quibus ferociter respondet rex. 41. Mox falso de morte Ptolemæi rumore allato, Antiochus navigandi in Ægyptum capit consilium: sed Pataris cognito, vivere Ptolemæum, tendit Cyprum, et, plerisque navibus fœda tempestate amissis, Seleuciam et inde Antiochiam redit.

42. Triumviri epulones primum fiunt; et quæstores a sacerdotibus exigunt stipendium, per belli tempus non collatum. Creantur consules (L. Valerius Flaccus, M. Porcius Cato) et inde prætores. Frumentum ab ædilibus curul. populo dividitur, et pecuarii condemnantur ab ædilibus plebis. Ludi Romani et plebeii. 43. Consules prætoresque sortiuntur provincias, et T. Quintio prorogatur imperium, suspectis Antiocho, Ætolis et Nabide. 44. Ver sacrum olim votum ex pontificum jussu faciunt consules. Ab Hispanis jam minus terroris est, laureatis Q. Minucii literis allatis: et omnes curæ, post adventum præcipue decem legatorum, in Antiochum regem convertuntur, et in Nabin, nunc Lacedæmoniorum, mox, si liceat, universæ Græciæ futurum tyrannum. 45. T. Quintio, quod ad Nabin attineat, facere, quæ e re publica censeat esse, permittitur; sed magis jubetur animadvertere, quid acturi sint et Antiochus et Hannibal, qui ad regem illum nuntios literasque mittere dicatur. 46. Idem Hannibal, sufes factus, potentiam ordinis judicum coërcendo exigendoque pecunias residuas multorum potentium animos offenderat. 47. Hi itaque infensi Romanis principibus, amicis quisque suis, scribunt, Hannibalem cum Antiocho consilia belli faciendi inire: eamque ob causam legati Carthaginem mittuntur, nequicquam repugnante Scipione Africano. 48. Sed Hannibal, unum se peti sentiens, relinquit patriam, et in Cercinam insulam trajicit. 49. Inde Tyrum Antiochiamque pervenit; et mox Ephesi consequitur Antiochum.

1. Hæc per hyemem gesta.[1] [a] Initio autem veris Quintius, Attalo Elatiam excito, Bœotorum gentem, incertis ad eam diem animis fluctuantem, ditionis suæ facere cupiens, profectus per Phocidem, quinque millia ab Thebis, quod caput est Bœotiæ, posuit castra. Inde postero die cum unius

NOTÆ

[a] *Hæc per hyemem gesta*] Desiderabatur fere dimidia pars hujus libri ante Lugdunensem anni 1621. editionem, in qua, magno bono publico, ea quæ antea deperdita erant, ex Bambergensi codice prodierunt, ceteris Mss. in hac parte deficientibus ad caput usque decimum septimum. Incipiebant enim reliqui ab his verbis: *Iis partibus cohærens Acarnaniæ quingentos ferme passus, &c.* ubi nunc melius legitur, *arctis faucibus cohærens Acarnaniæ.* Hanc priorem hujus libri partem notis illustravit Horrion; Gallice vertit F. Malherbeus.

signi militibus[b] et Attalo legationibusque,[c] quæ frequentes undique convenerant, pergit ire ad urbem, jussis legionis[2] hastatis (ea duo millia[d] militum erant) sequi se, mille passuum intervallo distantes.[3] Ad medium ferme viæ Bœotorum prætor Antiphilus obvius fuit: cetera multitudo e muris adventum imperatoris Romani regisque prospeculabatur. Rara arma paucique milites circa eos apparebant: hastatos, sequentes procul, anfractus viarum vallesque interjectæ occulebant. Cum jam appropinquaret urbi, velut obviam egredientem turbam salutaret, tardius incedebat. Causa erat moræ, ut hastati consequerentur. Oppidani, ante lictorem turba acta,[4][e] insecutum confestim agmen

1 Vid. Not. Delph. inf.—2 *Legionariis* Kreyssig. ‘Vel in numero hastatorum vitium esse, vel in numero levis armaturæ post institutionem velitum proprie dictorum aliquid mutatum fuisse, putabat Duk. *jussis legionum hastatis,* vel *ii mille quingenti milites erant* (ut pro *ii ∞IↃ mit. erant* scriptum fuerit *ea ∞ ∞ mit. erant*) conj. Drak.’ *Rupert.* Crev. legendum esse censet *duarum legionum.*—3 ‘J. F. Gron. orationem *distantibus* requirere ait. Jac. Gron. conjicit *intervallo distante.* Sed Dukerus *intervallum* ipsum *distare* dici posse negat. At Drak. locutionis *intervallo distante* Latinitatem duobus Ovidii exemplis Met. XI. 715. et in Nuce 85. probat.’ *Doering.* Unicus Ms. *distantis.*—4 *Lictores* Kreyssig. Vid. Not. Delph. inf. ‘*Oppidani autem*

NOTÆ

[b] *Unius signi militibus*] An centuriam intelligit *signi* nomine, an manipulum, qui duabus centuriis constabat? Hoc posterius Lipsio placet Milit. Rom. lib. II. dial. 8. quanquam suum cuique centuriæ, id est, dimidio manipulo vexillum fuisse agnoscit, non Vegetio tantum, sed Polybio ipsoque Livio auctoribus: sed nec signa peditum proprie vexilla temporibus istis; et quemadmodum duo centuriones, ita duo vexillarii seu signiferi in uno manipulo esse potuerunt, quorum posterior nonnisi deficiente priore signum ferret. Adde quod si centuriæ cuique signum suum assignetur, unius signi sexaginta hic tantum milites erunt: exiguus numerus comitando ac tuendo imperatori rem arduam tentanti.

[c] *Legationibusque*] *Legationes* dixit pro legatis diversarum Græciæ civitatum, ad Quintium missis. Sic jurisc. custodias appellant reos, qui in custodia detinentur.

[d] *Ea duo millia*] In legione quatuor ferme millia peditum erant, quorum sexcenti triarii; reliqui in hastatos et principes divisi. Hac ratione hastatorum numerus non excedebat mille septingentos: sed aliquando augebatur numerus militum ultra consuetum morem legionum, ad quinque millia.

[e] *Ante lictorem turba acta*] Minus probabiliter scribit Gron. *oppidani ante lictorum turba acti.* Neque enim proprie dici videtur lictorum turba, qui magistratibus Romanis, præter consules, non facile plures aderant quam sex.

armatorum non ante, quam ad hospitium imperatoris ventum est, conspexere. Tum, velut prodita dolo Antiphili prætoris urbe captaque, obstupuerunt omnes. Et apparebat, nihil liberæ consultationis concilio, quod in diem posterum indictum erat Bœotis, relictum.[5] Texerunt tamen dolorem,[6] [f] quem et nequicquam, et non sine periculo ostendissent.

2. In concilio Attalus primus verba fecit. Orsus a majorum suorum suisque, et communibus in omnem Græciam, et propriis in Bœotorum gentem, meritis, segnior jam [7] [g] et infirmior, quam ut contentionem dicendi sustineret, obmutuit et concidit. Et, dum regem auferunt perferuntque [8] parte membrorum captum, paulisper concio intermissa est. Aristænus inde, Achæorum prætor, eo cum majore [9] auctoritate auditus, quod non alia, quam quæ Achæis suaserat, Bœotis suadebat. Pauca ab ipso Quintio adjecta, fidem magis Romanam, quam arma aut opes, extollente verbis. Rogatio inde, a Platæensi Dicæarcho [h] lata recitataque, de

lictorum turba acti emend. Drak.' *Rupert.*—5 *Relictum esse* Kreyssig. Hic locus in Gron. Doujat. et Crev. ita est distinctus, *indictum erat, Bœotis relictum.*—6 ' Τὸ *tamen* non est in Ms. Bamb. (unde delevit Drak.) sed videtur id sensus requirere, et forte compendio scriptum erat *texerein*, h. e. *texere tamen*; Gron.' *Rupert.*

7 Malebat J. F. Gron. *senior.* Kreyssig. *senior.*—8 *Refoventque* vel *reficiuntque* conj. Gron. et Rupert. malit *perfoventque.*—9 *Majori* Gron. Doujat.

NOTÆ

[f] *Texerunt dolorem*] Scriptum erat *texeretn* a librario; unde Gron. verisimiliter facit, *texere tamen.*

[g] *Segnior jam*] Forte *senior*, ut conjectat Gron. sic apud Virgil. ' Jam senior, sed cruda Deo viridisque senectus.'

[h] *A Platæensi Dicæarcho*] Apparet Dicæarchum pro summo magistratu sumi, desumto nomine a justo principatu: quemadmodum Puteoli in Campania Dicæarchiæ cognomen tulerunt, quasi qui juste regerentur. Alias Dicæarchus proprium nomen est philosophi atque oratoris. Apparet quoque Bœotorum remp. hoc tempore sic fuisse constitutam, ut Thebanorum in ceteras urbes perpetuum non esset imperium, sed per urbes reliquas ambularet, et nunc penes Platæarum prætorem esset. Porro Platææ urbis nomen est, quæ in Bœotia ad Asopum fluvium sita, septuaginta stadiis ab Thebis, qua Athenas ibatur. Ad Platæas victus est Mardonius Xerxis dux a Pausania Spartano. Bello autem Peloponnesiaco Platææ a Thebanis Lacedæmoniorum sociis obsessæ captæque: tunc primum, ni fallor, inventa circumvallatione duplici, interiori adversus obsessos, exteriori adversus

societate cum Romanis jungenda, nullo contra dicere audente, omnium Bœotiæ civitatium suffragiis accipitur jubeturque. Concilio dimisso, Quintius tantum Thebis moratus, quantum Attali repens casus coëgit, postquam non vitæ præsens periculum vis morbi attulisse, sed membrorum debilitatem visa est, relicto eo ad curationem necessariam corporis, Elatiam, unde profectus erat, redit; Bœotis quoque, sicut prius Achæis, ad societatem ascitis, et, quando [10] tuta ea pacataque ab tergo relinquebantur, omnibus jam cogitationibus in Philippum, et quod reliquum belli erat, conversis.

3. Philippus quoque primo vere, postquam legati ab Roma nihil pacati retulerant, delectum per omnia oppida regni habere instituit in magna inopia juniorum. Absumserant enim per multas jam ætates continua bella Macedonas; ipso quoque regnante, et [11] navalibus bellis adversus Rhodios Attalumque, et terrestribus adversus Romanos, ceciderat magnus numerus. Ita et tirones ab sedecim annis milites scribebat, et emeritis quidam stipendiis, quibus modo quicquam reliqui roboris erat, ad signa revocabantur. Ita suppleto exercitu, secundum vernum æquinoctium omnes copias Dium [i] contraxit; ibique stativis positis, exercendo quotidie milite,[12] hostem opperiebatur. Et Quintius per eosdem ferme dies, ab Elatia profectus, præter Thronium et Scarpheam [13] [k] ad Thermopylas pervenit. Ibi concilium Ætolorum, Heracleam indictum,[l] tenuit,[14] consul-

Crev.—10 *Quoniam*, omissa copula, Gron. *Et quoniam* Doujat. Crev. 11 *Macedonas, ipso quoque regnante: et* Gron. Doujat.—12 Conj. Rupert. *exercens q. militem;* vel *exercendi q. militis* sc. causa.—13 *Scarpeam* Ms. Bamb. et edd. antt. *Scarpen* Quærengus corrigit.—14 '*Tenuit* pro *tenuit*

NOTÆ

auxilia. Sed paulo post recepta hæc urbs ab Atheniensibus fuit.

[i] *Dium*] Urbs fuit Macedoniæ in Pieria regione ad sinum Thermaicum: nomen retinet; Italis *Dio*.

[k] *Et Scarpheam*] Fuit Scarphia, sive Scarphe, oppidum Locrorum qui circa Cnemidem, ad sinum Maliacum, sive Œtæum, non procul Boagrii ostio: nunc *Bondoniza*, ut censet Molet.

[l] *Heracleam indictum*] Hæc Heraclea, Trachinia cognomine, inter Asopum et Sperchium flumina in sinum Maliacum se exonerantia, ad septemtrionem Thermopylarum sita fuit.

tantium quantis auxiliis Romanum ad bellum sequerentur. Cognitis sociorum decretis, tertio die ab Heraclea Xynias progressus,[15] in confinio Ænianum Thessalorumque positis castris, Ætolica auxilia opperiebatur. Nihil morati Ætoli sunt. Phænea duce duo millia peditum[16] cum equitibus quadringentis venerunt. Ne dubium esset, quid expectasset, confestim Quintius movit castra. Transgresso in Phthioticum agrum quingenti Gortynii[m] Cretensium, duce Cydante,[17] et trecenti Apolloniatæ, haud dispari armatu,[a] [18] se conjunxere; nec ita multo post Amynander cum Athamanum peditum ducentis et mille.[n] Philippus, cognita profectione ab Elatia Romanorum, ut cui de summa rerum adesset certamen, adhortandos milites ratus, multa jam sæpe memorata de majorum virtutibus, simul de militari laude Macedonum, cum disseruisset, ad ea, quæ tum maxime animos terrebant, quibusque erigi ad aliquam spem poterant, venit.

4. Acceptæ ad Aoum flumen[o] in angustiis cladi, territa Macedonum phalange, ad Atracem[11] vi pulsos[p] Romanos

[a] *Simili armatura sive armorum genere.*

eum; nisi eum post *indictum* excidit.' *Duk.*—15 *Prægressus* Kreyssig.—16 *Ducenti pedites* edd. ante Gron.—17 *Cyndate* olim legebatur. '*Cydate* emend. Horrion, Gron. Crev. decepti corrupta lectione ap. Polyb.' *Rupert.* *Cydate* habet et Doujat.—18 'Quærengus *armatura*. Nobis nihil mutare libuit.' *J. F. Gron.*

11 'Pro *territa* in Ms. Bamb. est *terra:* unde Horrion conj. *terra a Macedonum p. ad A. vi p. Romanos,* (qui obsidione Atracis relicta Anticyram se contulere in Phocidem,) et recte, opinor, Gron. *ter a Maced. ph. ad A. cet.*' Ru-

NOTÆ

[m] *Quingenti Gortynii*] Urbs olim fuit Cretæ insulæ Gortyna: nunc pagus nomine *Gurtina,* sub Ida monte, non procul Gnosso.

[n] *Cum Athamanum peditum ducentis et mille*] Usitatius, 'cum mille ducentis Athamanibus.' Sed maluit Livius variandæ phraseos causa, quasi ex Athamanibus, sive ex numero, vel gente Athamanum.

[o] *Ad Aoum flumen*] De prælio ad Aoum vide lib. XXXII. cap. 12. Plut. ad Apsum ait commissum hoc prælium. Sed hæc duo flumina non multum inter se distant.

[p] *Ad Atracem vi pulsos*] De Atrace oppido Pelasgiotidis ad Peneum lib. XXXII. cap. 15. Id oppidum frustra obsessum a Quintio, qui coactus est Anticyram et maritimum tractum petere: XXXII. 17. et 18. Ideo cladi ad Aoum, ubi territa a Romanis Ma-

opponebat: 'et illic tamen, ubi insessas fauces Epiri non tenuissent, primam culpam fuisse eorum, qui negligenter custodias servassent; secundam, in ipso certamine, levis armaturæ mercenariorumque militum. Macedonum vero phalangem et tunc stetisse, et loco æquo justaque pugna semper mansuram invictam.' Decem et sex millia militum[q] hæc fuere, robur omne virium et regni. Ad hoc duo millia cætratorum, quos peltastas appellant,[r] Thracumque et Illyriorum (Trallis nomen est genti)[12] [s] par numerus bina millia erant, et mixti ex pluribus gentibus mercede conducti auxiliares mille ferme[13] et duo millia equitum. Cum iis copiis rex hostem opperiebatur. Romanis ferme par numerus erat; equitum copiis tantum,[14] quod Ætoli accesserant, superabant.[b]

5. Quintius ad Thebas Phthioticas[t] castra cum movisset, spem nactus per Timonem[15] principem civitatis prodi urbem, cum paucis equitum levisque armaturæ ad muros successit. Ibi adeo frustrata spes est,[c] ut non certamen modo cum erumpentibus, sed periculum quoque atrox sub-

[b] *Superiores erant Romani, ideo tantum, vel eatenus solum, quatenus eis se adjunxerant Ætoli.*

[c] *Ita eum spes sua decepit.*

pert. *Ter a Macedonum phalange* Kreyssig.—12 *Triballi . . . gentis* edd. ante Gron. *Est nomen genti* Kreyssig.—13 *Et quingenti* add. Kreyssig. Mox *bis mille* edd. ante Gron.—14 *Erat, qui tamen copiis* edd. ante Gron. Al. *qui tum copiis.*

NOTÆ

cedonum phalanx, vi pulsos a Macedonibus ad Atracem Romanos Philippus opponebat. Horrion mavult *terra a Macedonum phalange ad Atracem vi pulsos, &c.* ut territæ phalangis Philippus non meminerit, sed acceptam ad Aoum cladem abunde pensatam velit Romanis terra per vim pulsis atque ad maritima compulsis.

[q] *Decem et sex millia militum*] Ecce numerum phalangis Macedonicæ.

[r] *Duo millia cætratorum, quos peltastas appellant*] A breviori scuto, in formam lunæ semiplenæ, atque ita sine umbone, appellationem sortiebatur hoc militum genus. Cætram vocabant barbari, Græci πέλτην.

[s] *Trallis nomen est genti*] Illyriorum genus fuere Tralli, quorum regio Trallia, diversi a Trallibus Lydiæ in minori Asia. De illis supra XXXI. 35.

[t] *Ad Thebas Phthioticas*] Aliæ fuere a Thebis Bœoticis et Ægyptiacis hæ Thebæ in Phthiotide Thessaliæ regione ad sinum Pelasgicum, nunc *Zeiton.*

iret; ni castris exciti repente pedites equitesque in tempore subvenissent. Et postquam nihil conceptæ temere spei succedebat, urbis quidem amplius tentandæ in præsentia conatu absistit; ceterum satis gnarus, jam in Thessalia regem esse, nondum comperto, quam in regionem venisset, milites per agros dimissos vallum cædere et parare jubet. Vallo et Macedones [u] et Græci usi sunt; sed usum nec ad commoditatem ferendi, nec ad ipsius munitionis firmamentum aptaverunt. Nam et majores et magis ramosas arbores cædebant, quam quas ferre cum armis miles posset; et cum castra his ante objectis sepsissent, facilis molitio eorum valli erat. Nam et quia rari stipites magnarum arborum eminebant, multique et validi rami præbebant, quod recte manu caperetur, duo aut summum tres juvenes connisi arborem unam evellebant. Qua evulsa,[16] portæ instar extemplo patebat, nec in promtu erat, quod obmolirentur. Romanus leves et bifurcos plerosque et trium [17] aut, cum plurimum, quatuor ramorum vallos cædit, ut et suspensis ab tergo armis ferat plures simul apte miles; et ita densos offigunt[18] implicantque ramos, ut neque, quæ cujusque stipitis palma [19] [x] sit, pervideri possit: et adeo acuti

15 In edd. ante Gron. a. 1665. *per Dimonem.*—16 *Vulsa* Gron. Doujat. Crev.—17 *Vel trium* Crev. Kreyssig.—18 *Affigunt* edd. antt.—19 ' Ex Po-

NOTÆ

[u] *Vallo et Macedones*] Notandum discrimen inter Græcorum et Romanorum vallos. Horum hac in re morem describit accurate Polyb. l. XVII. cujus verborum interpretatio lucem huic Livii loco afferre potest: 'Recte,' inquit, 'defigunt seu pangunt (vallos scilicet) implicantes alios aliis: ita ut neque facile distingui possit qui sint rami sive cornua cujusque defossorum in terra stipitum, neque qui stipites seu valli sint cujusque rami. Unde fit ut si quis vellere conetur, nec iis manum facile admovere possit, quod densi et invicem incurvati, ac stricte connexi sint; et si apprehendat, vix tamen possit extrahere: tum quod omnes eorum commissuræ proprium robur habeant ex terra cui infixi inhærent; tum quod si unus e ramis trahatur, non statim avelli queat, ob multas propagines mutuo consertas, quæ ramo cuique cohærent. Nec vero facile contingit, ut duo tresve hostes eundem palum apprehendant: quod si forte acciderit ut unus et alter extrahatur, ne spatium quidem apertum adeo patet, ut nisi ægre aditum in castra non præbeat.'

[x] *Cujusque stipitis palma*] Id est ramus. Vitis proprie dicitur *palmes*

aliusque per alium immissi radii [20] locum ad inserendam manum non relinquunt, ut neque prehendi, quod trahatur, neque trahi, cum inter se innexi rami vinculum invicem præbeant, possit; et, si evulsus forte est unus, nec loci multum aperit, et alium reponere perfacile est.

6. Quintius postero die, vallum secum ferente milite, ut paratus omni loco castris ponendis esset, progressus modicum iter, sex ferme millia a Pheris cum consedisset, speculatum, in qua parte Thessaliæ hostis esset, quidve pararet, misit. Circa Larissam [y] erat rex, qui [1] certior jam factus, Romanum ab Thebis Pheras movisse, defungi [2] quam primum et ipse certamine cupiens, ducere ad hostem pergit, et quatuor millia fere a Pheris posuit castra. Inde postero die cum expediti utrimque ad occupandos super urbem tumulos processissent, pari ferme intervallo ab jugo, quod capiendum erat, cum inter se conspecti essent, constiterunt; nuntios in castra remissos, qui, quid sibi, cum [3] præter spem hostis occurrisset, faciendum esset, consulerent, quieti opperientes. Et illo quidem die, nullo inito certamine, in castra revocati sunt. Postero die circa eosdem tumulos equestre prælium fuit; in quo non minimum [4] Ætolorum opera regii fugati, atque in castra compulsi sunt. Magnum utrisque impedimentum ad rem gerendam fuit ager consitus crebris arboribus, hortique, ut in suburbanis

lyb. (vid. Not. Var.) suspicari possis, inter verba *palma* et *sit* excidisse hæc, *neque qui quarumque palmarum stipes;* vel, quod Crev. putabat, *neque quis cujusque palmæ stipes;* et mutilus quoque hic locus visus est Gron. Sed Livius forte brevius eandem expressit sententiam. Tum etiam non est, quod cum Bauero mox vel *relinquant* legas pro *relinquunt*, ut pendeat ab *ut neque*, cui alioqnin nil respondere putat, vel vulgatam lect. per ἀνακόλουθον defendas.' *Rupert.*—20 *Rami* mavult Rupert.

1 *Qui* del. Kreyssig.—2 Hic locus in ed. Kreyssig. ita est distinctus, *movisse. Defungi.*—3 *Quando* Kreyssig.—4 *Minima* Gron. Doujat.—5 *Coarctata*

NOTÆ

et *palma*, ut significentur majores rami. Vide Varronem de R. R. l. I. c. 31. Hic vero *palma* de ramo majore cujusvis arboris dicitur. Polybius in hac historia habet κεραίας, hoc est, ramos e stipite, quasi cornua prodeuntes. *J. Clericus.*

y *Circa Larissam*] Hic Larissam intellige Thessaliæ totius metropolim ad Peneum.

locis, et coarctata[5] itinera maceriis et quibusdam locis interclusa. Itaque pariter ducibus consilium fuit excedendi ea regione, et, velut ex prædicto, ambo Scotussam[z] petierunt; Philippus, spe frumentandi inde; Romanus, ut prægressus corrumperet hosti frumenta. Per diem totum, quia colles perpetuo jugo intererant, nullo conspecta inter se loco agmina ierunt. Romani ad Eretriam Phthiotici agri, Philippus super amnem Onchestum[a] posuit castra. Ne postero quidem die, cum Philippus ad Melambium,[6] [b] quod vocant, Scotussæi agri, Quintius circa Thetidium Pharsaliæ terræ posuisset castra, aut hi, aut illi, ubi hostis esset, satis compertum habuerunt. Tertio die primo nimbus effusus, dein caligo noctis simillima Romanos metu insidiarum tenuit.

7. Philippus maturandi itineris causa, post imbrem nubibus in terram demissis nihil deterritus,[d] signa ferri jussit. Sed tam densa caligo occæcaverat diem, ut neque signiferi viam, nec signa milites cernerent; agmen ad incertos clamores vagum velut errore nocturno turbaretur. Supergressi tumulos, qui[7] Cynoscephalæ vocantur,[c] relicta ibi statione firma peditum equitumque, posuerunt castra. Romanus eisdem ad Thetidium castris cum se tenuisset, exploratum tamen, ubi hostis esset, decem turmas equitum et

[d] *Non deterritus est, quamvis densa nebula terræ incumberet, visumque impediret.*



Gron. Donjat. Crev.—6 *Melandium* ed. Rom.

NOTÆ

[z] *Ambo Scotussam*] Fuit in Magnesia ad Pelasgiotidis fines: et adhuc priscum nomen servare dicitur.

[a] *Super amnem Onchestum*] In Thessalia fuit hic amnis, Polybio teste, ad Mycalessum, vulgo *Malacasa.* Suspicor eum esse qui Magnesiam aliqua ex parte dividit a Pelasgiotide, atque inter Elatiam Pelasgicam ac Tempe defluit in Peneum.

[b] *Philippus ad Melambium*] Melambium Scotussæi, Thetidium Pharsalici tractus loca fuere; illud in Pelasgiotide, hoc in Phthiotide: et Thetidii meminit Euripides ejusque scholiastes initio Andromaches, citante Horrione.

[c] *Qui Cynoscephalæ vocantur*] Fuere hi inter Scotussam et Pharsalum in confinio Pelasgiotidis, Phthiotidis, et Magnesiæ provinciarum Thessalicarum, non procul Eretria. Nomen habuere a similitudine caninorum capitum.

mille pedites[8 d] misit, monitos, ut ab insidiis, quas dies obscurus apertis quoque locis tecturus esset, præcaverent. Ubi ventum ad insessos tumulos est, pavore mutuo injecto velut torpentes quieverunt. Dein, nuntiis retro in castra ad duces missis, ubi primus terror ab necopinato visu consedit, non diutius certamine abstinuere. Principio a paucis procurrentibus lacessita pugna est, deinde subsidiis tuentium[9] pulsos[e] aucta: in qua cum haudquaquam pares Romani alios super alios nuntios ad ducem mitterent, premi sese; quingenti equites et duo millia peditum, maxime Ætolorum, cum duobus tribunis militum propere missa, rem inclinatam restituerunt; versaque fortuna, Macedones laborantes opem regis per nuntios implorabant. Sed, ut qui nihil minus illo die propter effusam caliginem,[10 f] quam prælium, expectasset, magna parte hominum omnis generis pabulatum missa, aliquamdiu inops consilii trepidavit: deinde, postquam nuntii instabant, et jam juga montium detexerat nebula,[11] et in conspectu erant Macedones, in tumulum maxime editum inter alios compulsi, loco se magis, quam armis, tutantes; committendam rerum summam in discrimen utcumque ratus, ne partis indefensæ jactura fieret, Athenagoram ducem mercede militantium cum omnibus, præter Thracas, auxiliis et equitatu Macedonum ac[12] Thessalorum mittit. Eorum adventu depulsi ab jugo Romani non ante restiterunt, quam in planiorem vallem perventum est. Ne effusa detruderentur fuga, plurimum

7 Conj. *quæ* Drak.—8 Conj. J. F. Gronov. *velites*.—9 'In Ms. *tuentum plissis*: unde *utrimque missis* conj. Horrion.' *Rupert.* *Tuentum* Gron. Crev. —10 *Offusam* Crev. Ernest. Kreyssig. Doer. c. Drak.—11 'Forte Livius scripsit *jam jugis montium* (ut mox *tumulum maxime editum*) *decesserat nebula*, aut *jam lux matutina disjecerat nebulam*.' Rupert.—12 *Et* Gron. Crev.—13 *Pe-*

NOTÆ

[d] *Et mille pedites*] Mille *velites* scripsisse Livium auguratur Gronovius ex Polybio, qui εὐζώνους vocat.

[e] *Subsidiis tuentium pulsos*] In Ms. erat *tuentum plissis*: correxit Quærengus. Horrioni placuerat *subsidiis utrimque missis*, et idem utriusque sensus.

[f] *Propter effusam caliginem*] Scribit Gronovius *offusam*, recte: rationem reddit IV. Observ. *offusa* est objecta oculis.

in Ætolis equitibus præsidii fuit. Is longe tum optimus eques in Græcia erat: pedites[13 g] inter finitimos vincebantur.

8. Lætior res, quam pro successu pugnæ, nuntiata, cum alii super alios recurrentes ex prælio clamarent, fugere pavidos Romanos, invitum et cunctabundum, et dicentem temere fieri, non locum sibi placere, non tempus, perpulit, ut educeret omnes copias in aciem.[e] Idem et Romanus, magis necessitate, quam occasione pugnæ inductus, fecit. Dextrum cornu, elephantis ante signa instructis, in subsidiis reliquit: lævo cum omni levi armatura in hostem vadit; simul admonens, 'cum iisdem Macedonibus pugnaturos, quos ad Epiri fauces, montibus fluminibusque septos, victa naturali difficultate locorum, expulissent, acieque expugnassent; cum iis, quos P. Sulpicii prius ductu obsidentes Eordææ aditum[14 h] vicissent.[f] Fama stetisse, non viribus, Macedoniæ regnum. Eam quoque famam tandem evanuisse.' Jam perventum ad suos in ima valle stantes erat, qui adventu exercitus imperatorisque pugnam renovant, impetuque facto rursus avertunt hostem. Philippus cum cætratis et cornu dextro peditum, robore Macedonici exercitus, quam phalangem vocabant, propero cursu ad hostem vadit. Nicanori, ex purpuratis uni, ut cum reliquis

[e] *Nuntius felicioris successus quam revera erat ad Philippum perlatus, &c. eum cunctantem impulit ad prælium committendum.*

[f] *Quos Macedonas vicerant Romani, cum illi angustias insedissent, quibus in Eordæam ingressus patebat.*

dite emend. Gron. et Drak. *Pedite* in ed. Doujat. invenitur.

14 Ex emend. Gron. pro vulg. *in eodem aditu. Obsistentes in Eordææ*

NOTÆ

[g] *Pedites* [*pedite*] .... *vincebantur*] Vulgo *pedites:* quod tolerari potest; significat enim superatos a vicinis Ætolos, si pedites pugnarent: *quand ils se battoient à pied.* Melius tamen *pedite;* id est, peditatu inferiores erant.

[h] *Obsidentes Eordææ aditum*] Scriptum fuerat, *obsidentes in eodem aditu:* sed non in iisdem faucibus victus fuerat Philippus a Sulpicio, in quibus a T. Quintio nuper fusus erat; hæc enim pugna ad Aoum commissa est lib. XXXII. c. 11. et 12. Sulpicii autem victoria ad Octolophum et in aditu Eordææ lib. XXXI. c. 36. et seqq. ideo verisimili conjectura Gron. emendavit *obsidentes Eordææ aditum.*

copiis confestim sequatur, imperat. Primo, ut in jugum evasit, et, jacentibus ibi paucis armis corporibusque hostium, prælium eo loco fuisse, pulsosque inde Romanos, et pugnari prope castra hostium vidit, ingenti gaudio est elatus: mox, refugientibus suis, et terrore verso, paulisper, incertus an in castra reciperet copias, trepidavit: deinde, ut appropinquabat hostis, et, præterquam quod cædebantur aversi,[15] nec, nisi defenderentur, servari poterant, ne ipsi quidem in tuto jam receptus erat; coactus, nondum assecuta parte suorum,[g] periculum summæ rerum facere, equites levemque armaturam, qui in prælio fuerant, dextro in cornu locat. Cætratos et Macedonum phalangem, hastis positis, quarum longitudo impedimento erat, gladiis rem gerere jubet. Simul, ne facile perrumperetur acies, dimidium de fronte demtum introrsus porrectis ordinibus duplicat, ut longa potius, quam lata, acies esset. Simul et densari ordines jussit, ut vir viro, arma armis jungerentur.

9. Quintius, his, qui in prælio fuerant, inter signa et ordines acceptis, tuba dat signum. Raro alias tantus clamor dicitur in principio pugnæ exortus. Nam forte utraque acies simul conclamavere; nec solum qui pugnabant, sed subsidia etiam, quique tum maxime in prælium [i] veniebant. Dextro cornu rex, loci plurimum auxilio, ex jugis altioribus pugnans, vincebat; sinistro, tum cum maxime appropinquante phalangis parte, quæ novissimi agminis fuerat, sine ullo ordine trepidabatur.[h] Media acies, quæ propior dextrum cornu erat, stabat spectaculo velut nihil ad se

[g] *Cum adhuc pars Macedonum abesset a reliquo exercitu, quem nondum erat consecuta.*

[h] *In sinistro cornu Macedonum, cum eo ipso momento appropinquaret postrema pars phalangis, et nondum ordinata in aciem, sed incomposita esset, trepidatio erat.*

aditu Kreyssig.—15 *Adversi* edd. ante Gron. Mox *ac ne ipsi* Gron. Doujat. Crev.

NOTÆ

[i] *Quique tum maxime in prælium*] Gall. *et ceux qui ne faisoient que d'arriver au combat.*

pertinentis pugnæ intenta: phalanx, quæ venerat,[16] [k] agmen magis, quam acies, aptiorque itineri, quam pugnæ, vixdum in jugum evaserat. In hos incompositos Quintius, quanquam pedem referentes in dextro cornu [17] suos cernebat,[l] elephantis prius in hostem actis, impetum facit; ratus partem profligatam cetera tracturam. Non dubia res fuit. Extemplo terga vertere Macedones, terrore primo bestiarum [18] aversi. Et ceteri quidem hos pulsos sequebantur: unus e tribunis militum, extemplo capto consilio, cum viginti signorum militibus,[m] relicta ea parte suorum, quæ haud dubie vincebat, brevi circuitu dextrum cornu hostium aversum invadit. Nullam aciem ab tergo adortus non turbasset;[19] ceterum ad communem omnium in tali re trepidationem accessit, quod phalanx Macedonum, gravis atque immobilis, nec circumagere se poterat,[n] nec hoc, qui a fronte, paulo ante pedem referentes, tunc [20] ultro territis instabant, patiebantur.[i] Ad hoc loco etiam premebantur, quia jugum, ex quo pugnaverant, dum per proclive pulsos

[i] *Neque circumagi phalangem sinebant Romani, qui paulo quidem antea pedem referebant: nunc autem instabant Macedonibus territis impressione tribuni militum a tergo urgentis.*



16 'Forte *quæ modo venerat*, nisi cum Gron. leg. *quæ læva erat*, h. e. altera phalangis pars, quæ sinistrum cornu constituere debebat.' *Crev.*—17 'Immo leg. cum Gron. *in sinistro* vel *lævo cornu*, aut cum Periz. Anim. Hist. c. 8. p. 338. *in altero cornu*. Nam rex vincebat dextro cornu suo, cui oppositum erat sinistrum cornu Romanorum; qui itaque in eo pedem referebant. Vulgatam lect. defendit Duker.' *Rupert.*—18 'Forte *belluarum*, quia de prælio agitur.' *Rupert.* Mox 'pro *extemplo* forte leg. *ex tempore*.' Rupert.—19 '*Nudam aciem ab tergo adortus cum turbasset.* Non hæc veteris codicis lectio est, sed conjectura doctissimi Quærengi.' *J. F. Gron.*—20 In Gron. Doujat. Crev. ita est locus distinctus, *poterat, nec hoc qui a fronte paulo ante pedem referentes, tunc cet.* In Kreyssig. *nec hoc, qui a fronte paulo ante cet.*

NOTÆ

[k] *Phalanx, quæ venerat*] Non improbabilis Gronovii est conjectura ex Polyb. *phalanx quæ læva erat.*

[l] *Quanquam pedem referentes in dextro cornu suos cernebat*] Immo sane in lævo cornu, quod dextro Macedonum cornui oppositum, ut notat Gron. firmatque Polybii testimonio.

[m] *Cum viginti signorum militibus*] Per signa videntur intelligi manipuli; sic erunt centuriæ quadraginta.

[n] *Nec circumagere se poterat*] Quia scilicet phalanx densis ultra modum constabat ordinibus, ut superiori capite dictum est: adeo ut spatium inter cohærentes milites vix relinqueretur. Unde se vertere et circumagere non poterant.

insequuntur, tradiderant hosti ad terga sua circumducto. Paulisper in medio cæsi; deinde omissis plerique armis capessunt fugam.

10. Philippus cum paucis peditum equitumque primo tumulum altiorem inter ceteros cepit, ut specularetur,[o] quæ in læva parte suorum fortuna esset; deinde, postquam fugam effusam animadvertit, et omnia circa juga signis atque armis fulgere, tum[1] et ipse[p] acie excessit. Quintius, cum institisset cedentibus,[2] repente quia erigentes hastas Macedonas conspexerat, quidnam pararent incertus, paulisper novitate rei[3] constituit signa; deinde, ut accepit, hunc morem esse Macedonum tradentium sese, parcere victis in animum[4] habebat.[q] Ceterum ab ignaris militibus omissam ab hoste pugnam, et quid imperator vellet, impetus in eosdem factus,[5] et, primis cæsis, ceteri in fugam dissipati sunt. Rex effuso cursu Tempe petit. Ibi ad Gonnos diem unum substitit ad excipiendos, si qui prælio superessent. Romani victores in castra hostium spe prædæ irruunt; verum ea magna jam ex parte direpta ab Ætolis inveniunt. Cæsa eo die octo hostium[6] millia, quinque capta. Ex victoribus septingenti ferme ceciderunt. Si

1 Vid. Not. Delph. inf. 'Τὸ *tum* J. F. Gronovius enatum esse putat ex *rom.* Livium enim haud dubie scripsisse *signis atque armis fulgere Romanis, et ipse.* Me quidem particula *tum,* bene τῷ *postquam* respondens, haud offendit; nec quisquam τὸ *Romanis* facile desideret.' *Doering.*—2 *Cedentibus institisset* Gron. Doujat. Crev.—3 *Per novitatem rei* Kreyssig. Mox *accipit* Gron. —4 Conj. Horrion Livium scripsisse *in animo.*—5 *In eos factus* Gron. Doujat. Crev. *In eos est factus* Kreyssig.—6 ' Post *hostium* in Ms. erat lacuna; sequebatur enim *capta ex victoribus:* sed eam expleas licet ex Orosio IV. 20.'

NOTÆ

o *Cepit, ut specularetur*] In Ms. post verbum *cepit* erat lacuna, quæ Romæ impleta est, inserta particula *ut:* Horrion ejus loco reposuit *unde.*

p *Atque armis fulgere, tum et ipse*] Ex eo quod scriptum erat, *rom,* priores fecerant *tum:* recte Gron. fecit *Romanis:* ut esset *signis et armis fulgere Romanis, et ipse acie excessit.*

q *In animum habebat*] Romæ correctum est, scriptumque ad marginem, *in animo.* Sed potuit Livius Plautum imitari, apud quem in Amphitryone legitur: 'numero mihi in mentem fuit.' Nec innsitatum Livio accusandi casum post præpositionem in, loco ablativi, subjicere: et 'in animum habebat,' pro induxerat in animum.

Valerio [r] quis credat, omnium rerum immodice numerum augenti, quadraginta millia hostium eo die sunt cæsa; capta, ubi modestius mendacium est, quinque millia septingenti, signa militaria ducenta unum [7] et quadraginta. Claudius quoque duo et triginta millia hostium cæsa scribit, capta quatuor millia et trecentos. Nos non minimo potissimum numero [8] credidimus, sed Polybium secuti sumus, non incertum auctorem cum omnium Romanarum rerum, tum præcipue in Græcia gestarum.

11. Philippus, collectis ex fuga, qui, variis casibus pugnæ dissipati, vestigia ejus secuti fuerant, missisque Larissam ad commentarios regios comburendos, ne in hostium venirent potestatem, in Macedoniam concessit.[9] Quintius, captivis prædaque venumdatis, partim militi concessis, Larissam est profectus, haud dum satis gnarus, quam regionem petisset rex, quidve pararet. Caduceator eo regius [s] venit, specie ut induciæ essent, donec tollerentur ad sepulturam, qui in acie cecidissent; re vera ad petendam veniam legatis mittendis.[k] Utrumque ab Romano impetratum. Adjecta et [10] illa vox, 'bono animo esse regem ut juberet:' quæ maxime Ætolos offendit, jam tumentes [11] querentesque,[l] 'mutatum victoria imperatorem. Ante pugnam omnia magna parvaque communicare cum

[k] *Ad petendum commeatum et liberum facultatem ad eum veniendi.*
[l] *Ira turgidos et cum indignatione conquerentes.*

Horrion.—7 *Novem* Kreyssig.—8 'Dukerus, cui hæc obscura videbantur, parum feliciter tentabat *non minimum . . . numerum.*' Doering.
9 *Cessit* Gron. Doujat. Crev.—10 *Adjecta etiam* Kreyssig.—11 *Timentes*

NOTÆ

[r] *Si Valerio*] Prior calculus cæsorum captorumque Macedonum ex Polybio est, (quem sequitur post Nostrum Plutarchus.) Valerius Antias omnia mirum in modum amplificat: paulo modestior Claudius Quadrigarius.

[s] *Caduceator eo regius*] Romani feciales vocabant a se missos pacis, induciarum, belli internuntios: missos vero ab aliis gentibus caduceatorum nomine appellabant a caduceo, quod eorum insigne: Græcis *κήρυκες* dicebantur, eodem vocabulo quo præcones.

sociis solitum; nunc omnium expertes consiliorum esse: suo ipsum arbitrio cuncta agere: cum Philippo jam gratiæ privatæ locum quærere; ut dura atque aspera belli Ætoli exhauserint, pacis gratiam et fructum Romanus in se vertat.' Et haud dubie decesserat iis aliquantum honoris: sed, cur negligerentur, ignorabant. Donis regiis [12] imminere credebant invicti ab ea cupiditate animi virum:[m] sed et succensebat non immerito Ætolis, ob insatiabilem aviditatem prædæ et arrogantiam eorum, victoriæ gloriam in se rapientium, quæ vanitate sua [t] omnium aures offendebat; [13] et Philippo sublato, fractis opibus Macedonici regni, Ætolos habendos Græciæ dominos cernebat. Ob eas causas multa sedulo, ut viliores levioresque apud omnes essent et viderentur, faciebat.

12. Induciæ quindecim dierum datæ hosti erant, et cum ipso rege constitutum colloquium: cujus priusquam tempus veniret, in consilium advocavit socios.[u] Retulit,[14] quas leges pacis placeret dici. Amynander Athamanum rex paucis sententiam absolvit; 'ita componendam pacem esse, ut Græcia, etiam absentibus Romanis, satis potens tuendæ simul pacis libertatisque esset.' [15] Ætolorum asperior oratio fuit, qui pauca præfati,[16] 'recte atque ordine [x] imperatorem Romanum facere, quod, quos belli socios habuisset, cum iis communicaret pacis consilia: falli autem

[m] *Existimabant Quintium, qui vir erat animo adversus lucri cupiditatem invicto, inhiare muneribus a Philippo rege accipiendis.*

jam edd. ante Gron. *Tumentes jam* Gron. Donjat. Crev.—12 *Regis* Kreyssig. —13 'Non opus est, ut hic locus cum J. F. Gron. corrigatur sic; *qua vanitate sua . . . offendebant.*' Doering.

14 '*Advocatis sociis retulit* malebat Gron. Poterat sic Livius; sed voluit aliquando minutatim et carptim scribere; Bauer. *advocavit socios, ad quos* vel *et ad eos retulit*, vel *advocavit, et ad socios retulit* conj. Drak. Sed *retulit* h. l. dictum pro *retulit ad consilium.*' Rupert.—15 Vid. Not. Var.—16 'Forte *profati*, sc. sunt, vel dixerunt. *paucis* malebat Bauer. ob seq. infinit. Cur ita

NOTÆ

[t] *Quæ vanitate sua*] Melius quod subjecit Gron. *qua vanitate sua omnium aures offendebant*, nimirum Ætoli.

[u] *Advocavit socios*] Nempe T. Quintius Flamininus.

[x] *Recte atque ordine*] Alexandro Ætolo hunc sermonem tribuit Polyb.

cum tota re, si aut Romanis pacem, aut Græciæ libertatem satis firmam se credat relicturum, nisi Philippo aut occiso, aut regno pulso; quæ utraque proclivia esse, si fortuna uti vellet.' Ad hæc Quintius negare, 'Ætolos aut moris Romanorum memores, aut sibi ipsis [17] convenientem sententiam dixisse; et illos prioribus omnibus conciliis colloquiisque de conditionibus pacis semper, non [18] ut ad internecionem bellaretur, disseruisse, et Romanos, præter vetustissimum morem victis parcendi, præcipuum clementiæ documentum dedisse, pace Hannibali et Carthaginiensibus data. Omittere se Carthaginienses. Cum Philippo ipso quoties ventum in colloquium? nec unquam, ut cederet regno, actum esse. An, quia victus [19] prælio foret, inexpiabile bellum factum? Cum armato hoste infestis animis concurri debere: adversus victos mitissimum quemque animum maximum habere.[20] [y] Libertati Græciæ videri graves Macedonum reges. Si regnum gensque tollatur, Thracas, Illyrios, Gallos deinde,[1] [z] gentes feras et indomitas, in Macedoniam

autem redundet post *falli*, quod idem monet, non assequor.' *Rupert.*—17 *Memorem aut sibi ipsos* malebat Gron. *Memorem* Kreys.—18 Olim legebatur *consiliis:* deinde excidit negativa particula *non.*—19 *In* inserit Kreyssig.—20 '*Quemque* hominem *animum maximum habere;* nisi legere malis *haberi*, et *mitissimum quemque animum* jungere; vel potius cum Duk. verba sic trajicere, *maximum quemque mitissimum animum habere*, ut *mitissimus animus* opponatur *infesto*, et *victus* hostis *armato*.' Rupert. Vid. Not. Delph. inf.—1 Vid. Not. Delph.

NOTÆ

[y] *Animum maximum habere*] In scripto non extat τὸ *animum:* unde conjicit Horrion *mitissimum quemque maximum haberi:* et potest τὸ *mitissimum* vel de homine quovis accipi, vel etiam de animo: atque hoc nomen repeti aut intelligi potest ex præcedenti membro, ubi scriptum, 'infestis animis.'

[z] *Gallos deinde*] De quibus Gallis intelligendum dubitari potest. Sunt qui de Gallis Asiaticis, qui et Galatæ, accipiendum hic Livium putent. Sed hi, quamvis ante annos ferme 80. Macedoniæ reges ex ordine quatuor, Ptolemæum Ceraunum, Meleagrum, Antipatrum, Sosthenem bello victos interfecissent, Græciam populati essent, templumque Delphicum spoliassent; nunc tamen longius dissiti erant a Græcia, quam ut valde timenda esset eorum irruptio, intercedente inter utramque regionem Ægæo mari, quod nec Galatia attingebat. Timendi ergo fuere Scordisci, quam Gallicam ad Danubium gentem circa Sirmium habitasse, Triballis finitimam, diuque ingentem terrarum tractum inter Danubium et Macedoniam obtinuisse ex Strab. lib. VII. ex

se et in Græciam effusuras. Ne, proxima quæque amoliendo, majoribus gravioribusque aditum ad se facerent.' Interfanti deinde Phæneæ prætori Ætolorum testificantique, si elapsus eo tempore Philippus foret, mox gravius eum rebellaturum, 'Desistite tumultuari,' inquit, 'ubi consultandum est. Non iis conditionibus illigabitur pax,[2][a] ut movere bellum possit.'

13. Hoc dimisso concilio, postero die rex ad fauces, quæ ferunt in Tempe, (is datus[3] erat locus colloquio,[b]) venit: tertio die datur ei Romanorum ac sociorum frequens concilium. Ibi Philippus perquam prudenter, iis, sine quibus pax impetrari non poterat, sua potius voluntate omissis,[4] quam ut[5] altercando extorquerentur, 'quæ priore colloquio aut imperata a Romanis, aut postulata ab sociis essent, omnia se concedere, de ceteris senatui permissurum,' dixit. Quanquam vel inimicissimis[6] omnibus præclusisse vocem videbatur, Phæneas tamen Ætolus, cunctis tacentibus, 'Quid? nobis,' inquit, 'Philippe, reddisne tandem Pharsalum[c] et Larissam Cremasten et Echi-

inf.—2 'Forte leg. *pacis* cum Gron. vel *illi dabitur pax* cum Ruben.' *Rupert. Rex* pro *pax* Kreyssig.

3 Malit J. F. Gron. *dictus*.—4 Eleganter, judice Doer. conj. Duker. *remis-*

NOTÆ

Livii Epit. 63. aliisque auctoribus constat. Eorum originem Justinus sic describit lib. XXXII. cap. 2. 'Galli, bello adversus Delphos infeliciter gesto, in quo majorem vim numinis quam hostium senserant, amisso Brenno duce, pars in Asiam, pars in Thraciam extorres fugerant. Inde per eadem vestigia qua venerant, antiquam patriam repetivere. Ex his manus quædam in confluente Danubii et Sabi consedit, Scordiscosque se appellari voluit. Tectosagi autem, cum in antiquam patriam Tolosam venissent,' &c.

[a] *Non iis conditionibus illigabitur pax*] Fœdera et pacificationes vinculorum genus sunt, quibus homines invicem quasi ligantur. Mallet hic itaque Gronovius, *non iis conditionibus illigabitur pacis*, Philippus scilicet, *ut movere bellum possit*: illigatus certe ne se quidem movere facile potest. Conjiciebat Rubenius non male, *non iis conditionibus illi dabitur pax.*

[b] *Is datus erat locus colloquio*] Placet Gronovio, *dictus erat locus*, ut apud Cæsarem I. Belli Gallici: 'dies colloquio dictus est.' Nolim tamen vulgarem lectionem damnare.

[c] *Pharsalum*] Nota Cæsaris et Pompeii prælio est Pharsalus Thessaliæ urbs in Phthiotide ad Enipeum amnem, qui in Peneum fluit. Decurtato vocabulo dicitur hodie *Farsa.*

num et Thebas Phthias?' Cum Philippus nihil morari diceret, quo minus reciperent, disceptatio inter imperatorem Romanum et Ætolos orta est de Thebis: nam, eas populi Romani jure belli factas esse, Quintius dicebat, quod, integris rebus, exercitu ab se admoto, vocati in amicitiam,[d] cum potestas libera desciscendi ab rege esset, regiam societatem Romanæ præposuissent. Phæneas, et pro societate belli, quæ ante bellum habuissent, restitui Ætolis æquum censebat, et ita in fœdere primo cautum esse, ut belli præda, rerumque quæ ferri agique possent, Romanos, ager urbesque captæ Ætolos sequerentur.[e] 'Vos,' inquit, 'ipsi,' Quintius, 'societatis istius leges rupistis, quo tempore, relictis nobis, cum Philippo pacem fecistis: quæ si maneret, captarum tamen urbium illa lex foret. Thessaliæ civitates sua voluntate in ditionem nostram venerunt.' Hæc, cum omnium sociorum assensu dicta, Ætolis non in[7] præsentia modo[f] gravia auditu, sed mox belli etiam causæ magnarumque ex eo cladium iis[8] fuerunt. Cum Philippo ita convenit, ut Demetrium filium, et quosdam ex amicorum numero obsides, et ducenta talenta daret: de ceteris Romam mitteret legatos. Ad eam rem quatuor mensium induciæ essent. Si pax non impetrata ab senatu[9] foret, obsides pecuniamque reddi Philippo receptum est.[n] Causa Romano imperatori non alia major fuisse dicitur pacis maturandæ, quam quod Antiochum bellum transitumque in Europam moliri constabat.

[n] *Promissum est, seu convenit.*

sis.—5 *Ut* del. Kreyssig.—6 Malit J. F. Gron. *iniquissimis.*—7 'Tò *in* abest ab edd. ante Gron. Mox *etiam belli caussæ* Kreyssig. *Causa* malebat Crev. —8 'Cur *iis*, cum jam sit *Ætolis?* Nempe quia clades et *aliis*, alteri parti, accidere possent. Etiam, commate post *iis* posito, ut ad *cladium* referatur, minus redundet.' *Bauer.*—9 *A senatu* Kreyssig.

NOTÆ

[d] *Vocati in amicitiam*] Cives Thebarum Phthioticarum.

[e] *Ætolos sequerentur*] Id est, pertinerent ad Ætolos. Gall. *demeurassent aux Etoliens.*

[f] *Non in præsentia* [*non præsentia*] *modo*] Jubet Gronovius scribi, *non in præsentia modo:* sed non id voluit Livius, nec est quod arguatur; opponit enim rerum præsentium statum, sive res quæ tunc præsentes erant, rebus postea secutis.

14. Eodem tempore, atque, ut quidam tradidere, eodem die, ad Corinthum Achæi ducem regium Androsthenem justo prælio fuderunt. Eam urbem pro arce habiturus Philippus adversus Græciæ civitates, et principes inde evocatos per speciem colloquendi, quantum equitum dare Corinthii ad bellum possent, retinuerat pro obsidibus,[o] et, præter quingentos Macedonas mixtosque ex omni genere auxiliorum octingentos, quod jam ante ibi fuerat,[10] [g] mille Macedonum eo miserat et mille ac ducentos Illyrios Thracasque et Cretenses, qui in utraque parte militabant,[h] octingentos. His additi Bœoti Thessalique et Acarnanes mille, scutati omnes, et ex ipsorum Corinthiorum juventute, impleta ut essent sex millia armatorum, fiduciam Androstheni fecerunt acie decernendi.[p] Nicostratus [11] [i] prætor Achæorum Sicyone erat cum duobus millibus peditum, centum equitibus, sed, imparem se et numero et genere militum cernens, mœnibus non excedebat. Regiæ copiæ peditum equitumque vagæ [12] Pellenensem [k] et Phliasium [l] et Cleonæum agrum [m]

[o] *Et tanquam obsides retinuerat primarios civitatis viros, quos ad se vocaverat prætextu agendi cum illis de numero equitum, quos mittere possent Corinthii ad bellum gerendum.*

[p] *Androstheni animos addiderant ut prælium committeret.*

10 Vid. Not. Delph. inf. ' Forte leg. *quot jam ant. ibi fuerant.* Idem suspicabatur Drak.' *Rupert.*—11 *Niceratus* Doujat. c. edd. ante Gron.—12 *Va-*

NOTÆ

[g] *Quod jam ante ibi fuerat*] Videtur deesse vox *præsidium:* nisi velit quis τὸ *quod* quasi adverbialiter sumi, pro quantum, seu certe pro qui numerus; sicuti paulo ante, 'quantum equitum.'

[h] *Qui in utraque parte militabant*] Hoc notat, ne quis miretur hos Cretenses in exercitu Philippi, cum etiam Cretenses viderit supra cap. 3. in exercitu Quintii.

[i] *Nicostratus* [*Niceratus*] Gron. *Nicostratus* putat scribendum, quo nomine lib. XXXII. c. 39. et 40. appellatur.

[k] *Pellenensem*] Fuit hæc Pellene, sive Pellina, oppidum Achaiæ propriæ Peloponnesi provinciæ in confinio Sicyoniorum: hodie incolis *Diacopton,* ut aiunt, 60. stadiis a Corinthiaco sinu.

[l] *Et Phliasium*] Phlius Peloponnesi oppidum erat in Sicyonia montana, diversum ab Argolico ejusdem nominis: hodie *Yri,* ut vult Sophianus; vel *Foica,* ut Pinetus; nisi potius omnino periit.

[m] *Et Cleonæum agrum*] Oppidum Argolidis confinio Corinthiacæ fuit Cleonæ, paulo supra Nemeam, hodie *Sanvasilii,* auctore Nigro.

depopulabantur. Postremo, exprobrantes metum hosti, in fines Sicyoniorum transcendebant: navibus etiam circumvecti omnem oram Achaiæ vastabant. Cum id effusius hostes, et, ut fit ab nimia fiducia, negligentius etiam facerent, Nicostratus, spem nactus nec opinantes eos aggrediendi, circa finitimas civitates nuntium occultum mittit, quo die et quot ex quaque civitate armati ad Apelaurum (Stymphaliæ [n] terræ is locus est) convenirent. Omnibus ad diem edictam [13] paratis, profectus inde extemplo, per Phliasiorum fines nocte Cleonas, insciis omnibus, quid pararet, pervenit. Erant autem cum eo quinque millia peditum, (ex quibus .... armaturæ levis [o]) et trecenti equites. Cum iis copiis, dimissis, qui specularentur, quam in partem hostes effunderent sese, opperiebatur.[14]

gantes olim legebatur.—13 Conj. *dictam* Drak.—14 ‘Ita edidi exemplo Crev. ex probabili emend. Jac. Periz. pro vulg. *quinque millia peditum, ex quibus armatura levis, et CCC. equites, cum iis copiis dimissi . . . opperiebantur.* Numerus levis armaturæ militum excidisse videtur, et *cum copiis opperiebatur* dic-

NOTÆ

[n] *Ad Apelaurum Stymphaliæ*] Locum fuisse haud magni nominis Apelaurum ex eo apparet quod ejus mentio apud geographos non invenitur; sed Stymphalus, seu Stymphalum, urbs erat Arcadiæ in Argolidis confinio ad fontes amnis cognominis. Nunc *Vulfi* appellari vult Pinetus. Niger vero *Longanico*. Nota est Stymphalis, seu Stymphalia palus: unde nomen avibus, quas in fabulis Hercules sagittis confecisse narratur. Hinc procul Stymphalis Macedoniæ occiduæ regiuncula.

[o] *Ex quibus .... armaturæ* [*armatura*] *levis*] Refingit hunc locum Gronovius, deleta voce *copiis:* et sic scribit: *ex quibus armaturam levem, et trecentos equites cum iis demissos, qui specularentur quam in partem hostes effunderent sese, opperiebatur.* Sed nec levis hæc textus mutatio est, et mirum si ex tam exiguis copiis tota levis armatura cum trecentis equitibus ad speculandum missa. Fateor tamen emendatione aliqua opus, ut idoneus eruatur sensus. Videndum, num ita legi non incommode possit: *erant autem cum eo quinque millia peditum, ex quibus armatura levis, et trecenti equites. Ex iis copiis, dimissis qui specularentur quam in partem hostes effunderent sese, opperiebatur:* sic τὰ *ex quibus armatura levis* indicabant leviter armatos in numero illo quinque millium comprehendi; et dimisso haud ita magno numero speculatorum, stetisse Nicostratum sive Niceratum apud Cleonas, opperientem qui nuntiarent adventum hostium.

Ex quibus armaturæ levis] Supple *qui erant*, et omnia erunt plana. Ex Achæorum peditibus, qui erant armaturæ levis, una cum trecentis equitibus secum dimissis, opperiebantur,

15. Androsthenes, omnium ignarus, Corintho profectus, ad Nemeam [q] (amnis est Corinthium et Sicyonium interfluens agrum) castra locat. Ibi parte dimidia exercitus dimissa,[15] dimidiam trifariam divisit, et omnes equites discurrere ad depopulandos simul Pellenensium [16] Sicyoniumque agros et Phliasium jubet. Hæc tria diversa agmina discessere. Quod ubi Cleonas ad Nicostratum perlatum est, extemplo validam mercenariorum manum præmissam ad occupandum saltum, per quem transitus in Corinthium est agrum, ante signa equitibus, ut prægrederentur, locatis, ipse confestim agmine duplici sequitur. Parte una mercenarii milites ibant cum levi armatura, altera clypeati, dein aliarum gentium exercitus robur erat.[17] Jam haud procul castris [r] aberant pedites equitesque, et Thracum quidam in vagos palatosque per agros hostes impetum fecerunt,[18] cum repens terror castris infertur. Trepidare dux,[s] ut qui hostes nusquam, nisi raro [19] in collibus ante Sicyonem, non audentes agmen demittere in campos, vidisset; ad Cleonas

tum. Audacior et minus apta est Gron. mutatio vulgatæ lect.' *Rupert.* Vid. Not. Delph. et J. Clerici inf. Vulgatam lect. habent edd. Gron. Doujat. Crev. Ernest. Doer. c. Drak.

15 'Crevierius unam alteramve vocem excidisse, et pro ea a sciolo quodam τὸ *dimissa* intrusum esse ingeniose suspicatur. Putat autem sensum pro *dimissa* postulare fere *secum retenta.*' Doering. '*Considere jussa* conj. Drak. Ne sic quidem omnia satis plana sunt, nisi etiam scripseris *trifariam divisit et cum omnibus equitibus discurrere . . . jussit.* Sufficiunt autem hæc; *Ibi partem dimidiam exercitus, divisam trifariam, et omnes equites cet.* Reliqua et languent, et sensum turbant.' *Rupert.* *Dimidiam* (*trifariam divisit*) *et omnes* Kreyssig.—16 Malit Jac. Gron. *Pellenensem* ut in ed. Crev.—17 Hunc locum emend. Quæreng. 'Sed nulla adhuc gens memorata est. *altera clypeati Achæorum, dein aliarum gentium*, sc. clypeati, *exercitus robur erat* conj. Crev. et *altera clipeati, qd in* (h. e. *quod in*) *illarum gentium exercitibus* (ita unicus Ms.) *robur erat* Drak.' *Rupert.*—18 *Fecerant* in Not. malunt Crev. et Drak. probb.

NOTÆ

speculantes quam in partem hostes effunderent se, ut Nicostratum monerent. *J. Clericus.*

q *Ad Nemeam*] Nomen est fluvii in sinum Corinthiacum defluentis, qui nunc *Langia*, et urbis etiam Argolicæ, ubi ludi Nemæi, a septem Argivis ducibus adversus Thebanos proficiscentibus instituti, in honorem Archemori, et in cujus sylva interfectus leo inter Herculis labores numeratur. Vide lib. XXVII. c. 32.

r *Haud procul castris*] Androsthenis scilicet castris appropinquabant Achæorum copiæ.

s *Trepidare dux*] Macedo Androsthenes.

quidem accessuros nunquam credidisset. Revocari tuba jubet vagos [20] a castris dilapsos. Ipse, raptim capere arma jussis militibus, infrequenti agmine porta egressus,[t] super flumen [1] [u] instruit aciem. Ceteræ copiæ, vix colligi atque instrui cum potuissent, primum hostium impetum non tulerunt. Macedones et maxime omnium frequentes ad signa fuerant, et diu ancipitem victoriæ spem fecerunt: postremo fuga ceterorum nudati, cum duæ jam acies hostium ex diverso, levis armatura ab latere, clypeati cætratique a fronte urgerent, et ipsi, re inclinata, primo retulere pedem; deinde impulsi terga vertunt, et plerique, abjectis armis, nulla spe castrorum tenendorum [2] relicta, Corinthum petierunt. Nicostratus, mercenariis militibus ad hos persequendos, equitibus Thracumque auxiliis in populatores agri Sicyonii missis, magnam ubique [3] cædem edidit; majorem prope, quam in prælio ipso. Ex iis quoque, qui Pellenen Phliuntaque depopulati erant, incompositi partim omniumque ignari, ad castra revertentes, in hostium stationes, tanquam in suas, illati sunt; partim, ex discursu id, quod erat, suspicati,[q] ita se in fugam passim sparserant,[4] ut ab ipsis agrestibus errantes circumvenirentur. Ceciderunt eo die mille et quingenti, capti trecenti. Achaia omnis [x] magno liberata metu.

16. Priusquam dimicaretur ad Cynoscephalas, L. Quintius, Corcyram excitis [y] Acarnanum principibus, quæ sola

[q] *Cum currentes huc illuc suos viderent, in suspicionem venerunt rei gestæ.*

Doer. et Rupert. *Fecerant* in ed. Kreyssig.—19 Malit Dnker. *raros.*—20 'Vox *vagos* mihi glossam sapere videtur.' *Doering.*—1 *Per flumen* Doujat. c. edd. ante Gron. *Instituit aciem* Kreyssig.—2 Gruter. primum edidit *tuendorum;* et illum secuti sunt Gron. Doujat. Crev.—3 J. F. Gron. tentat *utrobique;* sic in ed. Kreyssig.—4 *Sparserunt* orationi convenientius Crev. putat; ut in ed. Kreyssig.

NOTÆ

[t] *Porta egressus*] Castrorum suorum.

[u] *Super* [*per*] *flumen*] Rectius opinor *super flumen*, ut vult Gron.

[x] *Achaia omnis*] Peloponnesi regio.

[y] *Corcyram excitis*] Insula Epiro proxima est Corcyra ad oram Thesprotiæ, e regione Buthroti, a Chersocrate ex genere Bacchiadarum Corinthiorum occupata, ejectis Colchis,

Græciæ gentium in societate Macedonum manserat, initium quoddam ibi[5] motus fecit. Duæ autem maxime causæ eos tenuerant in amicitia regis; una fides insita genti, altera metus odiumque Ætolorum. Concilium Leucadem indictum est. Eo neque cuncti convenere Acarnanum populi, nec ipsis,[6] qui convenerant, idem placuit. Sed et principes et magistratus[7] [z] pervicerunt, ut privatum decretum Romanæ societatis fieret. Id omnes, qui abfuerant, ægre passi; et in hoc fremitu gentis a Philippo missi duo principes Acarnanum, Androcles et Echedemus, non ad tollendum modo decretum Romanæ societatis valuerunt, sed etiam ut Archelaus et Bianor, principes gentis ambo, quod auctores ejus sententiæ fuissent, proditionis in concilio damnarentur, et Zeuxidæ prætori, quod de ea re retulisset, imperium abrogaretur. Rem temerariam, sed eventu prosperam, damnati fecerunt. Suadentibus namque amicis, cederent tempori et Corcyram ad Romanos abirent, statuerunt offerre se multitudini, et aut eo ipso lenire iras, aut pati, quod casus tulisset. Cum se frequenti concilio intulissent, primo murmur ac fremitus admirantium, silentium mox a verecundia simul pristinæ dignitatis ac misericordia præsentis fortunæ ortum est. Potestate quoque dicendi facta, principio suppliciter, procedente autem oratione, ubi ad crimina diluenda ventum est, cum tanta fiducia, quantam innocentia dabat, disseruerunt; postremo, ultro aliquid etiam queri et castigare iniquitatem simul in se crudelitatemque ausi, ita affecerunt animos, ut omnia, quæ in eos decreta erant, frequentes tollerent, neque eo minus redeundum in societatem Philippi abnuendamque Romanorum amicitiam censerent.

5 *Ibi quoddam* Kreyssig.—6 *Iis* idem.—7 'J. F. Gronovius, cui τὰ *sed et* suspecta sunt, paulo licentius corrigit *Duo principes et magistratus.*' Doering.

NOTÆ

qui eo ab Jasone et Medea advecti fuisse dicebantur. Hodie *Corfu*, Venetis paret.

[z] *Principes et magistratus*] Ex primariis aliqui, Archelaus nempe et Bianor: magistratus vero Zeuxidas prætor.

17. Leucade[a] hæc sunt decreta. Id caput Acarnaniæ erat, eoque in concilium omnes populi conveniebant. Itaque, cum hæc repentina mutatio Corcyram ad legatum Flamininum perlata esset, extemplo cum classe profectus, Leucade[8] ad Heræum,[b] quod vocant, naves applicuit. Inde cum omni genere tormentorum machinarumque, quibus expugnantur urbes, ad muros accessit, ad primum terrorem ratus inclinari animos posse. Postquam pacati nihil ostendebatur, tum vineas turresque erigere, et arietem admovere muris cœpit. Acarnania universa, inter Ætoliam atque Epirum[c] posita, solem occidentem et mare Siculum spectat. Leucadia nunc insula,[d] et[9] vadoso freto, quod perfossum manu est, ab Acarnania divisa, tum peninsula erat, occidentis regione arctis faucibus cohærens[10] Acarnaniæ. Quingentos ferme passus longæ[11] fauces erant; latæ haud amplius centum et viginti. In his angustiis Leucas posita est, colli applicata verso in orientem et Acarnaniam. Ima urbis plana sunt, jacentia ad mare,[12] quo Leucadia ab Acarnania dividitur. Inde terra marique expugnabilis est. Nam et vada sunt stagno similiora, quam mari; et campus terrenus omnis operique facilis.[r] Itaque multis simul locis aut subruti, aut ariete decussi ruebant muri. Sed quam urbs ipsa opportuna oppugnantibus erat, tam inexpugnabiles hostium animi. Die ac nocte[13] intenti refi-

[r] *Culturæ idoneus, non asper et sylvestris.*

8 *Profectus Leucadem* Gron. Doujat. Crev. Kreyssig.—9 *Nunc insula est* olim legebatur; *τὸ et* del. Kreyssig. Vid. Not. Var.—10 *Iis partibus cohærens* edd. ante Sigon.—11 *Hæ* add. Kreyssig.—12 Tentat J. F. Gron. *patentia*

NOTÆ

[a] *Leucade*] Fuit Leucas Corinthiorum colonia: ibi petra fuit, sive promontorium, ex quo amantes in mare se præcipites agebant; quo spectat illud Stat. 'Et de nimboso saltem Leucate minatur Mascula Lesbiacis Sappho peritura sagittis.' Urbs ejus insulæ caput a Mahumete II. capta est: nunc *Santa Maura* dicitur, piratarum Turcicorum sedes.

[b] *Ad Heræum*] Apparet portum fuisse Leucadi vicinum.

[c] *Inter Ætoliam atque Epirum*] A plerisque geographis Acarnania Epiro ascribitur, ut Ætolia Helladi sive Achaiæ.

cere quassata muri,[s] obstruere, quæ patefacta ruinis erant, prælia impigre inire, et armis magis muros, quam se ipsos mœnibus, tutari: diutiusque spe Romanorum obsidionem eam extraxissent, ni exules quidam Italici generis, Leucade habitantes, ab arce[14] milites accepissent. Eos tamen, ex superiore loco magno cum tumultu decurrentes, acie in foro instructa, justo prælio aliquamdiu Leucadii sustinuerunt. Interim et scalis capta multis locis mœnia, et per stragem lapidum ac ruinas transcensum in urbem. Jamque ipse legatus magno agmine circumvenerat pugnantes. Pars[15] in medio cæsi; pars, armis abjectis, dediderunt sese victori. Et post dies paucos, audito prælio, quod ad Cynoscephalas pugnatum erat, omnes populi Acarnaniæ in deditionem[16] legati venerunt.

18. Iisdem diebus, omnia simul inclinante fortuna, Rhodii quoque ad vindicandam a Philippo continentem[17] regionem, (Peræam vocant,[e]) possessam a majoribus suis, Pausistratum prætorem cum octingentis Achæis peditibus, mille et nongentis fere armatis,[18] [f] ex vario genere auxiliorum collectis, miserunt. Galli[g] et Nisuetæ[h] et Pisuetæ,[i]

[s] *Partem murorum quæ quassata erat.*

ad mare.—13 *Diem ac noctem* Kreyssig.—14 *In arcem* conj. Drak.—15 *Τῷ pars* præponit Kreyssig. *tum.* Mox *se* pro *sese* Gron. Doujat. Crev.—16 Crev. legendum omnino censet *in ditionem.*

17 *Continentis* Kreyssig.—18 'J. F. Gron. suspecta est vox *armatis,* quasi

NOTÆ

[d] *Leucadia nunc insula*] Nomen insulæ Leucadia, urbis Leucas. Fuit olim pars continentis: post a Corinthiis perfosso isthmo in insulam redacta, et ventorum flatibus marisque eluvie sæpe continenti reddita, sæpe revulsa, et vadoso mari, seu maris stagno nunc quoque divisa. Hic desinit lacuna de qua initio hujus libri.

[e] *Peræam vocant*] Peræa dicta Rhodiis Cariæ pars, a Græco πέρα, quod est *ultra*: est itaque Περαία quasi *translittoralis*, quod esset trans fretum seu mare quo a Caria Rhodus dividitur.

[f] *Mille et nongentis fere armatis*] Num et Achæi pedites armati, ut ii auxiliares ex eo capite ab illis fuerint distinguendi? Forte scribendum *mille et nongentis levi armatu:* ita enim malim, quam *leviter armatis;* convenit quippe tam diversis ex nationibus collectos non eadem fuisse armatura.

[g] *Galli*] Ex Galatia Asiatica, de quibus antea.

[h] *Et Nisuetæ*] Oppidum Africæ

Tamiani[19][k] et Arei,[l] ex Africa, et Laodiceni ex Asia[m] erant. Cum his copiis Pausistratus Tendeba[20][n] in Stratonicensi agro locum peropportunum, ignaris regiis, qui tenuerant,[o] occupavit. In tempore et ad ipsum excitum auxilium,[p] mille Achæi pedites cum céntum equitibus supervenerunt. Theoxenus iis præerat. Dinocrates, regius præfectus, recuperandi castelli causa, primo castra ad ipsa Tendeba movit, inde ad alterum castellum, item Stratonicensis agri; Astragon[q] vocant. Omnibusque ex præsidiis, quæ multifariam disjecta erant, devocatis, et ab ipsa Stratonicea[r] Thessalorum auxiliaribus, Alabanda,[1][s] ubi hostes

pedites Achæi non pariter *armati* fuerint; tentat igitur ille vel *nongentis levi armatu*, vel *nongentis leviter armatis*. Sed Crev. *Achæis peditibus*, qui erant unius gentis, *armatos*, ex vario nationum et auxiliorum genere collectos, opponi existimat. Equidem pro *fere* legendum puto *ferme*.' Doering. Suspicatur Rupert. (quem vid.) Livium h. l. scripsisse *Paus. præt. cum octin. mercenariis peditibus, mille et ducentis fere armatis*.—19 *Et Pisuetæ, et Nisuetæ, et Tamiani* Drak. Ernest. Doer. Kreyssig.—20 Ita ex emend. Freinsh. pro vulg. *tendebat*. Mox pro *tenuerant* 'Rubenius ingeniose tentat *qui Theræ erant*; erat nempe Thera urbs regionis Perææ. J. F. Gron. nimis, ut ipse

NOTÆ

propriæ maritimum fuit Nisua, non procul Clupea. Nunc teste Fazello *Nubia*.

[i] *Pisuetæ*] Pisya, sive Pithue, urbs Cariæ apud Steph.

[k] *Tamiani*] Tamiam urbem in Britannia invenio apud Ptol. Tamuam regionem in Arabia; sed hæc nihil ad rem. An de populis urbis Tamiatis in Ægypto intelligendus hic Livius, hæreo.

[l] *Arei*] Arii fuere regni Persici populi, de quibus accipi potest hic locus. Distinguendum igitur quod sequitur, *ex Africa*, ut intelligantur Afri milites, ex Africa proprie dicta, diversi ab Areis.

[m] *Laodiceni ex Asia*] Plures fuere hujus nominis in Asia urbes, sed hic Laodiceni, opinor, Lydiæ urbis, ad Lycum sitæ, quæ adhuc *Laudichia*: est enim in Asia proprie dicta.

[n] *Tendeba*] Castellum sive oppidum Cariæ, apud Stephanum. Antea legebatur, *Pausistratus tendebat*, nullo sensu: egregie restituit Freinshemius.

[o] *Qui tenuerant*] Quid hoc sit, non facile divinaveris: satis verisimilis apparet Rubenii conjectura, reponentis, *qui Theræ erant*; nam Thera urbs fuit Perææ, opposita Rhodo insulæ apud Ptol. et Steph.

[p] *Excitum auxilium*] A Rhodiis.

[q] *Astragon*] Cariæ quoque ignobile oppidum.

[r] *Ab ipsa Stratonicea*] Macedonum colonia in Caria fuit hæc Stratonicea.

[s] *Alabanda*] Ejusdem Cariæ fuit oppidum. Dictum volunt ab equo, quem Cares *alam* vocabant, et a victoria, quæ iisdem *banda*. Fuit olim opulentissima ex Stephano: hodie a Turcis *Eblebanda* vocatur, Leunclavio teste.

erant, ducere pergit. Nec Rhodii pugnam detrectaverunt; atque, castris in propinquum collatis, extemplo in aciem descensum est. Dinocrates quingentos Macedonas dextro cornu, lævo Agrianas[2] locat:[t] in medium accipit contractos ex castellorum (Cares maxime erant) præsidiis: equites cornibus circumdat et Cretensium[u] auxiliares Thracumque. Rhodii Achæos[3][x] dextro cornu, sinistro mercenarios milites, lectam peditum manum, habuere;[1] medios mixta ex pluribus gentibus auxilia: equites levisque armaturæ quod erat, cornibus circumjectum. Eo die steterunt tantum acies utræque super ripam, qui tenui[4] aqua interfluebat, torrentis; paucisque telis emissis, in castra receperunt sese. Postero die eodem ordine instructi majus aliquanto prælium, quam pro numero, edidere, pugnantium. Nec enim plus terna millia peditum fuere, et centeni ferme equites: ceterum non numero tantum, nec armorum genere, sed animis quoque paribus[5] et æqua spe pugnarunt. Achæi primi,[y] torrente superato, in Agrianas[6] impetum

[1] *Ex parte Rhodiorum auxiliares ex Creta, et cohors Thracum, in cornu dextro positi ; habuere in sinistro mercenarios, nempe Achæos, &c.*

fatetur, audacter, *qui Stratoniceæ erant.*' Doering.—1 In ed. Mogunt. *Alabandam;* Kreyssig. præponit *ad.* Mox *ita* pro *atque* Kreyssig.—2 *Agrianos* edd. ante Sigon.—3 Vid. Not. J. Cler. inf. *Rhodia cohors* Gron. Doujat. Crev.—4 *Tum* inserit Kreyssig.—5 Præter necessitatem, judice Doer. Duker. malit *pares.* Mox *pugnaverunt* Gron. Doujat. Crev.—6 Glareanus *in Macedonas.*

NOTÆ

[t] *Agrianas locat*] Agriani vel Agrienses populi erant Thraciæ, Odrysarum, ni fallor, pars, inter Hæmum montem et Hebrum flumen ad amnem Agrianem.

[u] *Et Cretensium*] Hæc emendata sunt ex J. Periz. sententia. Antea erat absurde, *Cretensium auxiliares Thracumque Rhodia cohors, &c.* J. Clericus.

[x] *Cretensium auxiliares Thracumque. Rhodii Achæos* [*Thracumque Rhodia cohors*] Miratur Gron. unde Cretensium et Thracum auxiliares Rhodiis; sed de Cretensibus utcumque fert, et vero in utrisque partibus militasse jam notavit Livius. Aliquos etiam Thracum populos eodem more usos esse nihil vetat: neque enim omnes Macedonibus parebant: nec difficilius fuit milites ex Thracia quam ex Africa Nisuetas, et Achæos e Græcia, in Asiam ad Rhodios mari pervenire.

[y] *Achæi primi*] Mercenarii Achæi paulo ante locantur in sinistro cornu Rhodiorum, quod sine dubio cornui dextro Macedonum oppositum fuit,

fecere; deinde tota prope cursu transgressa amnem acies est. Diu anceps pugna stetit. Numero Achæi mille et ipsi quadringentos [z] loco expulere.[7] Inclinat dein dextrum omne cornu.[8] Macedones, usque dum ordine et velut stipata phalanx [a] consistebat, moveri nequiverunt. Postquam, lævo latere nudato, circumjacere hastas in venientem ex transverso hostem conati sunt, turbati extemplo tumultum primo inter se fecerunt: terga deinde vertunt: postremo, abjectis armis, in præcipitem fugam effusi, Bargylias [9] petentes fugerunt. Eodem et Dinocrates perfugit. Rhodii, quantum diei superfuit secuti, receperunt se ad castra. Satis constat, si confestim victores Stratoniceam petissent, recipi eam urbem sine certamine potuisse. Prætermissa ejus rei occasio est, dum in castellis vicisque Perææ recipiendis tempus teritur. Interim animi eorum, qui

—7 Vid. Not. Delph. inf. 'Crevierius ad Gronovii mentem emendandum certe esse existimat *Agrianas Achæi mille et ipsos octingentos loco expulere.* Sed sic quoque dura et scabra manet oratio. Legendum puto, *Numero Achæi mille et quadringenti, mille ipsi et quadringentos loco expulere.*' Doering. 'Mea qualicumque sententia legendum: *numero Achæi mille et ipsi Agrianas loco expulere.*' Rupert.—8 'Atqui in eo stabant Macedones, de quibus dicturus est. Quomodo autem hi sunt *lævo latere nudati* altero cornu cæso? Nonne lævum illorum latus protegebat acies media? *Inclinato dein dextrum omnis cornu* ed. pr. Ald. Savet. et Frob. Scribe: *Inclinata dein omnis media acies. Dextrum cornu, Macedones, usque dum ordines cet.*' Gron. 'Possis et *Inclinat dein medium omne. Cornu Macedonum, usque dum cet.* vel *Inclinant dein sensim omnes Cares. Macedones cet.*' Rupert. *Inclinato deinde lævo cornu, in dextrum omnes connisi. Macedones, usque dum ordine et veluti stipata phalanx constabat, moveri nequierunt.* Kreyssig. Mox idem *circumagere* pro *circumjacere.*—9 *Effunduntur. Bargylias* Idem. *Bargyllas* edd. antt. Mox *receperunt sese ad castra* Gron.

NOTÆ

apud quos lævum cornu tenuisse dicuntur Agrianes. Mendum sane hic aut ibi irrepsisse apparet; fuerint igitur Achæi in dextro Rhodiorum cornu, ut oppositos pellerent Agrianas.

[z] *Numero Achæi mille et ipsi quadringentos*] Recte, opinor, Gron. scribit: *numero Achæi mille et ipsos octingentos loco expulere,* id est, Agrianas, qui et ipsi, pari cum Achæis numero, mille et octingenti erant. Primum enim octingentos Achæos habuit Pausistratus, quibus mille alios Theoxenus paulo post adjunxisse scribitur.

[a] *Et velut stipata phalanx*] Recte utitur particula *velut,* quæ rem extenuat; Macedones enim hic tantum quingenti numerabantur, phalanx sexdecim millium erat; sed hi quingenti phalangis more stipati et conferti stabant.

Stratoniceam præsidio obtinebant, confirmati sunt. Mox et Dinocrates cum iis, quæ prælio supererant, copiis intravit muros. Nequicquam inde obsessa oppugnataque urbs est. Recipi, nisi aliquanto post, per Antiochum non potuit.[10] Hæc in Thessalia, hæc in Achaia, hæc in Asia per eosdem dies ferme gesta.

19. Philippus cum audisset, Dardanos, transgressos fines ab contemtu concussi tum regni,[11] [b] superiora Macedoniæ evastare, quamvis toto prope orbe terrarum, undique se suosque profligante [12] fortuna, urgebatur, tamen morte tristius ratus, Macedoniæ etiam possessione pelli, delectu raptim per urbes Macedonum habito, cum sex millibus peditum et quingentis equitibus circa Stobos Pæoniæ [13] [c] improviso hostes oppressit. Magna multitudo hominum in prælio, major prædandi cupidine palata per agros cæsa est. Quibus fuga expeditior fuit, ne tentato quidem casu pugnæ, in fines suos redierunt. Ea una expeditione non pro reliquo statu fortunæ facta,[u] refectis suorum animis, Thessaloni-

[u] *Cum feliciter hæc Philippo expeditio successisset, non juxta statum fortunæ ipsius in reliquis rebus, quæ male ubique ipsi succedebant.*

Doujat. Crev. *In castra* Kreyssig.—10 *Nec recipi .... potuit* Idem.
11 ‘Hæc est certissima Periz. emendatio, a Crev. jam et Drak. recepta. In antt. edd. legitur *ab contentu concessit cum regni*, vel simpl. *regni*, deletis quatuor vocibus, quas pro supervacuis induxerat Gelen. *ab contemtu concessi tum* aut *velut regni* conj. Gron.’ *Rupert. ab contemtu concessi* Gron. Doujat. Crev.—12 *Exigente* Kreyssig.—13 *Pelagoniæ* olim receptum ab Glareani

NOTÆ

[b] *Dardanos, transgressos fines ab contemtu concussi tum* [*concessi velut*] *regni*] Ideo velut concessum regnum ait, quod Philippus proximam Dardanis regni sui partem, ipsis quasi in prædam reliquisset, detractis scilicet ea parte præsidiis, ut copias haberet quas opponeret Romanis; qua de causa contemnebatur. De Dardanis porro dictum lib. XXVI. c. 25. et lib. XXVII. c. 39.

[c] *Circa Stobos Pæoniæ*] Pæonia Macedoniæ provincia fuit, ad utramque Axii ripam, atque ad Erigonum usque protensa. Stobi urbs ad eundem fluvium sita, quam Pæoniæ Livius attribuit: a Ptolemæo assignatur Pelagoniæ: sed Pelagones Plinio inter Pæoniæ gentes numerantur: estque hæc Pæonia longe diversa a Pannonia circa Istrum, quanquam Græci Pæoniæ nomine ad illam significandam sæpe abutuntur. Urbs nunc *Starakino* appellatur.

cam sese recepit.[d] Non tam in tempore [e] Punicum bellum terminatum erat, ne simul et cum Philippo foret bellandum; quam opportune, jam Antiocho in Syria moliente [f] bellum,[14] Philippus est superatus. Nam, præterquam quod facilius cum singulis, quam si in unum ambo simul contulissent vires, bellatum est; Hispania quoque sub idem tempus magno tumultu ad bellum consurrexit. Antiochus cum, priore æstate omnibus, quæ in Cœle Syria [g] sunt, civitatibus Ptolemæi in suam potestatem redactis,[15] in hyberna Antiochiam concessisset;[h] nihilo quietiores postea res habuit.[16] Omnibus enim regni viribus connisus, cum ingentes copias terrestres maritimasque comparasset,

conjectura.—14 *Jam Antiocho ex Syria movente bellum* Kreyssig.—15 *Civitatibus ex Ptolemæi ditione in suam potestatem redactis* Kreyssig.—16 ' Ms. et edd. vett. ante Frob. *nihilo quietiores res Pausistratus habuit*, quod vix recte emendatum videtur.' *Rupert.* *Nihilo quietiora ea ipsis æstivis habuit* Kreyssig.

NOTÆ

[d] *Thessalonicam sese recepit*] Quam urbem prius Thermas vocabant, eam a se instauratam Cassander de nomine uxoris suæ (quæ Alexandri Magni soror) vocavit Thessalonicam, ad intimum Thermaicum sinum in Amphaxitide Macedoniæ regione. Urbs hodie *Saloniki*: emporium adhuc celebre apud Turcas. Vendita Venetis fuerat ab Andronico Palæologo, sed capta est a Mahumete secundo.

[e] *Non tam in tempore*] Sensus est: Non minus opportune atque in tempore a Romanis impositum fuisse bello Macedonico finem, superato Philippo, cum jam Antiochus bellum moliebatur, quam opportune finitum fuerat bellum Punicum secundum, cum iisdem Romanis immineret Philippus.

[f] *Antiocho in Syria moliente*] Hic Antiochus, cognomento Magnus, Seleuci Callinici filius, Syriæ rex, a Seleuco Nicatore sextus in ordine regum numeratur.

[g] *In Cœle Syria*] Syria Cœle, sive *cava*, pars est Syriæ late sumtæ inter Syriam proprie dictam, Phœniciam, et Palæstinam: ejus caput Damascus. Fuere et in ea Cæsarea Philippi, Heliopolis, &c. Dicitur hodie *Boca* et *Bocalbalbec*, si Postello fides, ab urbe *Balbec*, quam sunt qui Heliopolim veterum esse putent. Hæc provincia Ptolemæo v. in dotem ab Antiocho data fuerat, cum filiam Cleopatram nuptum ei daret.

[h] *Antiochiam concessisset*] Plures Antiochiæ memorantur: hæc omnium maxima, et ideo cognomento magna, Syriæ ac totius orientis primaria fuit, a Seleuco rege ad Orontem fluvium condita in patris Antiochi memoriam; vel potius a Seleuco instaurata: Antigonus enim, unus et ipse ex Alexandri ducibus, prius exstruxerat, ac de suo nomine Antigoniam appellaverat. Terræ motu fere concidit, ita ut hodie in ruinis ferme jaceat: *Antachia* Turcis dicta.

principio veris præmissis terra cum exercitu filiis duobus,[17] Ardye ac Mithridate, jussisque Sardibus se opperiri;[i] ipse cum classe centum tectarum navium, ad hoc levioribus navigiis cercurisque[k] ac lembis ducentis, proficiscitur; simul per omnem oram Ciliciæque et Cariæ[18] tentaturus urbes, quæ in ditione Ptolemæi essent,[l] simul Philippum (necdum enim debellatum erat) exercitu navibusque adjuturus.

20. Multa egregia Rhodii pro fide erga populum Romanum proque universo nomine Græcorum terra marique ausi sunt: nihil magnificentius, quam quod ea tempestate, non territi tanta mole imminentis belli, legatos ad regem miserunt Nephelida,[m] (promontorium Ciliciæ est, inclytum fœdere antiquo Atheniensium[n]) si eo non contineret copias suas,[19] se obviam ituros; non ab odio ullo, sed ne conjungi cum Philippo paterentur, et impedimento esse[1] Romanis libe-

—17 Conj. Drak. *filiis duobus sororis.* Mox *Ardue* Gron. Doujat. Crev.—18 *Ciliciæ, Lyciæque et Cariæ* Kreyssig.

19 '*Miserunt Nephelida* ex emend. Glar. *miserunt nec Helicinas* edd. primæ. *miserunt, ne Helicinas (promontorium* cet.) *superaret. Si eo* cet. Frob.' *Rupert. Miserunt ne Chelidonias (promontorium Ciliciæ est, inclytum fœdere antiquo Atheniensium cum regibus Persarum) superaret. Si eo fine non contineret classem copiasque suas cet.* Kreyssig. *Si eo loco* conj. Duker.—1 Edd. ante

NOTÆ

[i] *Sardibus se opperiri*] Præmissi Sardes ab Antiocho filii sunt cum terrestribus copiis. Sardes autem, sive Sardis, Lydiæ metropolis, non procul Tmolo monte supra Pactolum fluvium. Hodie *Sardia* Turcis: diversa longe a Sardica Mœsiæ superioris urbe, quæ nunc *Sophia* Græcis Turcisque; Bulgaris autem *Triadizza.*

[k] *Cercurisque*] Genus est navigii prægrandis cercurus, a Cypriis inventum.

[l] *Quæ in ditione Ptolemæi essent*] Hæ regiones a Ptolemæo Euergete sororis Berenices necem in Seleucum Callinicum ulciscente subactæ, per discordiam Seleuci et Antiochi Hieracis fratrum, remanserant penes Ægyptios. Vide Justin. lib. XXVII. Appianum in Syriacis, ac Josephum.

[m] *Miserunt Nephelida*] Fuit Nephelis urbs Ciliciæ Tracheæ sive Asperæ, ad Anemurium promontorium, inter Antiochiam ad Tragum, et Seleuciam ad Calycadnum.

[n] *Inclytum fœdere antiquo Atheniensium*] Innuit fœdus quod Cimon Atheniensis, mari ac terra eadem die victor, ab Artaxerxe I. Persarum rege, cui Longimano cognomen, sub initium Olympiadis LXXXIV. expresserat: quo cautum erat ne ultra Chelidonias insulas ad Sacrum Lyciæ promontorium versus occasum, navigare Persis armatis liceret, qua de re Plut. et Cornel. Nepos in Cimone.

rantibus Græciam. Coracesium eo tempore [o] Antiochus operibus oppugnàbat. Zephyrio [p] et Solis [q] et Aphrodisiade [r] et Coryco [s] et, superato Anemurio,[t] (promontorium id quoque Ciliciæ est,) Selinunte recepto,[u] omnibus his aliisque ejus oræ castellis, aut metu, aut voluntate, sine certamine, in deditionem acceptis,[2] Coracesium præter spem clausis portis tenebat eum.[x] Ibi legati Rhodiorum auditi: et quanquam ea legatio erat, quæ accendere regium animum posset, temperavit iræ, et, 'legatos se Rhodum missurum,' respondit, 'iisque mandaturum, ut renovarent vetusta jura cum ea civitate sua majorumque suorum et vetarent eos adventum pertimescere [3] regis: [y] nihil his aut sociis eorum

[x] *Occlusis portis Antiochum distinebat et morabatur.*
[y] *Et pristina sua et majorum fœdera cum civitate Rhodiorum renovarent, affirmarentque nihil esse cur adventu Antiochi terrerentur.*

Frob. *imped. esset;* non minus apte, judice Rupert.—2 Conj. Gron. *et Corcyro, supra Anemurium .... Selinunte, omnibus his .... acceptis.*—3 *Pertimescere adventum* Kreyssig. Mox apud eum distinctio est *regis, nihil.* Deinde lectio

NOTÆ

[o] *Coracesium eo tempore*] Initium Asperæ sive occidentalis Ciliciæ in Pamphyliæ confinio fuit Coracesium, oppidum ad mare in petra prærupta situm.

[p] *Zephyrio*] Urbs et promontorium Ciliciæ erat Zephyrium juxta Solos. Fuit et aliud Zephyrium promontorium sub ostiis fere Calycadni: hodie *Tarsu* appellari auctor est Niger.

[q] *Et Solis*] Ciliciæ campestris initium fuit Soli, sive Soloë, inter Latmum et Cydnum fluvios, supra Zephyrium promontorium: ab Achæis et Rhodiis condita ex Strab. Diogenes Laërtius a Solone colonos Athenis eo missos ait, qui sermonis patrii nitorem brevi corruperunt, et minus congrua verborum structura uti cœpere. Unde factum, ut qui ea parte peccarent, ii σολοικίζειν dicerentur; atque hinc solœcismi nomen pro vitio sermonis usurpatum.

[r] *Et Aphrodisiade*] Aphrodisias hæc Ciliciæ quoque urbs fuit, et templum Veneris, inter Celenderim et Seleuciam: hodie *San Theodoro,* alia ab Aphrodisiade quæ Cariæ metropolis.

[s] *Et Coryco*] Nomen urbis et promontorii est Corycus, supra quod est antrum Corycium, in quo crocus optimus nascitur: sita est inter Calycadnum et Latmum fluvios: nunc *Curco.*

[t] *Superato Anemurio*] Duo sunt ejusdem nominis loca in Cilicia: alterum juxta Nephelidem, ubi et oppidum ejusdem nominis, qua continens ad Cyprum proxime accedit: alterum vero ultra Calycadnum, teste Strabone, quod et aliis Zephyrium dici videtur, diversum ab eo, de quo antea dictum. Hic illud accipiendum videtur quod est ad Nephelida inter Corycum et Selinuntem.

[u] *Selinunte recepto*] Selinus, Turcis

noxæ futurum fraudive. Nam, Romanorum amicitiam se non violaturum, argumento [4] et suam recentem ad eos legationem esse, et senatus honorifica in se decreta responsaque.' Tum forte legati redierant ab Roma, comiter auditi dimissique, ut tempus postulabat, incerto adhuc adversus Philippum eventu belli. Cum hæc legati regis in concione Rhodiorum agerent, nuntius venit, debellatum ad Cynoscephalas esse. Hoc nuntio accepto, Rhodiis, demto metu a Philippo omni, erat consilium obviam [5] eundi classe Antiocho. Illam alteram curam non omiserunt, tuendæ libertatis civitatium sociarum Ptolemæi, quibus bellum ab Antiocho imminebat. Nam alias auxiliis juverunt, alias providendo ac præmonendo conatus hostis: causaque libertatis fuerunt Cauniis,[6] [x] Myndiis,[y] Halicarnassensibus [z] Samiisque.[a] Non operæ est persequi,[b] ut quæque acta in

[z] *Monendo eos de conatibus et consiliis Antiochi.*

apud eum *nihil aut iis aut.*—4 *Violaturum. Argumento*, commate post *nam* omisso, Gron. Doujat. Mox *redierunt* eæd. et Crev.—5 *Rhodii dem. met. a Phil. omiserunt consilium obviam cet.* Kreyssig.—6 *Cauniis* omnes fere edd. ante Gron. *Cauneis* Gron. Doujat. Crev.

NOTÆ

nunc *Islenos*, Ciliciæ ejusdem urbs, ad fluvii cognominis ostium, Antiochiæ Ciliciæ ad occasum hybernum est.

[x] *Cauniis* [*Cauneis*] Caunus Cariæ urbs in finibus Lyciæ, ad ostia fere Calbis fluvii: pestilenti cœlo ex calore nimio, noxioque incolis solo, quemadmodum testatur Strabo: nunc *La Rossa*, ut Castaldus est auctor.

[y] *Myndiis*] Cariæ quoque urbs maritima fuit Myndus, sive Doridis, quæ pars Cariæ, ad Iassicum sinum, inter Bargylias et Halicarnassum. Leunclavius nunc *Mentese* vocari putat a Turcis, quorum ibi præfectus residet. Sed in tabulis geographicis recentioribus longe hinc, ortum versus, abest *Mentese*, mediterranea omnino civitas.

[z] *Halicarnassensibus*] Halicarnassus Cariæ dominorum regia, ad extremum sinum Ceramicum: quondam Zephyra dicta: ibi Mausoli sepulcrum fuit, et Salmacis fons, ex quo bibentes mollitiem contrahere credebantur: unde fabulæ locus de Salmacide et Hermaphrodito. Hodie *Castel di San Pietro* Italis, ut vult Niger.

[a] *Samiisque*] Insula Ægæi maris Samos sive Samus, inter Icariam insulam et Trogilium Ioniæ promontorium, contra Ephesum urbem. Patria fuit Pythagoræ: nunc quoque nomen servat: Italis *Samo*.

[b] *Non operæ est persequi*] Quod operæ pretium non putat Livius persequi Antiochi acta in hac Asiæ Minoris parte, id videre poteris apud Polyb. lib. IV. et V. et apud Appian. in Syriacis.

his locis sint, cum ad ea, quæ proprie Romani belli sunt, vix sufficiam.

21. Eodem tempore et Attalus rex, æger [7] Thebis Pergamum advectus, moritur altero et septuagesimo anno; cum quatuor et quadraginta annos regnasset. Huic viro, præter divitias, nihil ad spem regni [c] fortuna dederat. His simul prudenter, simul magnifice utendo, effecit, primum ut sibi, deinde ut aliis non indignus videretur regno. Victis deinde prælio uno Gallis, quæ tum gens recenti adventu terribilior Asiæ erat, regium ascivit nomen, cujus magnitudini semper animum æquavit. Summa justitia suos rexit: unicam fidem [a] sociis præstitit: uxorem [d] ac liberos quatuor [8] [e] superstites habuit: mitis ac munificus amicis fuit: regnum adeo stabile ac firmum reliquit, ut ad tertiam stirpem possessio ejus descenderit. Cum is status rerum in Asia Græciaque et Macedonia esset, vixdum terminato cum Philippo bello, pace certe nondum perpetrata,[f] ingens in Hispania ulteriore coortum est bellum. M. Helvius eam provinciam obtinebat. Is literis senatum certiorem fecit, 'Colcham et Luscinum regulos in armis esse. Cum Colcha decem et septem oppida,[g] cum Luscino validas urbes, Cardonem et

[a] *Fidem eximiam.*

7 *Ab* add. Kreyssig.—8 Male *duos*, judice Rupert. edd. antt. *Comis uxori ac liberis, quos superstites habuit* Kreyssig. Mox *amicus* edd. ante Gron. Dein-

NOTÆ

[c] *Nihil ad spem regni*] Successit Attalus Eumeni patrueli, hæredi Philetæri eunuchi, a quo primum occupata fuerat contra Lysimachum Pergamena civitas. Sed illorum neuter regis titulum usurpaverat. Hujus immensæ produntur divitiæ ante successionem Pergamenam ex Antiochide matre, Achæi filia, qui partem Minoris Asiæ pupillo Antiocho Magno occupaverat. Ab hoc Attalo dictæ Attalicæ vestes opesque.

[d] *Uxorem*] Apolloniadem Cyzicenam de plebe mulierem.

[e] *Liberos quatuor*] Eumenem scilicet regni successorem, Attalum juniorem, Philetærum, et Athenæum, qui cum fratre summa concordia vixerunt.

[f] *Pace . . . nondum perpetrata*] Satis nova loquendi forma, *pacem perpetrare:* sed tamen in pangendis fœderibus primariæ partes penes patrem patratum erant.

[g] *Cum Colcha decem et septem oppida*] Apud Polyb. *Colychas* appellatur, quem Noster lib. XXVIII. duodetriginta oppidis regnasse ait: unde sus-

Bardonem;[h] et maritimam oram omnem, quæ nondum animos nudaverat,[9] [i] ad finitimorum motus consurrecturam.'[10] His literis a M. Sergio prætore, cujus juris dictio inter cives erat, recitatis, decreverunt Patres, ut, comitiis prætorum perfectis, cui prætori provincia Hispania obvenisset, is primo quoque tempore de bello Hispaniæ ad senatum referret.

22. Sub idem tempus consules Romam venerunt. Quibus in æde Bellonæ senatum habentibus, postulantibusque triumphum ob res prospere bello gestas, C. Atinius Labeo et C. Ursanius[11] tribuni plebis, ut separatim de triumpho agerent consules, postularunt. 'Communem se relationem de ea re fieri non passuros, ne par honos in dispari merito esset.' Cumque Minucius[12] utrique provinciam Italiam obtigisse diceret, communi animo consilioque se et collegam res gessisse; Cornelius adjiceret, Boios adversus se transgredientes Padum, ut Insubribus Cenomanisque auxilio essent, depopulante vicos eorum atque agros collega, ad sua tuenda aversos esse: Tribuni 'res tantas bello gessisse Cornelium'[13] fateri, 'ut non magis de triumpho ejus, quam de honore Diis immortalibus habendo dubitari possit.[14]

de *cum hic status* Kreyssig.—9 In Gron. et Doujat. nomini *Bardonem* comma subjectum est. Habet h. l. Kreyssig. *Carmonem et Bardonem; in maritima ora Malacinos, Sexetanosque, Bæturiam omnem, et quæ nondum animos nudaverunt.* Pro *nudaverat* 'male expressissent ante *mutaverat.* Sed requirit Latinitas *nudaverit.*' J. F. Gron.—10 *Consurrectura* Kreyssig. Mox Gron. Crev. *M'. Sergio.* Vid. h. l. Not. Var.

11 *Afranius* Kreyssig.—12 *Cum Q. Minucius* idem. Mox idem *gessisse et*

NOTÆ

picatur Sigon. hic legendum *viginti et septem oppida.*

[h] *Cardonem et Bardonem*] Patet, ni fallor, Cardonem fuisse idem oppidum, quod nunc quoque *Cardona* vocatur in Catalonia et Diœcesi Solsonensi, ad Cardonerum amnem, (qui in Rubricatum defluit,) ducatus titulo cognitum, ubi mons salsus; non salis tantum, sed vini generosi ferax: Medulius veteribus: hujus populi Onenses Plinio. Bardo autem quo loco fuerit minus liquet: forte ubi hodie *Berga*, Cardonæ ad ortum, oppidum non pœnitendum.


[i] *Maritimam oram omnem, quæ nondum animos nudaverat*] Laletanos ceterosque Iberici maris accolas indicat. Recte autem Gelenius, *animos nudaverat*, id est, patefecerat, quod sane melius quam *mutaverat*, ut vulgo legebatur.

Non tamen nec illum, nec quenquam alium civem tantum gratia atque opibus valuisse, ut, cum sibimet triumphum impetrasset, collegæ eundem honorem impudenter [15] petenti daret. Q. Minucium in Liguribus levia prælia, vix digna dictu, fecisse; in Gallia magnum numerum militum amisisse.' Nominabant etiam tribunos militum T. Juventium et C. Labeonem ejus fratrem,[16] [k] qui adversa pugna cum multis aliis viris fortibus, civibus ac sociis, cecidissent. 'Oppidorum paucorum ac vicorum falsas, et in tempus simulatas, sine ullo pignere deditiones factas esse.' [b] Hæ inter consules tribunosque altercationes biduum tenuerunt, victique perseverantia tribunorum consules separatim retulerunt.

23. C. Cornelio [17] omnium consensu decretus triumphus; et Placentini Cremonensesque addiderunt favorem consuli, gratias agentes, commemorantesque, obsidione se esse ab eo liberatos, plerosque etiam, cum apud hostes essent, servitute exceptos.[18] [l] Q. Minucius, tentata tantum relatione,[c] cum adversum omnem senatum videret, in monte Albano se triumphaturum,[n] et jure imperii consularis, et

[b] *Non vere et ex fide, sed per simulationem dedita esse oppida; cum nec dati obsides essent, nec cautio alia illorum fidei accepta.*

[c] *Cum vix de triumpho suo referre apud senatum cœpisset.*



C. Cornelius.—13 *C. Cornel.* idem.—14 *Posset* Gron. Donjat. Crev.—15 *Sibi meritum triumphum ... honorem immeritum impudenter cet.* Kreyssig.—16 In Gron. et Crev. *Cn.* pro *C.* legitur. In Donjat. legitur *et Cneum Labeonis fratrem*, ut Froben. et al. quod magis placebat Drak. In Kreyssig. legitur *et Cn. Ligurium legionis quartæ.*

17 *Cn. Corn.* h. l. et paulo inf. Gron. Donjat.—18 *Acceptos* edd. ante Gron. *exemtos* vel *e servitute ereptos* malebant Gron. Duk. et Drak. *exemtos*

NOTÆ

[k] *C. Labeonem ejus fratrem* [*Cn. Labeonis fratrem*] Alias *Cneium Labeonem ejus fratrem:* aut adoptivum aut uterinum fuisse probant diversa familiarum nomina.

[l] *Servitute exceptos*] Num potius *exemptos*, vel *e servitute ereptos*, ut vult Gron.? Dicitur tamen nonnunquam *excipere*, pro extrahere, sive eximere, ut apud Virgil. Æneid. IX. 'ipsum illum, clypeum cristasque rubentes, Excipiam sorti.'

Exemptos] Sic ex sententia J. F. Gronovii, pro *exceptos* edidimus. *J. Clericus.*

[n] *In monte Albano se triumphaturum*] Hoc genus, sed potius simulacrum triumphi, magistratus aliqui usurpa-

multorum clarorum virorum exemplo, dixit. C. Cornelius de Insubribus Cenomanisque in magistratu triumphavit. Multa signa militaria tulit, multa Gallica spolia captivis carpentis transvexit: multi nobiles Galli ante currum traducti; inter quos, quidam, Hamilcarem ducem Pœnorum fuisse, auctores sunt. Ceterum magis in se convertit oculos Cremonensium Placentinorumque colonorum turba pileatorum,[o] currum sequentium. Tulit in triumpho ducenta triginta septem millia [19] quingentos æris,[p] argenti bigati septuaginta novem millia.[q] Septuagenos æris [r] militibus divisit: duplex equiti, triplex centurioni. Q. Minucius consul de Liguribus Boiisque Gallis in monte Albano triumphavit. Is triumphus, ut loco et fama rerum gestarum, et quod sumtum non erogatum ex ærario omnes sciebant,[s] inhonoratior fuit, ita signis carpentisque, et spoliis ferme æquabat. Pecuniæ etiam prope par summa fuit: æris translata ducenta et quinquaginta quatuor millia, argenti bigati quinquaginta tria millia et ducenti. Militibus centurionibusque et equitibus item [20] in singulos datum, quod dederat collega.

24. Secundum triumphum consularia comitia habita. Creati consules L. Furius Purpureo et M. Claudius Marcellus.* Prætores postero die facti Q. Fabius Buteo, Ti.



Cleric. et Kreyssig.—19 *Et* inserit Kreyssig. Mox habet ille *Duplex equiti centurionique.*—20 *Idem* Kreyssig.

NOTÆ

verant pro negato sibi vero triumpho.

[o] *Turba pileatorum*] Hi coloni pileum gestabant tanquam datæ sibi aut redditæ libertatis indicium.

[p] *Ducenta triginta septem millia quingentos æris*] Nummos scilicet æreos, qui si asses tantum ejus temporis, nempe unciales, fuere, modica fuerit quantitas; neque enim tredecim millia librarum nostrarum attingeret.

[q] *Argenti bigati septuaginta novem millia*] Hi, si denarii fuere bigæ signo percussi, triginta et unum millia et sexcentas libras non excedent.

[r] *Septuagenos æris*] Hi nummi pretio assis unius, ac denarii, obolique nostratium ferme responderent: sic conficientur tres libræ Francicæ cum assibus octodecim ac denariis novem.

[s] *Sumtum non erogatum ex ærario omnes sciebant*] Nota sumtus triumphorum ex ærario populi factos: sed nimirum compensabantur spoliis victarum gentium in ærarium illatis.

* A. U. C. 557.

Sempronius Longus, Q. Minucius Thermus, M'. Acilius Glabrio, L. Apustius Fullo, C. Lælius. Exitu ejus anni literæ a T. Quintio venerunt, se signis collatis cum rege Philippo in Thessalia pugnasse; hostium exercitum fusum fugatumque. Hæ literæ prius in senatu a Sergio prætore, deinde ex auctoritate Patrum in concione sunt recitatæ. Ob res prospere gestas in dies quinque supplicationes decretæ. Brevi post legati et a T. Quintio et ab rege [1] venerunt. Macedones deducti extra Urbem in villam publicam;[t] ibique iis locus et lautia præbita:[d] et ad ædem Bellonæ senatus est habitus. Haud multa [2] verba facta, cum Macedones, quæcumque senatus censuisset, id [3] regem facturum[u] esse, dicerent. Decem legati more majorum, quorum ex consilio T. Quintius [4] imperator leges pacis Philippo daret, decreti; adjectumque, ut in eo numero legatorum P. Sulpicius et P. Villius essent, qui consules provinciam Macedoniam obtinuissent. Cosanis[x] eo die postulantibus, ut sibi colonorum numerus augeretur, mille ascribi jussi; dum ne quis in eorum numero esset, qui post P. Cornelium et Ti. Sempronium [5] consules hostis fuisset.

25. Ludi Romani eo anno in circo scenaque ab ædilibus curulibus, P. Cornelio Scipione [6] et Cn. Manlio Vulsone, et magnificentius, quam alias, facti, et lætius propter res

[d] *Sumministrata sunt per quæstores legatis advenientibus munera ad lautitiam et elegantiam cultus ac mensæ.*

1 *Ab rege Philippo* Kreyssig.—2 *Datus. Ibi haud multa* idem.—3 J. F. Gron. aut *ea* aut *quodcumque* legendum esse censebat. Jac. Periz. putabat voculam *id* ejiciendam. Sed vulgatam defendit Drak. *Quodcumque* habet Kreyssig.—4 'Negligenter postremæ edd. efferebant *L. Quintius.*' Jac. Gron. —5 Antiquissima ed. *L. Corn. et T. Semp.* al. postea *M. Cornel. et T. Semp.* Glarean. *M. Corn. et P. Semp.*

NOTÆ

[t] *In villam publicam*] Fuit ea villa extra urbem in campo Martio, ut et templum Bellonæ.

[u] *Id regem facturum*] Immo *ea regem facturum;* nisi supra scribamus *quodcumque* pro *quæcumque.*

[x] *Cosanis*] Dicti sunt a Cosa, (quæ et Cossæ,) urbe in ora Tusciæ, nunc *Lansedonia,* ad montem Argentarium, et portum Herculis.

bello bene gestas spectati, totique ter instaurati; plebeii septies instaurati.[y] Acilius Glabrio, C. Lælius eos ludos fecerunt.[7] Ex argento mulctaticio tria signa ænea, Cereri Liberoque et Liberæ, posuerunt. L. Furius et M. Claudius Marcellus, consulatu inito, cum de provinciis ageretur, et Italiam utrique provinciam senatus decerneret, ut Macedoniam cum Italia sortirentur, petebant.[8] Marcellus, provinciæ cupidior, pacem simulatam ac fallacem dicendo, et rebellaturum, si exercitus inde deportatus esset, regem, dubios sententiæ[9] Patres fecerat. Et forsitan obtinuissent consules, ni Q. Marcius Rex et C. Atinius Labeo, tribuni plebis, se intercessuros dixissent; ni prius ipsi ad plebem tulissent, vellent juberentne cum rege Philippo pacem esse. Ea rogatio in Capitolio ad plebem lata est. Omnes quinque et triginta tribus, uti rogatæ, jusserunt. Et quo magis pacem ratam esse in Macedonia vulgo lætarentur, tristis ex Hispania nuntius allatus effecit, vulgatæque literæ, 'C. Sempronium Tuditanum proconsulem in citeriore Hispania prælio victum; exercitum ejus fusum fugatumque, et[10] illustres viros in acie cecidisse. Tuditanum, cum gravi vulnere latum[11] ex prælio, haud ita multo post expirasse.' Consulibus ambobus Italia provincia cum his legionibus, quas superiores consules habuissent, decreta, et ut quatuor legiones novas scriberent; duas, quæ, quo senatus censuis-

6 *L. Corn. Scip.* edd. ante Pigh.—7 *M'. Acilius Glabrio et C. Lælius* Kreyssig. Mox idem exhibet *fecerunt: et ex.*—8 *Tendebant* Kreyssig.—9 Edd. ante Sigon. *sententia.* Mox, cognomen Marcii *Rex* scribebatur olim minore litera.—10 *Multos* inserit Kreyssig.—11 Duker. malit *elatum.* Kreyssig. habet

NOTÆ

[y] *Ludi, &c. septies instaurati*] Instauratos dicit sæpius exhibitos. Isti ludi plebeii instituti fuere vel statim ab exactis regibus, vel post secessionem in montem Aventinum reconciliata senatui plebe, ut scribit Pædianus in primam Cic. Verr. Plebeii autem dicti, quia ab ædilibus plebis curabantur. Hi circenses erant, et ita diversi a scenicis, ut et a Romanis, quos etiam magnos vocabant, in honorem Jovis, Junonis, et Minervæ celebrari solitos. Hi quoque et ipsi circenses initio, ac postea etiam scenici fuerunt. Fiebant autem plebeii XVII. Kalendas Novembris, plerumque per triduum; et quoties instaurabantur, dabatur ab ædilibus epulum.

set, mitterentur.[12] Et T. Quintius Flamininus cum duabus legionibus provinciam eodem exercitu obtinere jussus: imperium ei prorogatum [z] satis jam ante videri esse.[13]

26. Prætores deinde provincias sortiti, L. Apustius Fullo urbanam juris dictionem, M'. Acilius[14] Glabrio inter cives et peregrinos, Q. Fabius Buteo Hispaniam ulteriorem, Q. Minucius Thermus citeriorem, C. Lælius Siciliam, Ti. Sempronius Longus Sardiniam. Q. Fabio Buteoni et Q. Minucio, quibus Hispaniæ provinciæ evenerant, consules legiones singulas ex quatuor ab se scriptis, quas videretur, uti darent, decretum est;[15] socium ac nominis Latini quaterna millia peditum, trecenos equites: hique primo quoque tempore in provincias ire jussi. Bellum in Hispania quinto post anno exortum est, quam simul cum Punico bello fuerat finitum.[16] Priusquam hi prætores ad bellum prope novum, quia tum primum suo nomine, nullo[17] Punico exercitu aut duce, ad arma ierant,[a] proficiscerentur, aut ipsi consules ab Urbe moverent; procurare, ut assolet, prodigia, quæ nuntiabantur, jussi. L. Julius Sequestris,[18] in Sabinos proficiscens, fulmine ipse equusque exanimati fuerant: ædes Feroniæ in Capenate de cœlo tacta erat: ad Monetæ duarum hastarum spicula arserant: lupus, Esquilina porta ingressus, frequentissima parte Urbis, cum in forum decurrisset,[19] Tusco vico atque

relatum.—12 *Duas, quæ, quo sen. cen. mitt.* Drak. ante hæc verba quædam excidisse suspicatur; et conj. *quatuor legiones novas scriberent, duas, quæ ad Urbem manerent, duas, quæ, quo senatus cet.* Et deinde '*eodemque exercitu,* nisi potius delenda sunt verba *cum duabus legionibus.*' Drak. *scriberent; duas urbanas, duas cet.* Kreyssig.—13 *Satis jam ante dividere* Ms. *Esse* del. Gron. Doujat. Crev.

14 *M. Acil.* et inf. *T. Semp.* edd. ante Sigon.—15 *Et* add. Kreyssig. Mox *iique* pro *hique* idem.—16 Vid. Not. Var.—17 *Sine ullo* Kreyssig.—18 'Suspectum est Dukero cognomen *Sequestris,* primum, quia non *Sequestris* sed *Sequester* dicendum fuisset; deinde, quia nec *Sequester* nec *Sequestris* cognomen gentis Juliæ fuerit. Legendum igitur ille esse conjicit *L. Julius eques in Sabinos proficiscens.*' Doering. *P. Villius eques Romanus* Kreyssig.—19 *Decucurrisset* idem. Mox pro *Intemelio* 'quædam edd. antt. *inde Melio.* Utrum-

NOTÆ

[z] *Ei prorogatum*] Decreto anni superioris.

[a] *Ad arma ierant*] Hispani.

Intemelio,[b] per portam Capenam prope intactus evaserat. Hæc prodigia majoribus hostiis sunt procurata.

27. Iisdem diebus Cn. Cornelius Lentulus, qui ante Sempronium Tuditanum citeriorem Hispaniam obtinuerat, ex senatus consulto ovans Urbem est ingressus.[20] Tulit præ se auri mille et quingenta quindecim pondo,[c] argenti viginti millia,[d] signati denarios triginta quatuor millia[1] et quingentos quinquaginta.[e] L. Stertinius ex ulteriore Hispania, ne tentata quidem triumphi spe, quinquaginta millia pondo[f] argenti in ærarium tulit:[2] et de manubiis duos fornices in foro Boario ante Fortunæ ædem et matris Matutæ, unum in maximo circo fecit; et his fornicibus signa aurata imposuit. Hæc per hyemem ferme acta. Hybernabat eo tempore Athenis[3] Quintius, a quo cum multa socii peterent, Bœoti petierunt impetraveruntque, ut hi, qui suæ gentis militassent apud Philippum, sibi restituerentur. Id a Quintio facile impetratum; non quia satis dignos eos credebat, sed quia, Antiocho rege jam suspecto, favor conci-

que nomen ignotum. Sigonius emend. *Æquimelio*, et Jac. Gron. *inde Cœlio* sc. monte. Forte leg. *Intermontio*, quæ est pars Capitolini montis.' *Rupert. Inde Melio* Gron. Crev. *Æquimelio* Doujat. *Inde Germalo* Kreyssig.

20 *Cum ex senatus consulto ovans urbem esset ingressus* Gron. Doujat. Crev. *ovans ex senatus consulto urbem est ingressus* Ernest. Doer. Kreyssig.—1 'Scaliger de Re Numm. legendum esse censet *denarium*, et pro *triginta quatuor millia*, quod hic numerus justo minor sit, *trecenta quatuor millia*.' Doering. *Denarium* Gron. Doujat. et Crev. Mox del. *quinquaginta* Kreyssig.—2 *Intulit* Kreyssig. Mox post *fornices* aut *Matutæ* excidisse *unum*, suspicabantur Pigh. et Grut.—3 'Certum est legi debere *Elatiæ*, ubi hybernavit Quintius,

NOTÆ

[b] *Atque Intemelio* [*Æquimelio*] Vulgo *atque inde Melio*. Emendavit Sigon. recte: nam Melium Romæ incognitum. Intemelium oppidum Liguriæ: Æquimelium autem Romæ, ubi antea Sp. Melii ædes, quæ solo æquatæ, ipso ob suspicionem affectatæ tyrannidis per Servilium Ahalam interfecto, ut scribunt Liv. lib. IV. c. 16. et Cic. pro Domo sua.

[c] *Auri mille et quingenta quindecim pondo*] Huic quantitati respondent libræ Francicæ 173400.

[d] *Argenti viginti millia*] Hoc est, librarum nostrarum millia septuaginta duo.

[e] *Denarios triginta quatuor millia et quingentos quinquaginta*] Huic summæ æquipollent ferme libræ nostrates 13820.

[f] *Quinquaginta millia pondo*] Efficiunt hæc quinquaginta millia ponderibus nostris, et æstimatione hodierna librarum 173400.

liandus nomini Romano apud civitates erat. Restitutis,[a] confestim apparuit, quam nulla inita apud Bœotos gratia esset. Nam et ad Philippum gratias agentes[4] pro redditis hominibus, perinde atque ipsi id a Quintio et Romanis datum esset,[5] miserunt; et comitiis proximis Bœotarchen[b] nullam aliam ob causam Brachyllam[6] quendam, quam quod præfectus Bœotorum apud regem militantium fuisset, fecerunt, præteritis Zeuxippo et Pisistrato aliisque, qui Romanæ societatis auctores fuerant. Id ægre et in præsentia hi passi, et in futurum etiam metum ceperunt, cum ad portas prope sedente exercitu Romano ea fierent, quidnam se futurum esset, profectis in Italiam Romanis, Philippo ex propinquo socios adjuvante, et infesto his, qui partis adversæ fuissent.

28. Dum Romana arma propinqua[7] habebant, tollere Brachyllam, principem fautorum regis, statuerunt: et tempore ad eam rem capto, cum in publico epulatus reverteretur domum temulentus, prosequentibus mollibus viris, qui joci causa convivio celebri interfuerant; ab sex armatis, quorum tres Italici, tres Ætolici[8] erant, circumventus occiditur. Fuga comitum et quiritatio facta, et tumultus tota urbe discurrentium cum luminibus. Percussores proxima porta evaserunt. Luce prima concio frequens, velut extante indicio, ad vocem[9] præconis convocata in theatro erat.[g] Palam ab suo comitatu et obscœnis illis viris fre-

[a] *Post redditos eos captivos.*
[b] *Prætorem sive supremum ducem Bœotorum.*

non Athenis.' *J. F. Gron.* *Elatiæ T. Quintius* Kreyssig.—4 *Ad Philippum legatos gratias agentes ei* Kreyssig.—5 *Perinde atque ab ipso id, et non a Quintio* edd. ante Sigon. Al. *atque ab ipso hi et non a Quintio et Romanis dati essent.* Legendum putat Gron. *ipsis id non a Quintio cet.* Apud Kreyssig. legitur *ab ipso iis et non a Quintio et Romanis id datum esset.*—6 *Barcillam* edd. ante Sigon. Mox *fuerunt* pro *fuerant* vulgat. olim.
7 *Arma in propinquo* Kreyssig.—8 *Ætoli* Gron. Doujat. Crev.—9 *Velut ex*

NOTÆ

g *Convocata in theatro erat*] Ut apud Romanos in comitiis, sic apud Græcos in theatro habebantur populi conciones atque concilia.

mebant interfectum; animis autem Zeuxippum auctorem destinabant cædis. In præsentia placuit comprehendi eos, qui simul fuissent, quæstionemque ex his haberi. Qui dum quæruntur, Zeuxippus, consimili[10] animo avertendi ab se criminis causa in concionem progressus, errare ait homines, qui tam atrocem cædem pertinere ad illos semiviros crederent; multaque in eam partem probabiliter argumentatus,[11] quibus fidem apud quosdam fecit, nunquam, si conscius esset, oblaturum se multitudini, mentionemve cædis, nullo lacessente, facturum fuisse. Alii non dubitare, obviam eundo impudenter criminis[12] suspicionem averti.[c] Torti post paulo insontes, cum scirent ipsi opinionem omnium, ea pro indicio usi, Zeuxippum et Pisistratum nominaverunt; nullo adjecto, cur scire quicquam viderentur, argumento. Zeuxippus tamen cum Stratonida quodam nocte perfugit Tanagram,[h] suam magis conscientiam, quam indicium hominum nullius rei consciorum, metuens. Pisistratus, spretis indicibus, Thebis mansit. Servus erat Zeuxippo, totius internuntius et minister rei; quem indicem Pisistratus timens, eo ipso timore ad indicium protraxit.[i] Literas ad Zeuxippum mittit, 'servum conscium tolleret. Non tam idoneum ad celandam rem eum videri sibi, quam ad agendam fuerit.' Has qui tulit literas, jussit Zeuxippo dare quamprimum. Is, quia[13] non sibi conveniendi ejus

[c] *Non ambigebant alii quin Zeuxippus avertere a se voluisset suspicionem criminis, ultro sese offerendo, ejusque facta in concilio per summam impudentiam mentione.*



ante indicto, aut voce Kreyssig.—10 *Zeux. et constanti* idem.—11 'Tò *quibus* delendum videtur J. Fr. Gronovio. Sed leniore ratione emendat Jac. Gronovius *argumentatur*.' Doering. *Argumentatur* Kreyssig. Et mox *si sibi conscius*. Deinde idem post *mentionemve* add. *ejus*.—12 *Impudenter obviam eundo crimini* Kreyssig. Mox exhibet idem *cum scirent ipsi nihil, opinione omnium pro indicio usi*.—13 'Forte cum Gron. leg. *jussus Zeuxippo dare quamprimum*,

NOTÆ

[h] *Tanagram*] Bœotiæ oppidum Tanagra, alias Grœa, teste Pausan. ad ostia fere Asopi Bœotici in Euripum sese exonerantis: nunc Castaldo *Anatoria*.

[i] *Quem . . . eo ipso timore ad indicium protraxit*] Pisistratus nempe, servo Zeuxippi diffidens, metu ne ab eo denuntiaretur crimen, ipsum impulit ad illud denuntiandum.

copia fuit, ipsi illi servo, quem ex omnibus domino fidissimum credebat, tradidit, et adjecit,[14] a Pisistrato de re magnopere pertinente ad Zeuxippum esse. Conscientia ictus, cum extemplo traditurum eas affirmasset, aperit. Perlectis[15] literis, pavidus Thebas refugit. Et Zeuxippus quidem, fuga servi motus, Athenas, tutiorem exilio locum ratus, concessit. De Pisistrato aliquæ[16] quæstiones tormentis habitæ, et sumtum supplicium est.

29. Efferavit ea cædes[k] Thebanos Bœotosque omnes ad execrabile odium Romanorum; Zeuxippum principem[17] gentis id facinus conscisse. Ad rebellandum neque vires, neque ducem habebant. Proximum bello quod erat, in latrocinium versi, alios hospites,[18] alios vagos per hyberna milites, ad varios commeantes usus, excipiebant.[d] Quidam in ipsis itineribus ad notas latebras insidiantibus,[19] pars in deserta per fraudem deversoria[20] devecti deductique opprimebantur. Postremo non tantum odio, sed etiam aviditate prædæ, ea facinora faciebant; quia negotiandi ferme causa argentum in zonis habentes in commeatibus erant.[e] Cum primo pauci, deinde[1] in dies plures desiderarentur, infamis esse Bœotia omnis cœpit;[f] et timidius,

[d] *Insidiis capiebant milites Romanos.*
[e] *Commeabant huc illuc ducum suorum permissu.*
[f] *Pessima de universa Bœotia invaluit fama, tanquam de regione infesta Romanis, ob latrocinia incolarum; ideoque milites minus castris exire audebant, quam si in hostili terra fuissent.*

quia cet. Cod. Mogunt. ignorat τὸ *is.*' Rupert. *Jussus* habet Kreyssig. et *statim* pro *sibi.*—14 *Tradit: et adjicit* Kreyssig.—15 Apud eundem legitur *aperit, perlectisque;* et mox post *refugit* addita verba *et ad magistratus indicium defert.* Denique *Anthedonem* habet pro *Athenas.*—16 *Aliquot* conj. Gron. *denique* Heuman. et *aliisque* Jac. Gron. *Aliisque* habet Kreyssig.

17 '*Efferaverat cædes* cod. Mogunt. et vulgatum debetur Gelenio. *Efferaverat Thebanos . . . Romanorum, Zeuxippum principem g. id f. conscisse,* vel *in principem g.,* conj. Gron. et *Efferaverat ea res Thebanos . . . Zeuxippum in principem* cet. Jac. Periz. prob. Drak. ut postrema per appositionem dicta sint.' *Rupert.* Post *Romanorum* ad. Kreyssig. verba *credentes, non sine consilio imperatoris Romani.*—18 *Alios in hospitiis* legitur apud Kreyssig.—19 Crev. tentat *ab notas latebras insidentibus. Ab insidiantibus* exhibetur in Kreyssig.—20 *Diversoria* Gron. Donjat. Crev. Statim *deducti* tantum Kreyssig. Deinde *ab* inserit ille post *tantum.* Denique apud eum invenitur *prædæ, faci-*

NOTÆ

[k] *Efferavit ea cædes*] Alias, *efferaverat cædes:* Periz. mavult, *efferaverat ea res.*

quam in hostico, egredi castris miles. Tum Quintius legatos ad querendum[2] de latrociniis per civitates mittit. Plurimi pedites circa Copaidem paludem[1] inventi. Ibi ex limo eruta extractaque ex stagno cadavera, saxis aut amphoris, ut pondere traherentur in profundum, annexa. Multa facinora Acræphiæ[m] et Coroneæ[n] facta inveniebantur. Quintius primo noxios tradi sibi jussit, et pro quingentis militibus (tot enim intercepti erant) quingenta talenta[o] Bœotos conferre. Quorum neutrum cum fieret, verbis tantum civitates excusarent, nihil publico consilio factum esse; missis Athenas[p] et in Achaiam[q] legatis, qui testarentur sociis,[3] justo pioque bello se persecuturum Bœotos, et cum parte copiarum P. Claudio Acræphiam ire jusso, cum parte Coroneam circumsedit; evastatis prius agris, quam ab Elatia[4] duo diversa agmina iere. Hac perculsi clade Bœoti, cum omnia terrore ac fuga comples-

nora fiebant.—1 *Dein* Gron. Doujat. Crev.—2 Malit Doer. *ad quærendum*, ut Gron. Doujat. Mox *plurimæ cædes . . . inventæ* Kreyssig.—3 *Socios* Kreyssig. ut maluit Crev.—4 Apud Kreyssig. paululum differt lectio: *Ap. Claudio*

NOTÆ

[1] *Circa Copaidem paludem*] Copæ oppidum Bœotiæ fuit, lacui appositum, in quem Cephisus amnis ex Phocide influit, mox per cuniculum in Euripum delabens. Itaque ab oppido lacui seu paludi nomen: oppido autem ipsi a remo, cujus usum incolæ primi invenisse dicebantur; est enim κώπη Græce idem quod *remus* Latine.

[m] *Acræphiæ*] Bœotiæ quoque oppidum fuit Acræphia, inter Copaidem paludem, qua ex ea Cephisus exit, et capita Asopi atque Ismeni fluminum, Copis ad ortum.

[n] *Et Coroneæ*] Imminet Coronea Copaidi lacui, qua parte Cephisum excipit; ad occasum Coparum loco edito sita. Ad eam Agesilaus Lacedæmoniorum rex Thebanos cum Atheniensibus sociisque aliis prælio vicerat. Vocatur adhuc *Corone*, teste Pineto.

[o] *Quingenta talenta*] Decies centena millia librarum nostrarum cum ducentis millibus, 1200000.

[p] *Missis Athenas*] Caput Atticæ ac totius Græciæ fuit urbs Athenæ, Cecropia primum dicta a Cecrope rege; post Athenæ ab urbis præside Minerva, quæ Græcis Ἀθήνη. Reges habuit septemdecim per annos 485. Deinde respublica fuit armis ac literis inclyta. Nunc sub Turcis in mediocris oppidi formam redacta, suis aliquatenus legibus adhuc vivit, retento fere veteri apud incolas nomine *Athine*, Turcis ut aiunt *Séthine*. Vide commentarium Gallicum nuper editum de antiquis et hodiernis Athenis, et Sponii medici diarium peregrinationis orientalis, eadem lingua.

sent,[5] legatos mittunt. Qui cum in castra non admitterentur, Achæi Atheniensesque supervenerunt. Plus auctoritatis Achæi habuerunt deprecantes; ac, ni impetrassent[r] pacem Bœotis, bellum simul gerere decreverunt. Per Achæos et Bœotis copia adeundi alloquendique Romanum facta est, jussisque tradere noxios, et mulctæ nomine triginta talenta conferre,[s] pax data, et ab oppugnatione recessum.

30. Post paucos dies decem legati ab Roma venerunt, quorum ex consilio pax data Philippo in has leges est: 'Omnes[6] Græcorum civitates, quæ in Europa, quæque in Asia essent, libertatem ac suas leges haberent. Quæ earum sub ditione Philippi fuissent, præsidia ex his Philippus deduceret; his, quæ in Asia essent,[7] Euromo Pedasisque[t] et Bargyliis et Jasso et Myrina[u] et Abydo et Thaso[x] et Perintho:[y] eas quoque enim placere liberas esse. De

. . . *jusso, ipse cum . . . circumsidit . . . agris, qua ab Elat.* Gron. Doujat. Crev. habent etiam *qua ab Elat.*—5 *Completa essent* Kreyssig. Paulo supra 'Gron. malebat *terror*, et mox *nam, ni inpetrassent p. B., bellum simul gerere* (sc. adversus eosdem Bœotos) *decreverant. Per Achæos ergo Bœotis cet.*' Rupert. *Quia ni impet. . . . decreverant. Per Achæos et Bœotis* Kreyssig.

6 *Est: ut omnes* Kreyssig.—7 'Saltem *et his quæ in Asia essent.* Sed potius plane delenda hæc verba, quia Polyb. pannum istum non habet, et *Perinthus*

NOTÆ

[q] *Et in Achaiam*] Non uno modo sumitur Achaiæ et Achæorum sive Achivorum appellatio: modo generaliter pro Græcia universa: modo paulo strictius pro Hellade, sive Græcia proprie dicta, cujus partes Attica cum Megaride, Bœotia, Locris triplex, Phocis ac Doris; quibus Ptolemæus Ætoliam adjicit. Hic vero sumitur pro Achaia proprie dicta, quæ Peloponnesi pars est ad sinum Corinthiacum, adjunctis ejusdem Peloponnesi civitatibus in fœdus Achaicum ascitis.

[r] *Ac, ni impetrassent*] Mavult Gronovius, *nam ni impetrassent.*

[s] *Triginta talenta conferre*] Septuaginta duo librarum nostratium millia.

[t] *Pedasisque*] Pedasa sive Pedasus Plinio; urbs fuit Cariæ mediterranea. Stephanus scribendum putat Πήγασα.

[u] *Myrina*] Æolidis in Asia Minori maritima urbs fuit Myrina seu Myrrhina ad sinum Smyrnæum, septemtrionem versus, inter Eleam et Cymen: nunc *Marhani* apud Leunclavium, aut *Gircona* ex Moletio.

[x] *Thaso*] Insula est Ægæi maris Thassus sive Thaso, ad oram Thraciæ, non procul Nessi fluminis ostio: feracissima fuit, vini præsertim. Urbem cognominem habet a Pariis conditam, auctore Strabone, hodieque *Thasso.*

[y] *Et Perintho*] Perinthus, quæ et

Cianorum libertate,[8] Quintius Prusiæ Bithynorum regi scriberet, quid senatui et decem legatis placuisset. Captivos transfugasque reddere Philippum Romanis, et naves omnes tectas[z] tradere, quin ét regiam[9] unam inhabilis prope magnitudinis, quam sexdecim versus remorum agebant.[a] Ne plus quingentis armatorum[10] haberet, neve elephantum ullum. Bellum extra Macedoniæ fines ne injussu senatus gereret. Mille talentum daret[b] populo Romano: dimidium præsens, dimidium pensionibus decem annorum.'

in Thracia fuit, et *Myrina* in Lemno.' *Duk.* Lectio apud Kreyssig. *deduceret, vacuasque traderet Romanis, ante Isthmiorum tempus. Deduceret et ex his, quæ in Asia.* Mox *Padasisque* Gron. Doujat. et *Thasso* eæd. et Crev.—8 *Liberas esse Decianorum libertate* edd. ante Sigon. 'Merito hæsitavit hoc loco Glar. Non est autem mentem auctoris, et veritatem lectionis assecutus, cum pro *Decianorum, decem legatorum* supplendum esse censuit.' *Sigon.* Mox *Quintium . . . scribere* Kreyssig.—9 'Non male Ursinus ex Polyb. conj. *naves omnes tectas tradere præter lembos quinque et regiam cet.* vel Pigh. et alii *præter quinque* sc. naves tectas, ex Zonara IX. 16. et Appiano.' *Rupert. Tradere, præter quinque* Kreyssig. Mox *agerent* conj. Rupert.—10 *Plus quinque*

NOTÆ

Heraclea, Thraciæ urbs est ad Propontidem, 60. millibus pass. a Byzantio in provincia Europæ: nunc vulgo *Hiraclia.*

[z] *Naves omnes tectas*] Tectas naves longas invenere Thasii auctore Plinio lib. VII. Eæ sunt constratæ tabulato, unde milites pugnare possint: nam antea ex prora tantum et puppi pugnabatur, ut scribit idem Plin.

[a] *Quam sexdecim versus remorum agebant*] Non a remorum numero, sed a singulis ordinibus seu versibus dicuntur biremes, triremes, et quinqueremes: Græcis διήρεις, τριήρεις, πεντήρεις: si duos remos addideris singulis quinqueremium ordinibus, fiet septiremis, sive ἑπτήρης, qualem Pyrrhus habuisse dicitur. Sed crescente remorum in singulis ordinibus numero, augenda erat cum longitudine altitudo navigii. Alexander Magnus, ex Plin. instituit naves ad duodecim ordines: Ptolemæus Soter ad quindecim, auctore Philostephano, apud eundem Plin. Plutarchus id Demetrio ascribit. Ptolemæus autem Philadelphus duas habuisse triginta ordinum, aliasque viginti, duodecim, tredecim, &c. scribitur ab Athenæo lib. v. Tandem Ptolemæum Philopatorem quadraginta ordinum navem ædificandam curasse testatur idem Plutarchus, ducentos octoginta cubitos longam, altam vero cubitos duodequinquaginta, quæ nautis quadringentis, remigibus quater millenis instructa, paulo minus ter millenis militibus caperet. Sed ea ad spectaculum magis et pompam, quam ad usum comparata, parum ab immobilibus ædificiis differebat. Eam describit Athenæus idem l. v. Deipnosophiston.

[b] *Mille talentum daret*] Librarum Gallicarum vicies centena ét quadringenta millia: *deux millions quatre cens mille livres.*

Valerius Antias, quaternum millium pondo argenti[c] vectigal in decem annos, triginta quaterna millia pondo et ducenta, præsens viginti millia pondo.[11] [d] Idem nominatim adjectum scribit, ne cum Eumene, Attali filio, (novus is tum rex erat,) bellum gereret. In hæc obsides accepti, inter quos Demetrius Philippi filius. Adjicit Valerius Antias, Attalo absenti Æginam insulam elephantosque dono datos, et Rhodiis Stratoniceam Cariæ atque[12] alias urbes, quas Philippus tenuisset; Atheniensibus insulas datas Paron, Imbrum,[e] Delum,[f] Scyrum.

31. Omnibus Græciæ civitatibus hanc pacem approbantibus, soli Ætoli id[13] decretum decem legatorum clam mussantes carpebant. 'Literas inanes vana specie libertatis adumbratas esse. Cur enim alias Romanis tradi urbes,[g] nec nominari eas, alias nominari, et sine traditione juberi liberas esse?[14] [h] nisi ut, quæ in Asia sint, liberentur, lon-

millibus ex Zonara conj. Pigh. *Ne plus quinque millia armat.* Kreyssig.—11 Vid. Not. Delph. inf. *Triginta quatuor millia et ducenta viginti pondo* conj. Drak. In Kreyssig. legitur *annos impositum regi tradit ; Claudius in annos triginta quaterna cet.*—12 *Cariæque* Kreyssig. et mox ille habet *Parum* pro *Paron.* 'Τὸ *datas* post *insulas* delendum videtur.' *Rupert.*

13 Del. *id* Kreyssig.—14 Vid. Not. Delph. inf. Mox *nisi quod quæ* Kreyssig.

NOTÆ

[c] *Quaternum millium pondo argenti*] Centum quadraginta quatuor millia librarum Francicarum.

[d] *Triginta quaterna millia pondo et ducenta, præsens viginti millia pondo*] Hæc valde turbata. Conjicit Gron. scripsisse Livium: *Valerius Antias quaternum millium pondo argenti vectigal in decem annos, præsens tricena quaterna millia et ducenta viginti pondo.* Hanc summam Gallice sic expresseris 1231920.

[e] *Imbrum*] Insula est Ægæi maris Imbros, seu Imbrus Latine, Samothraciæ vicina, inter Lemnum et Chersonesum Thracicam, vulgo Italis *Lembro.*

[f] *Delum*] Ægæi maris exigua est insula Delos, Cycladum una, Rheniæ proxima ad ortum, inter Tenum ad septemtrionem, et Syrum ac Paron ad meridiem: Apollinis natalibus et oraculo apud veteres celeberrima; ubi Græciæ ærarium, et in qua nec parere, nec defunctos sepelire, nec canem alere fas erat, auctore Thucydide: hodie *Sdile,* cui conjuncta est Rhenia, quam partem vocant *Fermene.*

[g] *Alias Romanis tradi urbes*] Ejus rei nulla mentio superiori capite: recurrendum ad lib. XXXII. c. 33. ubi restituenda dicuntur Romanis ea Illyrici loca, quæ post pacem in Epiro factam Philippus occupasset, quod a Philippo promissum fuisse refert deinde sociis Quintius, ejusdem lib. c. 35.

ginquitate ipsa tutiores; quæ in Græcia sint, ne nominatæ[15] intercipiantur,[i] Corinthus et Chalcis et Oreum cum Eretria et Demetriade.' Nec tota ex vano criminatio erat. Dubitabatur enim de Corintho et de[16] Chalcide et Demetriade, quia in senatus consulto, quo missi decem legati ab Urbe erant, ceteræ Græciæ atque Asiæ[17] haud dubie liberabantur; de his tribus urbibus legati, quod tempora rei publicæ postulassent, id e re publica fideque sua facere,[18] statuere jussi erant. Antiochus rex erat, quem transgressurum in Europam, cum primum ei res[19] suæ placuissent,[g] non dubitabant. Ei tam opportunas ad occupandum patere urbes nolebant. Ab Elatia[20] Anticyram cum decem legatis, inde Corinthum trajecit.[k] Ibi consilia decem legatorum tractabantur. Identidem Quintius, 'liberandam omnem Græciam, si Ætolorum linguas retundere,[1] si veram caritatem, majestatem, apud omnes nominis Romani vellent

[g] *Statim atque statum rerum suarum satis firmum esse existimaret.*

Deinde pro *ne* legendum esse *non* post J. F. Gron. contendit quoque Crev. Lenior est correctio Doujatii, judice Doer. Vid. Not. Delph. inf.—15 *Quidem* add. Kreyssig.—16 Del. Kreyssig. *τὸ de;* et additionem *de* ante Demet. conj. Drak.—17 *Cetera* conj. Rupert. *urbes* add. Kreyssig.—18 *Ac* add. Kreyssig.—19 'Hoc loco *vires* pro *res* suspicari possis. *Quam primum* malebat Duk.' *Rupert.* Apud Kreyssig. exhibetur *ei vires suæ satis placuissent.*—20 Inserit Kreyssig. verba *profectus Quintius;* ubi nomen *Quintius* excidisse putabant Crev. et Duk. Mox pro *trajecit* mavult Crev. *trajicitur.* Denique inter *consilia* et *decem* inserit Kreyssig. verba *de libertate Græciæ dies prope totos in concilio.*—1 *Retunderet* olim legebatur. Mox Crevierius, qui *veram majestatem* ferri posse negat, tentat, *si veram caritatem, si integram* (s. *inviolatam*) *majestatem apud omnes cett.* Roëll. tentat *si veram caritatem, si majest.* Deinde *sese mare* pro *se mare* Kreyssig.

NOTÆ

[h] *Et sine traditione juberi liberas esse*] Quid mirum non tradi Romanis aliisve quæ liberæ futuræ sint? Porro, quamvis melius sit *juberi,* quam ut vulgo legitur *jubere,* ut congruat cum *nominari:* si tamen intelligatur Romanos jubere, perinde fuerit; atque hæc variare Noster amat. Sic extremo hoc capite 31. 'Ipsis tutius esse manere paulisper sub tutela præsidii Romani, quam pro Philippo Antiochum dominum accipi.'

[i] *Ne nominatæ intercipiantur*] Malim *nec nominatæ:* ut scilicet intelligatur civitates quæ in Græcia Europæa sitæ præsidiis Philippi teneantur, nec nominatim memorentur in tabulis pacificationis, ad Romanos transferendas esse, nempe Corinthum, &c.

[k] *Corinthum trajecit*] Quintius.

esse: si fidem facere, ad liberandam Græciam, non ad transferendum a Philippo ad se imperium, se mare trajecisse.' Nihil contra ea de libertate urbium alii dicebant. Ceterum 'ipsis tutius esse, manere paulisper sub tutela præsidii Romani, quam pro Philippo Antiochum dominum accipi.' Postremo ita decretum est: 'Corinthus redderetur Achæis, ut in Acrocorintho[1] tamen præsidium esset: Chalcidem ac Demetriadem retineri, donec cura de Antiocho decessisset.'

32. Isthmiorum[m] statum ludicrum aderat;[h] semper quidem et alias frequens, cum propter spectaculi studium insitum genti, quo certamina omnis generis[n] artium viriumque ac pernicitatis[2] visuntur, tum quia propter opportunitatem loci, per duo diversa maria,[o] omnium Græcorum undique conventus erat. Sed expectatione erecti,[3] qui deinde status futurus Græciæ, quæ sua fortuna esset. Alii

[h] *Præfixum ludorum Isthmiorum tempus.*

2 *Et pernic.* Kreyssig.—3 'Forte leg. *tum propter opportunitatem loci inter duo diversa maria. at nunc Græcorum undique conventus erat, cunctis expectatione erectis, qui cet.* Ita Polyb. XVIII. 29. idemque exprimere voluisse videtur Livius.' *Rupert.* 'Dukerus post *tum* quædam excidisse suspicatur; si quid excidit, vocem *frequentissimum* excidisse puto.' *Doering.* Apud Kreyssig. h. l. invenitur *maria omnium rerum usus ministrantis, humano generi concilium, Asiæ Græciæque is mercatus erat. Tum vero non ad solitos modo usus undi-*

NOTÆ

[1] *In Acrocorintho*] Acrocorinthus arx erat Corinthi in media urbe excelsoque monte, in verticem acutum desinente, (quo ascensus 30. est stadiorum,) assurgente undique in justam altitudinem, ac maxime præcipiti ab ea parte quæ septemtrionem spectabat. In vertice fuit Veneris templum, et sub eodem vertice fons Pirene effluxu carens, et tamen semper plenus aqua pellucida; ubi Pegasum, volucrem equum, cum biberet, captum esse ferunt a Bellerophonte.

[m] *Isthmiorum*] Inter quatuor sacros Græciæ agones sive ludos præcipuos fuere Isthmia, seu Isthmici ludi, instituti a Glauco filio Sisyphi, Bellerophontis patre, in honorem Melicertæ sive Palæmonis; vel potius a Theseo in honorem Neptuni, ut Plut. tradit. Nomen habuere a loco in quo celebrabantur, ab Isthmo nempe Corinthiaco. Eorum victores pinea corona donabantur.

[n] *Certamina omnis generis*] Quinquertium intelligit, certamina scilicet quinque generum, saltus, cursus, disci, jactus seu jaculationis, et luctæ.

[o] *Per duo diversa maria*] Sinus Corinthiacum et Saronicum, quorum ille Ionii maris, hic Ægæi quodammodo pars.

non[4] taciti solum opinabantur, sed sermonibus etiam serebant. Romani[p] ad spectaculum[5] consederunt; et præco cum tubicine, ut mos est, in mediam arenam, unde solenni carmine ludicrum indici solet, processit, et, tuba silentio facto, ita pronuntiat: SENATUS ROMANUS[6] ET T. QUINTIUS IMPERATOR, PHILIPPO REGE MACEDONIBUSQUE DEVICTIS, LIBEROS, IMMUNES, SUIS LEGIBUS ESSE JUBET CORINTHIOS, PHOCENSES, LOCRENSESQUE OMNES, ET INSULAM EUBŒAM, ET MAGNETAS,[q] THESSALOS, PERRHÆBOS,[r] ACHÆOS[s] PHTHIOTAS. Percensuerat omnes gentes,[7][t] quæ sub ditione Philippi regis fuerant. Audita voce præconis, majus gaudium fuit, quam quod universum homines caperent. Vix satis credere se quisque audisse: alii alios intueri, mirabundi velut somnii[8] vanam speciem: quod ad quemque pertineret,[9] suarum aurium

que convenerant, sed expectatione erecti cet.—4 *Alii alia non* Kreyssig. Mox *ferebant* pro *serebant* Gron. Doujat. Crev.—5 Habet Kreyssig. post *serebant Romanos facturos vix cuiquam persuadebatur Græcia omni cessuros. Ad spect.* —6 *Senat. populusque Rom.* Gron. Doujat. Crev.—7 Vid. Not. Delph. inf.—8 Apud Kreyssig. *hom. acciperent . . . aud. et al. . . . vel. ad somnii cet.*—9 'Verba *quod ad quemque pertineret* ut indigna Livio, vel recidenda vel immutanda censet Crevierius. Equidem hujus loci depravationem non tam in his verbis, quam in aliis, quærendam esse existimo. Fortasse totus locus ita refingi et distingui possit, *alii alios intueri, mirabundi, velut somnii vanam speciem, quod ad*

NOTÆ

[p] *Romani*] Nempe legati decem.

[q] *Et Magnetas*] Populos nimirum Magnesiæ, quæ provincia erat Thessaliæ, a qua tamen aliquando distinguitur.

[r] *Perrhæbos*] Perrhæborum non una sedes fuit: ad Pindum montem, quo Ætolia atque Epirus a Thessalia disterminantur, aliquando habitarunt. Strabo lib. I. eos ad Ossam montem locare videtur, ut et Ænianes, et sic versus Peneum: Plin. lib. IV. cap. 2. in Ætolia ponit cum Athamanibus.

[s] *Achæos*] Iidem sunt hi Achæi Thessalici cum Phthiotis, distincti ab aliis Thessalis, quo nomine hic veniunt non tantum Thessaliotæ, sed etiam Pelasgiotæ et Estiæotæ.

[t] *Percensuerat omnes gentes*] Hi quidem, qui nominati fuerant, sub ditione Philippi fere omnes erant. Sigonius tamen legit: *percensuit inde omnes gentes, quæ sub ditione Philippi regis fuerant;* vult enim alios etiam subjectos Philippo populos postea fuisse nominatos qui scilicet prius Macedoniæ contributi, Dolopas nempe, Orestas, Lycum, Parthinos. Sed hi, præter Dolopas, cum essent in Illyrii ora, Romanis cedebant, nec nominabantur inter eos, quibus reddebatur libertas. Quanquam revera Orestis ac Dolopibus reddita paulo post decreto legatorum Romanorum; cap. proxime sequenti.

fidei minimum credentes, proximos interrogabant. Revocatus præco, cum unusquisque non audire,[10] sed videre libertatis suæ nuntium averet, iterum pronuntiare [u] eadem. Tum ab certo jam gaudio tantus cum clamore plausus est ortus totiesque repetitus, ut facile appareret, nihil omnium bonorum multitudini gratius, quam libertatem esse. Ludicrum deinde ita raptim peractum est, ut nullius nec animi, nec oculi spectaculo intenti essent. Adeo unum gaudium præoccupaverat omnium aliarum sensum voluptatum.

33. Ludis vero dimissis, cursu prope omnes tendere ad imperatorem Romanum, ut, ruente turba in unum, adire, contingere dextram cupientium, coronas lemniscosque jacientium,[x] haud procul periculo fuerit.[y] Sed erat trium ferme et triginta annorum; et cum robur juventæ, tum gaudium ex tam insigni gloriæ fructu, vires suppeditabant.[11] Nec præsens omnium modo effusa lætitia est; sed per multos dies gratis et cogitationibus, et sermonibus revocata: 'Esse aliquam in terris gentem, quæ sua impensa, suo labore ac periculo bella gerat pro libertate aliorum; nec hoc finitimis, aut propinquæ vicinitatis hominibus, aut terris continenti junctis præstet; maria trajiciat, ne quod toto orbe terrarum injustum imperium sit, et ubique jus, fas, lex [z] potentissima sint. Una voce præconis liberatas

---

quemque pertineret, audire et, suarum aurium fidei minimum credentes, proximos interrogare.' Doering.—10 *Modo* add. Kreyssig. Mox idem habet *pronuntiavit.* Ex emend. Gron. reposuit Rupert. *pronuntiare.* ' Crevierius vero pro *pronuntiaret* legendum omnino esse contendit *pronuntiat.* Equidem nihil plane mutandum arbitror.' *Doering. Pronuntiaret* Gron. Doujat. Crev. Ernest. Doer.

NOTÆ

[u] *Iterum pronuntiare* [*pronuntiaret*] Vel repete τὸ *cum,* vel lege *pronuntiavit.*

[x] *Lemniscosque jacientium*] *Lemnisci* Festo fasciolæ sunt coloratæ dependentes ex coronis: ex eo dicti quod antiquissimum coronarum genus ex lana fuit. Græcis autem *lana* dicitur τὸ λῆνος, Dorice λᾶμνος. Verbum esse Syracusanum, quo strictæ angustæque tæniæ significantur, notat Hesychius.

[y] *Haud procul periculo fuerit*] Gall. *il s'en fallut peu qu'il ne fût accablé par la foule.*

[z] *Jus, fas, lex*] Jus lex humana est, fas lex divina, si Isidorum sequimur, v. Etymol. 2. sed ille jus divinum

omnes Græciæ atque Asiæ urbes. Hoc spe concipere, audacis animi fuisse: ad effectum adducere,[12] virtutis et fortunæ ingentis.'

34. Secundum ista jam[13] Quintius et decem legati legationes regum, gentium civitatiumque audivere. Primi omnium regis Antiochi vocati legati sunt. His eadem, quæ fere Romæ erant,[14] verba sine fide rerum jactata.[a] Nihil jam perplexe, ut ante, cum dubiæ res incolumi Philippo erant, sed aperte pronuntiatum,[15] ut excederet Asiæ urbibus, quæ aut Philippi, aut Ptolemæi regum fuissent; abstineret liberas omnesque Græcas.[16] [b] Ante omnia denuntiatum, ne in Europam aut ipse transiret, aut copias trajiceret. Dimissis regis legatis, conventus gentium civitatiumque est haberi cœptus; eoque maturius peragebatur, quod decreta decem legatorum civitates nominatim pronuntiabant.[17] Orestis, (Macedonum ea gens est,) quod primi

11 *Suppeditabat* Kreyssig.—12 *Et* add. idem.

13 *Secundum Isthmia* Kreyssig.—14 *Eadem fere, quæ Romæ egerant* Kreyssig. Mox 'Pro *jactata* conjiciebat Gelenius *jactantibus*, ut cum sequentibus *nihil jam perplexe . . . sed aperte pronuntiatum*, cohæreat; sed sic, ut recte observat Gronovius, τὸ *erant* quoque deleri debet.' *Doering*. *Jactantibus nihil* Kreyssig. —15 *Denuntiatum* idem.—16 *Sineret liberas omnes esse Græcas* conj. Gron. *has sineret liberas omnesque Græcas* Lamb. Bos. *abstineret liberas omnes Græcas*, vel *ac sineret liberas omnes esse Græcas*, vel *ac sineret liberas omnes Græcas* Drak. (qui tamen nec vulgatum damnabat): *abstineret liberis omninoque Græcis* Bauer.' *Rupert*. 'Equidem nihil mutandum puto, nisi forte particula *et*, ante *abstineret* posita, orationis nexum juverit.' *Doering*. In Kreyssig. *fuissent. abstineret liberis civitatibus, nec unquam lacesseret armis; et in pace et in libertate esse debere omnes ubique Græcas urbes. Ante cet.*—17 Hæc forte corrupta; judice Rupert. certe non respondent verbis Polyb. Crev. tentat *quod decreta decem legatorum in civitates nominatim pronuntiabantur*. Kreyssig.

NOTÆ

cum naturali permiscet. Inter illa tria hoc discrimen est quod fas proprie de jure naturali, jus hoc loco de jure gentium; lex autem de jure proprio civitatis gentisve cujusque dicatur. Quo spectat illud Cic. pro Milone, 'Clodium nihil delectat quod aut per naturam fas sit, aut per leges liceat.'

[a] *Sine fide rerum jactata*] Ita Moguntiæ editum: melius quam quod Gelen. subjicit *jactantibus:* significatur enim eadem ab legatis Antiochi apud Quintium Corinthi dicta de amicitia regis, quæ Romæ apud senatum, in speciem magis quam ex vero, jactata fuerant, verba nempe et voces, non res quibus fidendum esset: sed iis aperte responsum a Quintio.

[b] *Abstineret liberas omnesque Græcas*] Non immerito conjicit Gronovius

ab rege defecissent, suæ leges redditæ. Magnetes et Perrhæbi et Dolopes liberi quoque pronuntiati. Thessalorum genti, præter libertatem concessam, Achæi Phthiotæ[c] dati, Thebis Phthioticis et Pharsalo excepto.[18] Ætolos de Pharsalo et Leucade postulantes, ut ex fœdere sibi restituerentur, ad senatum rejecerunt. Phocenses, Locrenses, et quæ sicut ante fuerant adjecta, decreti auctoritate his contribuerunt.[19] [d] Corinthus et Triphylia et Heræa (Peloponnesi et ipsa urbs est) reddita Achæis. Oreum et Eretriam decem legati Eumeni regi, Attali filio, dabant. Dissentiente Quintio, venit res in arbitrium senatus: senatus libertatem his civitatibus dedit, Carysto adjecto.[20] Pleurato Lycus et Parthini[e] dati:[1] Illyriorum utraque gens sub ditione Philippi fuerat. Amynandrum tenere jusserunt castella, quæ per belli tempus Philippo capta ademisset.

35. Dimisso conventu, decem legati, partiti munia inter se, ad liberandas suæ quisque regionis civitates discesserunt: P. Lentulus Bargylias, L. Stertinius[2] Hephæstiam[f]

habet *decreto .... pronuntiabantur.*—18 *Excepta* Kreyssig.—19 Vid. Not. Delph. inf. *Phocenses Locrensesque, sicut ante fuerunt, adjecta decreti auctoritate, his contribuerunt* Kreyssig. Mox *Herea* edd. ante Sigon.—20 Apud Kreyssig. paucis mutatis verbis et additis, exhibetur *Quintio, ea una res . . . sen. rejecta est : sen. . . . Carysto adjecta.*—1 Vid. Not. Delph. inf. Dukero legendum videtur *Parthus datæ*. Pro *Lycus* Kreyssig. habet *Lychnidus*.

2 In vett. librr. *L. Thermus : L. Titinius* conj. Pigh. et Reisk. Mox *Thas-*

NOTÆ

sineret liberas omnes esse Græcas, nempe urbes.

[c] *Achæi Phthiotæ*] Hi Achæi in Thessalia, Thessaliotis contributi: at Achæis Peloponnesiacis reddita Corinthus, Triphylia, Heræa, ut statim dicitur.

[d] *Phocenses, Locrenses, et quæ sicut ante fuerant adjecta...his contribuerunt*] Lege cum Ursino, *Phocenses, Locrensesque, sicut ante fuerant*. Concesserunt nimirum legati Phocensibus et Locris, ut conjuncti agerent, quemadmodum prius ἐν τῇ συμπολιτείᾳ, aut Phocensibus ipsis ac Locrensibus, liberis pronuntiatis, contribuerunt quæ ante eorum ditionis fuerant.

[e] *Lycus et Parthini*] Vulgo legebatur *Lingus et Partheni*: correxit Sigon. legitque *Lycus* (quæ urbs est Eordæorum) *et Parthini* (ut Capitolini lapides habent). Ursinus mavult *Lychnidus et Parthini*; probabili conjectura: ait enim Polyb. legatos decem Romanos dedisse Pleurato Lychnidunta et Parthon.

[f] *L. Stertinius Hephæstiam*] Pro Stertinio Titillium nominare videtur

et Thasum et Thraciæ urbes, P. Villius et L. Terentius ad regem Antiochum, Cn. Cornelius ad Philippum: qui, de minoribus rebus editis mandatis, percunctatus, si consilium[g] non[2] utile solum, sed etiam salutare, admittere auribus posset, cum rex gratias quoque se acturum diceret, si quid, quod in rem suam esset, expromeret, magnopere ei suasit, quoniam pacem impetrasset, ad societatem amicitiamque petendam mitteret Romam legatos; ne, si quid Antiochus moveret, expectasse et temporum opportunitates captasse ad bellandum[3] videri posset. Ad Tempe Thessalica Philippus est conventus. Qui cum se missurum extemplo legatos respondisset; Cornelius Thermopylas, ubi frequens Græciæ statis diebus esse solet conventus, (Pylaicum appellant,[h]) venit: Ætolos præcipue monuit, ut constanter et fideliter in amicitia populi Romani permanerent. Ætolorum principes alii interquesti sunt,[4] quod non idem erga suam gentem Romanorum animus esset post victoriam, qui in bello fuisset; alii ferocius incusarunt, exprobraruntque, 'Non modo vinci sine Ætolis Philippum, sed ne transire quidem in Græciam Romanos potuisse.' Adversus ea respondere (ne in[5] altercationem excederet res) cum supersedisset Romanus; 'omnia eos æqua impetraturos, si Romam misissent,' dixit. Itaque ex auctoritate ejus decreti legati sunt.[i] Hunc finem bellum cum Philippo habuit.

[i] *Eo auctore Ætoli decreverunt legatos Romam mittere.*

sum Gron. Doujat. Crev.—3 Glarean. (non male, judice Doer.) suspicatur *rebellandum;* quod exhibetur apud Kreyssig.—4 Conj. Crev. *alii leniter questi sunt;* sic invenitur apud Kreyssig.—5 Omittebant τὸ *in* edd. ante Sigon.

NOTÆ

Plutarchus in Thraciam missum. Quam autem Hephæstiam vocat, ea Hephæstias Plinio et Ptolemæo dicitur; estque urbs Lemni insulæ, nunc *Cochino.*

[g] *Si consilium*] *Si* pro an vel utrum.

[h] *Pylaicum appellant*] Pylæ, id est, portæ, generali nomine fauces dicuntur sive angusti transitus inter montes. Hic Pylarum sive Thermopylarum nomine Œtæ montis angustiæ intelliguntur, ad quem Pylea quoque Trachinia oppidum fuit: conventus autem Pylaicus ibi habebatur.

36. Cum hæc in Græcia Macedoniaque et Asia gererentur, Etruriam infestam prope conjuratio servorum fecit. Ad quærendam opprimendamque eam[k] M'. Acilius prætor, cui inter cives peregrinosque juris dictio obtigerat, cum una ex duabus legione urbana missus, alios[6] jam congregatos pugnando vicit; ex his multi occisi, multi capti: alios verberatos crucibus affixit, qui principes conjurationis fuerant: alios dominis restituit. Consules in provincias profecti sunt. Marcellum Boiorum ingressum fines, fatigato per diem totum milite via facienda, castra in tumulo quodam ponentem, Corolamus,[7] regulus Boiorum, cum magna manu adortus, ad tria millia hominum occidit; et illustres viri aliquot in illo tumultuario prælio ceciderunt, inter quos præfecti socium, T. Sempronius Gracchus,[8] M. Junius Silanus, et tribuni militum de legione secunda, A. Ogulnius et P. Claudius. Castra tamen ab Romanis impigre permunita retentaque, cum hostes a prospera pugna[l] nequicquam oppugnassent.[9] Stativis deinde eisdem per dies aliquot sese tenuit, dum et saucios curaret, et a[10] tanto terrore animos militum reficeret. Boii, ut est gens minime ad moræ tædium patiens,[i] in castella sua vicosque dilapsi sunt. Marcellus, Pado confestim trajecto, in agrum Comensem, ubi Insubres, Comensibus ad arma excitis,[k] castra habebant, ducit legiones. In ipso itinere prælium commit-

[k] *Ut de ea conjuratione inquireret, eamque tolleret.*
[l] *Statim a prælio secundo, seu victoria.*

6 *Urbana est missus. Alios* Kreyssig.—7 *Quidam* add. idem.—8 *Ti. Semp. Gracc.* Gron. Crev. Add. *et* Kreyssig. Mox habet ille *M. Oguln.* pro *A. Oguln.*—9 *Hostes prospera pugna elati necq.* Kreyssig.—10 Tὸ *a* ante *tanto*

NOTÆ

[i] *Minime ad* [*ob*] *moræ tædium patiens*] Hoc est, minime patiens belli, quod in longum tempus duceretur, ob tædium moræ. Itaque non est mutandum *ad moræ tædium;* ut est in ed. Parisiensi Doujatii. *J. Clericus.*

[k] *Comensibus ad arma excitis*] Comenses pagus fuere Insubrum: oportet itaque totam Insubrum gentem non statim in armis fuisse, sed paulatim remotiores a Pado Comenses reliquis se adjunxisse; nisi Comenses ab Insubribus distinguere Marcellus voluit triumphi titulos aucturus.

tunt; et primo adeo acriter invaserunt,[11] [l] ut antesignanos impulerint. Quod ubi [12] animadvertit, veritus ne moti semel pellerentur, cohortem Marsorum opposuit, et equitum Latinorum [13] omnes turmas in hostem emisit. Quorum cum primus secundusque impetus retudisset inferentem se ferociter hostem, confirmata et reliqua acies Romana restitit primo, deinde signa acriter intulit: nec ultra sustinuerunt certamen Galli, quin terga verterent, atque effuse fugerent. In eo prælio supra quadraginta millia hominum cæsa, Valerius Antias scribit, et quingenta septem signa [14] [m] militaria capta, et carpenta quadringenta triginta duo, et aureos torques multos; ex quibus unum magni ponderis Claudius in Capitolio Jovi donum in æde [15] positum scribit. Castra eo die Gallorum expugnata direptaque; et Comum oppidum intra dies paucos captum. Castella inde duodetriginta ad consulem defecerunt. Id quoque inter scriptores ambigitur, utrum in Boios prius, an Insubres, consul exercitum induxerit, adversamque prospera pugna obliteraverit; an victoria, ad Comum parta, deformata clade in Boios accepta sit.

inseruit Gron. sed *ex* malebat Drak. Mox '*ut est gens minime ad moræ tædium patiens* sc. belli in longum tempus ducti. Ita Cler. sed dura est ellipsis. *ob moræ tædium* reposuit Grut. *ob tædium moræ patiens* conj. Crev. et *minime moræ tædium patiens* (ut IV. 18. 'procul ab domo militiam ægre patiens') Drak.' *Rupert.* *Ob moræ* Gron. Doujat. Crev. *Ad moræ tæd. ferendum patiens, . . . passim dilapsi* Kreyssig.—11 '*Marcellus Pado c. trajecit legiones in agrum C. . . . habebant. In ipso i. p. commissum; et p. a. a. invaserunt* sc. Galli, conj. Gron. Post *legiones* asteriscum posuit Sigon. Forte vox *hostes* excidit ob comp. script. *leg. hostes*, et legendum, *ducit legiones. Hostes in ipso itinere prælium committunt, et primo cet.* Verbum *ducit* primum quidem inseruit ed. Frob. a. 1535. sed præfuit ei Gelen. qui unicum inspexit codicem.' *Rupert.* *Legiones ducit. Galli feroces Boiorum ante dies paucos pugna in ipso itinere cet.* Kreyssig.—12 *Marcellus* add. Kreyssig. —13 Apud eundem legitur *Marsorum cum opposuisset, equitum Latinorum.* —14 Vid. Not. Delph. inf.—15 'Forte del. *in æde*, aut leg. *Claudius Capitolino cet.*' Crev. Mox '*Castra eo die Gallorum* cet. in edd. ante Frob. *Postero die G. castra . . . in Boios prius, an Insubres*, f. *an in Ins.*' Drak.

NOTÆ

[l] *Adeo acriter invaserunt*] Romanos scilicet Galli.

[m] *Quingenta septem signa*] Ut in cæsorum numero Valerius Antias more suo victoriam hanc augere potuit, ita et in numero signorum militarium a Romanis captorum, et *quingenta* forte pro *quinquaginta* scripsisse.

37. Sub hæc tam varia fortuna gesta, L. Furius Purpureo alter consul per tribum Sappiniam[16] [n] in Boios venit. Jam castro Mutilo[o] appropinquabat, cum, veritus ne intercluderetur simul a Boiis Liguribusque,[17] eadem via, qua adduxerat, reduxit, et magno circuitu per aperta, eaque tuta loca, ad collegam pervenit. Dein junctis exercitibus primum Boiorum agrum usque ad Felsinam[p] oppidum populantes peragraverunt. Ea urbs ceteraque[18] castella et Boii fere omnes, præter juventutem, quæ prædandi causa in armis erat, (tunc in devias sylvas recesserat,) in deditionem venerunt. In Ligures deinde traductus exercitus. Boii negligentius coactum agmen Romanorum, quia ipsi procul abesse viderentur, improviso aggressuros se rati, per occultos saltus secuti sunt. Quos non adepti, Pado repente navibus trajecto, Lævos[19] [q] Libuosque cum pervastassent, redeuntes inde Ligurum extremo fine[20] cum agresti præda in agmen incidunt Romanum. Celerius prælium acriusque commissum, quam si tempore locoque ad certamen destinatis, præparatis animis concurrissent. Ibi, quantam vim ad stimulandos animos ira haberet, apparuit. Nam ita cædis magis, quam victoriæ, avidi pugnarunt Romani, ut vix nuntium cladis hosti relinquerent. Ob eas res[1] gestas, consulum literis Romam allatis, supplicatio in tri-

16 *Sapiniam* Kreyssig.—17 Frustra, judice Doer. Duker. vel *exercitum* vel *legiones* vel hujusmodi aliquid excidisse suspicatur. Kreyssig. add. *exercitum*. Mox *eoque* pro *eaque* idem c. Gron. Doujat. Crev.—18 Add. *circa* Kreyssig. Mox *ditionem* Gron. Doujat. Crev.—19 *Levos* edd. ante Sigon. —20 *Per Ligurum extremos fines* Kreyssig. Mox apud eum *destinato*.—1 *Ob*

NOTÆ

[n] *Per tribum Sappiniam*] Umbriam significat, ubi Sapis fluvius, nunc *Savio;* ad cujus dextram oppidum adhuc Sapinium, vulgo *Sapigno*, ex adverso Sarsinæ, in confinio Romandiolæ et ducatus Urbinensis.

[o] *Castro Mutilo*] Castellum hoc Mutilum in Apennini radicibus; Blondo et aliis est *Modigliana*, qua ducis Tusciæ ditio ultra Apenninum inter Faventinum et Foro Liviensem agrum excurrit: Cluverio est *Medolo*, sive *Medola*, oppidum supra Mutinam situm, versus Carfanianam vallem: diversum tamen a Mutila Istriæ, quæ nunc forte *Medulino*.

[p] *Felsinam*] Eadem est quæ postea Bononia.

[q] *Lævos*] Vide lib. v. cap. 35. ubi et de Libuis, sive Libycis.

duum decreta est. Brevi post Marcellus Romam venit, triumphusque ei magno consensu Patrum est decretus. Triumphavit in magistratu de Insubribus Comensibusque. Boiorum triumphi spem collegæ reliquit, quia ipsi proprie adversa pugna in ea gente evenerat, collegæ secunda. Multa spolia hostium captivis carpentis traducta, multa [2] militaria signa lata, æris trecenta viginti millia,[r] argenti bigati ducenta triginta quatuor millia. In pedites singulos dati octingenti [3] æris;[s] triplex equiti centurionique.

38. Eodem anno Antiochus rex, cum hybernasset Ephesi,[u] omnes Asiæ civitates in antiquam imperii formulam redigere est conatus: reliquas quidem,[4] aut quia locis planis positæ erant, aut quia parum mœnibus armisque ac juventuti fidebant, haud difficulter [5] jugum accepturas. Smyrna [x] et Lampsacus [y] libertatem usurpabant; pericu-

has res Kreyssig.—2 *Evenerat, cum collega ... transvecta, multa* idem.—3 Glareanus et Gronovius pro *octingenti* legendum esse suspicantur *octogeni*: sic exhibetur apud Kreyssig. Mox Dukerus tentat: *duplex centurioni, triplex equiti.*

NOTÆ

[r] *Æris trecenta viginti millia*] Si assium uncialium (quales hoc tempore apud Romanos) pretium spectes, singuli non multum denarios tredecim Turonenses ac dimidium excedent, fietque summa octodecim millium librarum nostrarum, aut non multo amplior. Quod si æris libræ Romano pondere fuerunt, tunc per duodenarium numerum multiplicanda erit quantitas.

[s] *In pedites singulos dati octingenti æris*] Nummos æreos octingentos pro assibus, qui eo tempore in usu, accipio: sic fient quinque et quadraginta libræ Turonenses cum denariis quatuor. Putat Gronov. pro *octingentis* legendum *octogenos:* et credibile esse negat Marcellum plus e tenui hac præda Gallica largitum esse, quam T. Quintium e Macedonica, qui ducenos quinquagenos militibus suis viritim divisit: aut quam Scipionem e Syriaca, qui nonnisi quinos et vicenos denarios distribuit.

Octingenti] Legit J. F. Gronovius *octogeni*, quod nimia summa videatur. Octingenti sunt circiter 15. floreni; octogeni vero florenus unus et dimidius. *J. Clericus.*

[u] *Cum hybernasset Ephesi*] Fuit Ephesus clarissima Ioniæ urbs, caput Asiæ propriæ, non procul ostio Caystri fluminis, ad Ægæum mare, inter Smyrnam et Miletum. Ab Amazonibus condita fertur: habuitque templum Dianæ celeberrimum, quod inter septem orbis miracula habebatur. Hodie, amisso pristino splendore, vocatur Italis *Efeso;* Gallis *Ephese:* Turcis, quibus subest, *Figena,* ut aiunt.

[x] *Smyrna*] Una fuit ex præcipuis Ioniæ civitatibus, prius Naulochos

lumque erat, ne, si concessum his foret, quasi tabe,[6] [z] Smyrnam in Æolide Ioniaque,[b] Lampsacum in Hellesponto, aliæ urbes sequerentur. Igitur et ipse ab Epheso ad Smyrnam obsidendam misit; et, quæ Abydi copiæ erant,[c] præsidio tantum modico relicto, duci ad Lampsacum oppugnandum jussit. Nec vi tantum terrebat; sed, per legatos leniter alloquendo, castigandoque temeritatem et pertinaciam, spem conabatur facere, brevi, quæ peterent,[7] habituros,[d] sed cum satis et ipsis et omnibus aliis appareret, ab rege impetratam eos libertatem, non per occasionem raptam, habere. Adversus quæ respondebant, 'Nihil neque mirari, neque succensere Antiochum debere, si spem libertatis

4 *Conatus. Et ceteras quidem* Kreyssig.—5 *Videbat* add. Kreyssig.—6 *Quos metuebat* Gron. Doujat. *quos in Theba* Crev. Ernest. Doer. c. Drak. *quod intenderent* Kreyssig. Vid. Not. Delph. et J. Cler. inf.—7 *Quod peterent* Kreyssig. *Quam peterent* malebat Gron. qui mox exhibet *habituros. Et tum.*

NOTÆ

dicta, a Smyrne Amazone, ut volunt, appellationem post sortita. Eam plerique Homeri patriam censent; nomen dedit sinui Smyrnæo, qui pars Ægæi maris, Meletem fluvium ibi excipit. Nunc tractus illius caput nomen retinet apud Christianos, Turcis *Ismir* vocatur: commercio celebris.

[y] *Lampsacus*] Minoris Asiæ urbs est in Mysia minori, quæ postea Hellespontus, translato nomine a vicino mari, cujus faucibus imminet ex adverso Callipolis Thraciæ oppidi, ad os Propontidis; vulgo nunc *Lampsico*, Turcis dominantibus *Lepsek*.

[z] *Ne, si concessum his foret, quasi tabe,* [*quos metuebat*] Lege, *quod metuebat*, et refer ad sequentia: Gronovius vult, *ne si concessum his foret, quasi tabe Smyrnam, &c. aliæ urbes sequerentur.*

Quasi tabe] Sic Gronov. ex vestigio antiquæ scripturæ, pro *quos metuebat*. J. Clericus.

[b] *In Æolide Ioniaque*] In Ionia fuit Smyrna, sed vicina Æolidi: non itaque vult Smyrnam in Æolide fuisse, sed urbes alias quæ in Æolide et Ionia erant, exemplum Smyrnæ in vindicanda libertate secuturas.

[c] *Et, quæ Abydi copiæ erant*] Abydo, post civium cladem, impositum a Philippo præsidium vidimus lib. XXXI. cap. 18. Id deductum postea pacis legibus lib. XXXII. c. 33. et hujus lib. c. 30. unde igitur novum atque ab Antiocho præsidium? nimirum, ut alia Philippi loca, sic Abydum vacuam præsidio Antiochus occupaverat. Vide cap. 39.

[d] *Brevi, quæ peterent, habituros*] Perspicua magis hæc oratio erit, si ex conjectura Gronovii legamus, *brevi quam peterent habituros, sed cum satis ... apparet, &c.* Per *quæ peterent*, vel *quam peterent*, intellige libertatem, cujus spes tunc Lampsacenis fiebat, postquam constitisset eam regio munere concessam, non rebellione ab ipsis quæsitam esse.

differri non satis æquo animo paterentur.' Ipse initio veris, navibus ab Epheso profectus, Hellespontum petit;[e] terrestres copias Madytum trajicit, Chersonesi urbem; [f] terrestri navalem exercitum junxit: et, quia [8] clauserant portas, circumdedit mœnia armatis, et jam [9] opera admoventi deditio est facta. Idem metus tum incolentes alias Chersonesi urbes in deditionem dedit. Lysimachiam inde [g] omnibus simul navalibus terrestribusque copiis venit. Quam cum desertam ac stratam prope [10] ruinis invenisset, (ceperant autem direptamque incenderant Thraces paucis ante annis,) cupido eum restituendi nobilem urbem et loco sitam opportuno cepit. Itaque omni cura simul est aggressus, et tecta murosque restituere, et partim redimere servientes Lysimachienses, partim fuga sparsos per Hellespontum Chersonesumque conquirere contrahereque,[11] partim novos colonos, spe commodorum proposita, ascribere, et omni modo frequentare. Simul ut Thracum summoveretur metus, ipse parte dimidia terrrestrium copiarum ad depopulandum proxima Thraciæ est profectus: partem navalesque socios omnes reliquit in operibus reficiendæ urbis.

—8 *Terrestres copias trajici ab Abydo Chersonesum jussit. Cum ad Madytum, Chersonesi urbem, ter. nav. ex. junxisset, quia* Kreyssig. Pro *Madytum* edd. antt. *ab Abydo.* Al. *ad Abydum.*—9 Elegantior, judice Doer. est lectio quam ex conjectura proposuit J. F. Gron. *sed jam.* Mox in vocibus *tum incolentes*, ut otiosis et inelegantibus, aliquid vitii latere suspicatur Crev. Kreyssig. h. l. dat lection. *facta. Idem metus Sestum incolentes aliasque.*—10 *Omnem* add. Kreyssig.—11 *Conq. et contrah.* Kreyssig.

NOTÆ

[e] *Hellespontum petit*] Hellespontus duo significat: proprie quidem angustum mare inter Ægæum et Propontidem, quo Asia dividitur ab Europa, sic dictum, ut fabulæ volunt, ab Helle Phryxi sorore ibi summersa: præterea tractum illum terræ Asiaticæ qui eidem mari incumbit.

[f] *Madytum trajicit, Chersonesi urbem*] Legebatur antea *ab Abydo trajicit Chersonesi urbem.* Vidit Glar. deesse nomen illius urbis Chersonesi Thracicæ, ad quam trajecit Antiochus; et pro *ab Abydo,* substituit *Madytum;* quæ revera urbs est in Chersoneso Thracica.

[g] *Lysimachiam inde*] Urbs quoque Chersonesi e præcipuis fuit Lysimachia, in ora Hellesponti, a Lysimacho e regione Cardiæ condita; quæ quoniam in isthmo sex millia passuum lato posita est, Examiliou postea dici cœpit.

39. Sub hoc tempus et L. Cornelius,[12] missus ab senatu ad dirimenda inter Antiochum Ptolemæumque reges certamina, Selymbriæ substitit;[h] et decem legatorum P. Lentulus a Bargyliis, P. Villius et L. Terentius a Thaso, Lysimachiam petierunt. Eodem et a Selymbria L. Cornelius et ex Thracia post paucos dies Antiochus convenerunt. Primus congressus cum legatis, et deinceps invitatio benigna et hospitalis fuit. Ut de mandatis statuque præsenti Asiæ agi cœptum est, animi exasperati sunt. Romani, omnia acta ejus, ex quo tempore e Syria classe solvisset,[13] displicere senatui, non dissimulabant, restituique Ptolemæo civitates omnes, quæ ditionis ejus fuissent, æquum censebant. 'Nam quod ad eas civitates attineret, quas a Philippo possessas Antiochus per occasionem, averso Philippo in Romanum bellum, intercepisset, id vero ferendum non esse, Romanos per tot annos terra marique tanta pericula ac labores exhausisse, Antiochum belli præmia habere. Sed ut in Asiam adventus ejus dissimulari ab Romanis, tanquam nihil ad eos pertinens, potuerit;[14] quod jam etiam in Europam omnibus navalibus terrestribusque copiis transierit, quantum a bello aperto Romanis[15][i] abesse? Illum quidem, etiamsi in Italiam trajiciat, negaturum.'[16]

40. Ad ea rex, 'Satis jam ante videre se, Romanos inquirere,[17] quid regi Antiocho faciendum; at, quousque

12 'Male *C. Corn.* dederat ultima Gruteri ed. quamplurimi deinde editores, uterque Gron. Donjat. et al. secuti sunt.' *Doering.*—13 *Ab Syria classem solv. . . . et Ptol.* Kreyssig.—14 *Quid?* inserit Kreyssig.—15 Ante *Romanis* præpositionem *cum* desiderant J. F. Gron. et Crev.—16 *A bello aperte Romanis indicto abesse* Kreyssig. Mox post *negaturum* habet ille verba, quibus terminatur cap. *Romanos autem non expectaturos, ut id posset facere.*

17 *Adversus ea Antiochus, Mirari se, dixit, Romanos tam diligenter inquirere*

NOTÆ

[h] *Selymbriæ substitit*] Inter Byzantium et Perinthum urbs est Selymbria, sive Selybrea, in Thracia ad Propontidem, adhuc satis ampla, etsi mœnibus nudata: vulgo *Selyvrea.*

[i] *A bello aperto Romanis*] Inseri jubet Gronovius præpositionem, ut sit, *cum Romanis.* Potest tamen sic accipi τὸ *Romanis*, in dandi casu, quasi dicas, Romanorum respectu; Gall. *à l'égard des Romains.* Facit quod subjicitur, *illum quidem*, nempe Antiochum, *etiamsi in Italiam trajiciat ne-*

terra marique progrediendum fuerit ipsis, non cogitare. Asiam nihil ad populum Romanum pertinere; nec magis illis inquirendum esse, quid Antiochus in Asia, quam Antiocho, quid in Italia populus Romanus faciat. Quod ad Ptolemæum attineat, cui ademtas civitates querantur; sibi cum Ptolemæo et amicitiam esse, et id agere se, ut brevi etiam affinitas jungatur.[k] Nec ex Philippi quidem adversa fortuna spolia ulla se petisse; aut adversus Romanos in Europam trajecisse.[l] ****** fuerit,[18] (quo victo omnia, quæ illius fuissent, jure belli Seleuci facta sint,[m]) existimare suæ ditionis esse. Occupatis majoribus suis rerum aliarum alia cura,[19] primo quædam ex his Ptolemæum, deinde et Philippum, usurpando aliena possedisse; sicut quædam ex proxima Thracia, quæ indubitate [20] Lysimachi fuerint. Ad

Kreyssig.—18 *Trajecisse.* * * * hanc lacunam ad verba Polybii XVII. 32. Sigon. Ruben. J. F. Gron. et Crev. diversa ratione explere studuerunt. Vid. Not. Var. Ita explet Kreyssig. *trajecisse; sed qua Lysimachi quondam regnum fuerit.* Donjat. explet ita: *trajecisse cum copiis, sed ut Chersonesi urbes Thraciæque recuperaret. Earum enim imperium ad se imprimis pertinere; quippe quod ab initio regnum Lysimachi fuerit.*—19 Tentat J. F. Gron. *Occupat. major. su. rer. al. aliis cura;* sive *aliarum ex aliis cura.* Posterius prob. Crev. *Alia* del. Kreyssig. —20 'Vox *indubitate* suspecta est viris doctis.' *Rupert.* Mox 'verba *ad ea facienda* male cohærent cum præcedd. nam hæc ad ea tantum spectant, quæ alii fecerunt. Sufficeret pro *facienda* substituisse *potiunda* aut *vindicanda.*' Rupert. Vid. Not. Delph. et J. Cler. inf. Totus hic locus ita apud Kreyssig. exhibetur: *Philippum usurpandæ alienæ possessionis causa tenuisse. Chersonesus quidem et proxima Thraciæ, quæ circa Lysimachiam sint, quem dubitare, quin Lysimachi fuerint? Ad ea recipienda in antiquum jus venisse.*

NOTÆ

gaturum, supple se Romanis bellum inferre.

[k] *Ut brevi etiam affinitas jungatur*] Et vero paulo post Cleopatra Antiochi hujus magni filia, Ptolemæo Epiphani nupsit, eique velut in dotem attulit Cœlesyriam, Phœnicen, et Judæam, quas pater Antiochus occupaverat, Ægyptiis ademtas.

[l] *In Europam trajecisse*] Lacuna hic erat quam explevit Sigonius ex Polyb.

[m] *Seleuci facta sint*] Post Alexandri Magni mortem, ejus præcipui duces provincias sibi creditas regum titulo tenuerunt, extincta stirpe regia: Antigonus minorem Asiam, Ptolemæus Ægyptum, Seleucus Babyloniam et regiones trans Euphratem, Græciam Demetrius Antigoni filius, Lysimachus Thraciam maritimam cum Bithyniæ parte, Cassander Macedoniam. Sed post Antigonum a reliquis prælio ad Hypsum commisso cæsum, Asia minor inter Seleucum, Lysimachum, et Ptolemæum divisa est. Cassandro mortuo, Demetrius Macedoniam aliquamdiu tenuit, qua pulsus a Pyrrho et Lysimacho, atque a suis in Asia desertus, Seleuco sese dedere

ea facienda in antiquum [n] venisse; et Lysimachiam, deletam Thracum impetu, de integro condere, ut Seleucus filius eam sedem regni habeat.'

41. His disceptationibus per dies aliquot habitis, rumor sine ullo satis certo auctore allatus [o] de morte Ptolemæi regis,[1] ut nullus exitus imponeretur sermonibus. Nam dissimulabat pars utraque se audisse; [p] et L. Cornelius, cui legatio ad duos reges, Antiochum Ptolemæumque, mandata erat, spatium modici temporis ad conveniendum Ptolemæum petebat, ut prius, quam moveretur aliquid in nova possessione regni, perveniret in Ægyptum; et Antiochus suam fore Ægyptum, si tum occasio esset,[2] [q] censebat. Itaque, dimissis Romanis relictoque Seleuco filio cum terrestribus copiis ad restituendam, ut instituerat, Lysimachiam, ipse omni classe navigans Ephesum, legatis [3] ad Quintium missis, qui ad fidem [4] de societate agerent,[r]



1 Post *regis* excidisse *effecit* videtur Gron. *fecit* Crev. Kreyssig. habet *sermonibus, effecit. Nam et.*—2 ' Forte leg. *si eam occasionem non amisisset*, aut *si tum non cessasset* Gron. *si tum occasioni non deesset* conj. Glar. *si tum occasione usus esset* Duk. *si usus occasione esset* Crev. Malim *si non occasioni deesset.*' Rupert. Lectio apud Kreyssig. *si tum occupasset.*—3 *Navigat Ephesum: legatis* Kreyssig.—4 ' Malebat J. F. Gron. *ibidem:* mihi vero particula *ibidem* otiosa plane h. l. videtur. Dukerus excidisse aliquid suspicatur in hanc fere sententiam: *ad fidem faciendam, regem nihil adversus Ægyptum tentaturum.* Crev. voces *ad fidem* vel delendas vel corrigendas existimat. An scripsit Livius, *de fide et societate?*' Doering. Conj. Rupert. *data fide;* vel *mala fide;* vel *ad speciem.* In Kreyssig. invenitur *ad fidem faciendam, nihil no-*

NOTÆ

coactus est: inde Lysimachus bello adversus Seleucum suscepto victus est; ab hoc dicti Seleucidæ, ejusque nunc abnepos Antiochus erat.

[n] *Ad ea facienda in antiquum*] Num *ad ea sarcienda?* aut, ut placet Gronovio, *ad ea redigenda in antiquum jus?*

Facienda in antiquum] Mallet Gron. legi *redigenda in antiquum jus*, vel *statum.* Merito. *J. Clericus.*

[o] *Rumor . . . allatus*] Subaudi effecit, aut quid simile: nempe rumor allatus effecit ut nullus exitus imponeretur negotio, &c.

[p] *Se audisse*] Illum scilicet rumorem.

[q] *Si tum occasio esset*] Si nimirum tunc Ptolemæi mors occasionem ipsi præberet invadendæ Ægypti. Non displicet Glareani correctio, *Si tum occasioni non deesset*, id est, si ea occasione uteretur.

[r] *Qui ad fidem de societate agerent*] Suspicatur Gron. legendum, *qui ibidem de societate agerent:* vel intelligendum est, qui de societate agerent ad fidem faciendam animi ad pacem inclinantis.

oram Asiæ legens, pervenit in Lyciam;[s] Patarisque[t] cognito, vivere Ptolemæum, navigandi quidem in Ægyptum omissum consilium est. Cyprum[u] nihilominus tendens, cum Chelidonium[5] promontorium[x] superasset, paulisper seditione remigum est retentus in Pamphylia[y] circa Eurymedontem[z] amnem. Inde profectum eum ad capita (quæ vocant) Sari fluminis[a] fœda tempestas oborta prope cum omni classe demersit. Multæ naves ejectæ:[m] multæ ita

[m] *Illisæ ad littus naves.*

vaturum regem, de societate agerent.—5 *Chelidoniarum* Kreyssig.—6 *Multæ*

NOTÆ

[s] *In Lyciam*] In Asia minori Lycia est regio inter Cariam et Pamphyliam; cujus pars borealis, sive interior Phrygiæ contermina, Mylias dicta: hodie Turcis *Aidinelli*, ut Castaldus et alii volunt; vel potius *Mentese*, ut tabulæ geographicæ testantur.

[t] *Patarisque*] Lyciæ urbs Patara, -orum, ad ostium Xanthi fluvii, Apollinis oraculo quondam clara, qui sex mensibus hyemalibus ibi responsa dabat, sex reliquis apud Delum insulam. Hodie *Patera* Sophiano, *Patarea* Castaldo.

[u] *Cyprum*] Insula est e majoribus Mediterranei maris, Veneri sacra, Syriaco, Cilicio, et Pamphylio mari cincta, ab occasu in ortum protensa, cujus urbes præcipuæ Salamis (postea Constantia, hodie *Famagusta*) ortum versus; Paphos versus occasum; Amathus ad meridiem; Lapithus, et Solis, ad septemtrionem. A Richardo Angliæ rege in transitu subacta, Lusinianis regibus paruit: his erepta a Turcis imperante Selimo anno 1575. Metropolim hodie habet Leucosiam, vulgo *Nicosia*, in meditullio fere sitam; nunc Gallis *l'isle de Chypre*, Turcis *Cupru-Ada*.

[x] *Chelidonium promontorium*] A Chelidoniis exiguis Pamphylii maris insulis, quæ Lyciæ adjacent, nomen accepit hoc promontorium, quod et Sacrum appellatur, in sinus Attalici ingressu versus occasum; crediturque Plinio pars Tauri montis eo usque procurrentis.

[y] *In Pamphylia*] Inter Lyciam ad occasum, et Ciliciam ad ortum, Pamphylia est, regio littoralis mari suo imminens, ad meridiem Pisidiæ; hodie *Settalia* ex Giravæ sententia, pars occidentalis Caramaniæ: caput urbium olim Side; nunc *Attalia*, sive *Satalia*.

[z] *Circa Eurymedontem*] Pamphyliæ fluvius est Eurymedon, a Tauro monte per Aspendum urbem in sinum Attalicum magna aquarum vi defluens; ad cujus ostia victi a Cimone Atheniensi Persæ terrestri prælio, eodem die, quo ad Cyprum insulam classe ab eodem exuti fuerant.

[a] *Sari fluminis*] Sarus hic, a Samnitico et Caramanico diversus, supra Comana, Cappadociæ olim, postea Armeniæ minoris urbem, ortus, in Ciliciam campestrem fluit, et per Aleium campum in sinum Issicum se exonerat, inter Cydnum Tharsi, et Pyramum Adanæ fluvios.

haustæ mari, ut nemo in terram enaverit.[6] Magna vis hominum ibi interiit, non remigum tantum militumque ignotorum, sed etiam insignium amicorum.[7] Collectis reliquiis naufragii, cum res non in eo [n] esset, ut Cyprum tentaret, minus opulento agmine, quam profectus erat, Seleuciam redit.[b] Ibi subduci navibus jussis, (jam enim et [8] hyems instabat,) ipse in hyberna Antiochiam processit. In hoc statu regum erant res.

42. Romæ eo primum anno triumviri epulones [c] facti, C. Licinius Lucullus tribunus,[9] qui legem de creandis his tulerat, P. Manlius [d] et P. Porcius Læca. His triumviris, item ut pontificibus, lege datum [10] togæ prætextæ habendæ jus. Sed magnum certamen cum omnibus sacerdotibus eo anno fuit quæstoribus urbanis, Q. Fabio Labeoni et L. Aurelio. Pecunia opus erat, quod ultimam pensionem pecu-

[n] *In eo statu.*

fractæ, multæ ejectæ naves: multæ ... enarit. idem.—7 *Militumque ignotæ turbæ, sed et. insig. regis amic.* idem.—8 Τὸ *et* del. Gron. Doujat. Crev. Mox *concessit* pro *processit* Kreyssig.

9 *Lucullus P. Manlius* Gron. Doujat. *Lucullus tribunus plebis* Kreyssig. In vett. edd. legebatur, teste Doer. *Lucullus T. Romuleius.* Mox *P. Manlius* del. Gron. Doujat. Crev. Kreyssig. habet *et P. Manlius.*—10 *Est* add. Kreyssig.

NOTÆ

[b] *Seleuciam redit*] Multæ fuere ejus nominis urbes, a Seleuco fere Nicatore conditæ: hanc in Cilicia Aspera fuisse non est ambiguum, et est Seleucia Trachiotis, ad Calycadnum fluvium, adhuc nomen servans, Græcis Turcisque *Selefkia*, duodecim milliaribus distans a mari, ad cujus littus prius condita fuerat sub Hormiæ cognomine, auctore Plinio. Quod autem redisse huc dicitur Antiochus, intelligendum est eum huc retro navigasse, neque enim antea illum eo venisse memoratur.

[c] *Triumviri epulones*] Initio tres tantum fuere sacris epulis curandis præfecti volentibus pontificibus, propter sacrificiorum multitudinem, ut Cic. loquitur III. de Orator. Postea septem fuerunt, ut ex Gell. lib. I. c. 12. et Plin. Juniore lib. II. Epist. ad Arrianum intelligi potest.

[d] *P. Manlius*] In scriptis non paucis scriptum est *T. Romuleius:* quod nomen optimi critici observant in multis codicibus imperitia librariorum irrepsisse loco *tribuni:* unde Gron. existimat hic scripsisse Livium, *C. Licinius Lucullus tribunus:* Sigonius *C. Licinius Lucullus*, deinde *P. Manlius*, qui haud dubie inter primos triumviros epulones; nam libro XL. traditur Q. Fulvium triumvirum epulonem in locum P. Manlii esse factum, et fuit hic Manlius ex gente Manlia plebeia.

niæ in bellum collatæ persolvere[11] placuerat privatis. Quæstores ab auguribus pontificibusque, quod stipendium per bellum non contulissent, petebant.[e] Ab sacerdotibus tribuni[12] nequicquam appellati, omniumque annorum, per quos non dederant, exactum est.[f] Eodem anno duo mortui pontifices, novique in eorum locum suffecti, M. Marcellus consul in locum C. Sempronii Tuditani,[13] qui prætor in Hispania decesserat, et L. Valerius in locum M. Cornelii Cethegi. Et Q. Fabius Maximus augur mortuus est admodum adolescens, priusquam ullum magistratum caperet: nec eo anno augur in ejus locum est suffectus. Comitia inde consularia habita a M. Marcello consule. Creati consules L. Valerius Flaccus, M. Porcius Cato.* Prætores inde facti C. Fabricius Luscinus, C. Atinius Labeo, Cn. Manlius Vulso,[14] Ap. Claudius Nero, P. Manlius, P. Porcius Læca. Ædiles curules, M. Fulvius Nobilior et C. Flaminius, tritici decies centum millia binis æris populo diviserunt:[o] [15] id C. Flaminii honoris causa, ipsius patrisque,[p] advexerant Siculi Romam. Flaminius gratiam ejus communicaverat cum collega. Ludi Romani et apparati magnifice sunt, et ter toti instaurati. Ædiles plebis, Cn. Domitius Ahenobarbus[16] et C. Scribonius Curio, multos pecuarios[q] ad populi judicium adduxerunt. Tres ex his condemnati sunt; ex eorum mulctaticia pecunia ædem in insula Fauni fecerunt.[g]

[o] *Duobus assibus in singulos modios datis*: Gallice *deux sous trois deniers le boisseau, les douze faisant le setier de Paris.*
[p] *In gratiam atque honorem tum ipsius C. Flaminii, tum patris ejus.*
[q] *Pecudum magistros, seu potius qui pecorum negotiationem exercebant.*

—11 *Persolvi* Kreyssig. Mox *pontificibus* Gron. Doujat. Crev. omisso τῷ *que*. —12 *Plebis* add. Kreyssig.—13 *T. Semp. Tud.* edd. ante Sigon. et superiore libro *Cn.* dicitur. Mox post *Valerius* add. Kreyssig. *Flaccus*.—14 *C. Man. Vols.* edd. ante Sigon. quidam posteriores *et Man. Vuls.*—15 *Descripserunt* Kreyssig. Mox verbo *ædiles* præponit Kreyssig. *Eo anno*.—16 *Ænobarbus* Gron. Doujat.

NOTÆ

[e] *Petebant*] Pecuniam.
[f] *Exactum est*] Stipendium.
* A. U. C. 558.
[g] *Ædem in insula Fauni fecerunt*] Ædem nimirum Fauno dicatam in insula Tiberina.

Ludi plebeii [17] per biduum instaurati, et epulum fuit ludorum causa.

43. L. Valerius Flaccus et M. Porcius,[18] quo die magistratum inierunt, de provinciis cum ad senatum retulissent, Patres censuerunt, 'Cum in Hispania tantum glisceret bellum, ut jam consulari et duce et exercitu opus esset, placere, consules Hispaniam citeriorem et Italiam provincias aut comparare inter se, aut sortiri. Utri Hispania provincia evenisset, eum duas legiones et quinque [19] millia socium Latini nominis et quingentos equites secum portare, et naves longas viginti [h] ducere. Alter consul duas legiones scriberet. His Galliam provinciam obtineri satis esse, fractis proximo anno Insubrium et Boiorum animis.' Cato Hispaniam, Valerius Italiam est sortitus. Prætores deinde provincias sortiti, C. Fabricius Luscinus urbanam, C. Atinius Labeo peregrinam, Cn. Manlius Vulso Siciliam, Ap. Claudius Nero Hispaniam ulteriorem, P. Porcius Læca Pisas, ut ab tergo Liguribus [20] esset: P. Manlius in Hispaniam citeriorem adjutor consuli datur. T. Quintio, suspectis non solum Antiocho et Ætolis, sed etiam Nabide Lacedæmoniorum tyranno, prorogatum in annum imperium est, duas legiones ut haberet. In eas si quid supplementi opus esset, consules scribere et mittere in Macedoniam jussi. Ap. Claudio præter legionem, quam Q. Fabius habuerat, duo millia peditum et ducentos equites novos conscribere [i] permissum. Par numerus peditum equitumque novorum P.

c. Crev. Mox *C. Scrib. curio maximus* habent eæd.—17 *Plebis* Gron. Doujat. Crev.

18 Post *Porcius* add. Kreyssig. *Cato consules Idibus Martiis.*—19 *Quindecim* et mox *octingentos* idem.—20 Ante Gelenium legebatur *Libuis.* Pighius in Annal. tentabat *ut ab tergo Lebuis Liguribus esset.* Mox pro *datur* malit Duk. *datus;* ut in Kreyssig. invenitur. Deinde inserit Kreyssig. *jam* inter

NOTÆ

[h] *Naves longas viginti*] Longa nave primum Jasonem navigasse auctor Philostephanus apud Plinium libro VII. cap. 56. Differunt autem longæ naves ab onerariis; illas remis agi solitas ad bellicum usum colligitur ex Cæsare IV. de Bello Gallico, ipsoque Livio lib. XXVII. ubi de obsidione portus Tarentini: *c'étoient des galères.*

Manlio in citeriorem Hispaniam decretus; et legio eadem, quæ fuerat sub Minucio[2] prætore, data. Et P. Porcio Læcæ ad Etruriam circa Pisas duo millia peditum et quingenti equites ex Gallico exercitu decreti. In Sardinia prorogatum imperium Sempronio Longo.

44. Provinciis ita distributis, consules, priusquam ab Urbe proficiscerentur, ver sacrum ex pontificum jussu fecere,[3] quod A. Cornelius Mammula prætor voverat de senatus sententia populique jussu, Cn. Servilio, C. Flaminio consulibus. Annis post uno et viginti factum est, quam votum. Per eosdem dies C. Claudius, Ap. filius, Pulcher augur in Q. Fabii Maximi locum, qui priore anno mortuus erat, lectus inauguratusque est. Mirantibus jam vulgo hominibus, quod[4] Hispania movisset, bellum negligi,[r] literæ a Q. Minucio allatæ sunt, 'Se ad Turbam oppidum[1] cum Budare et Besaside, imperatoribus Hispanis, signis collatis prospere pugnasse: duodecim millia hostium cæsa: Budarem imperatorem captum: ceteros fusos fugatosque.' His literis lectis, minus terroris ab Hispanis erat, unde ingens bellum expectatum fuerat. Omnes curæ, post adventum utique[5] decem legatorum, in Antiochum regem conversæ. Hi, expositis prius, quæ cum Philippo acta essent, et quibus legibus data pax, non minorem belli molem restare

[r] *Cum homines stuperent, quod contemneretur bellum ab Hispanis motum.*

sed et *etiam*.—1 *Scriberet* Kreyssig.—2 Verbo *Minucio* præponit Kreyssig. Q. et *decem* pro *duo* mox habet.

3 *Ex decreto pontificum jussi fecere* Kreyssig. Mox *C. Cornel. Mam.* edd. ante Sigon. Fuerunt qui *M. Æmilius prætor* pro *A. Corn. Mam.* legendum esse arbitrarentur. Vid. Not. Var.—4 Inserit *cum* Kreyssig. et mox *neglegerent* legit pro *negligi*.—5 *Utique post adventum* Kreyssig.


NOTÆ

[1] *Ad Turbam oppidum*] Statum rerum Hispanicarum per hæc tempora discere possumus ex capp. 21. et 25. hujus lib. Anno superiore ulteriorem Hispaniam sortitus fuerat Q. Fabius Buteo, at citerior Q. Minucio Thermo obtigerat, a quo nunc literæ. Unde apparet Turbam oppidum fuisse in citeriore provincia; sed cujus populi fuerit non satis constat. Turbulam invenio apud Ptolemæum in Bastitanis. Nicolaus Sanso sumit prò urbe Aragoniæ episcopali, quæ nunc *Teruel*.

ab Antiocho docuerunt. 'Ingenti classe, egregio terrestri exercitu, in Europam eum trajecisse. Nisi avertisset vana spes, ex vaniore rumore orta, Ægypti invadendæ, mox bello Græciam arsuram fuisse. Neque enim ne Ætolos quidem quieturos, cum ingenio inquietam, tum iratam Romanis gentem. Hærere et aliud in visceribus Græciæ ingens malum, Nabin, nunc Lacedæmoniorum, mox, si liceat, universæ Græciæ futurum tyrannum, avaritia et crudelitate omnes fama celebratos tyrannos æquantem. Cui si Argos, velut arcem Peloponneso impositam, tenere liceat, deportatis in Italiam Romanis exercitibus, nequicquam liberatam a Philippo Græciam fore, pro rege, si nihil aliud,[k] longinquo vicinum tyrannum dominum habituram.'

45. Hæc cum jam ab gravibus[6] auctoribus, tum qui omnia per se ipsos explorata referrent, audirent majores;[s] quod ad Antiochum attineret,[l] maturanda his, cum rex[7] quacumque de causa in Syriam concessisset, de tyranno consultatio visa est. Cum diu disceptatum esset, utrum jam causæ satis videretur, cur decerneretur,[8] an permitte-

[s] *Majores natu ex senatoribus.*



6 *Ab tam grav.* Kreyssig.—7 'In edd. vett. ante Frob. a. 1531. legitur *audirentur.* Hinc bene emend. Jac. Periz. *Hæc cum tum ab gravibus auctoribus, tum . . . referrent, audirentur, major res, quod ad Antiochum attineret, maturanda magis, cum rex cet.* Verbis transpositis, et inserta voce *dilato*, conj. Gron. *maturanda his (quod ad Antiochum attineret, cum rex . . . concessisset, dilato) de tyranno cet.*' Rupert. *Audirentur majores, quod cet.* Crev. *Audirentur, major res, quod . . . maturanda magis, quando cet.* Kreyssig. Vid. Not.

NOTÆ

[k] *Si nihil aliud*] Ut ostendat plus timendum libertati Græcorum a Nabide quam a Philippo, ait, vel hoc ipso hunc minus metuendum, quod longinquus esset. Itaque *si nihil aliud* idem valet ac quamvis nulla alia causa discriminis inter utrumque afferretur: nempe quod hic rex, ille tyrannus; hic paulo liberalior et humanior, ille avaritia et crudelitate infamis; sufficeret quod ille e proximo immineret, Philippus longius abesset.

[l] *Quod ad Antiochum attineret*] Hæc verba si deleveris, clarior fiet sententia: et vero minus probabile est Livium nostrum, qui mirus variandi artifex, bis intra alterum aut tertium versum eadem loquendi forma usum, *quod ad Antiochum attineret*, et statim, *quod ad Nabin Lacedæmonium attineret:* alioqui adjiciendum esset aliquid, veluti *differenda,* supple consultatio visa est; vel *dilato,* eo scilicet quod ad Antiochum attineret.

rent T. Quintio: quod ad Nabin Lacedæmonium attineret, faceret,[9] quæ e re publica censeret esse, permiserunt; eam rem esse rati,[t] quæ maturata dilatave non tam magni momenti ad summam rem populi Romani esset. Magis id animadvertendum esse, quid Hannibal et Carthaginienses, si cum Antiocho ortum foret bellum, acturi essent. Aversæ Hannibali factionis homines principibus Romanis, amicis[10] quisque suis, identidem scribebant, 'Nuntios literasque ab Hannibale ad Antiochum missas, et ab rege ad eum clam legatos venisse. Ut feras quasdam nunquam mitescere;[11] sic immitem, implacabilem ejus viri animum esse. Marcescere otio situque[m] civitatem, queri eum,[u] et inertia operis;[12][n] nec sine armorum sonitu excitari posse.' Hæc probabilia memoria prioris belli, per unum illum non magis gesti, quam moti, faciebat. Irritaverat etiam recenti facto multorum potentium animos.

46. Judicum ordo Carthagine ea tempestate dominabatur; eo maxime, quod iidem perpetui judices erant.[o] Res, fama, vitaque omnium in illorum potestate erat. Qui unum

[t] *Cum existimarent id ejusmodi esse, ut, &c.*
[u] *Scribebant Hannibalem conqueri, quod civitas Carthaginiensis otio et quasi situ marcesceret.*

Delph. inf.—8 *Bellum* add. Kreyssig.—9 '*Facere* malebat Gron. et mox *summam rem publicam pop. Rom.* Eidem multo rotundior videbatur lectio cod. Mogunt. *eam rem rati maturatam dilatamve non magni m. ad s. r. p. R. esse.* Sed v. Drak. qui monet, Livii lacteam ubertatem non minus laudari, quam concisam rotunditatem, et vocem *tam* ab omnibus fere edd. antt. et Ms. additam esse.' *Rupert. Faceret, quod . . . ad summam rempublicam* Kreyssig.—10 *Hospitibus* Kreyssig.—11 *Nulla mitescere arte . . . et implacabilem* Kreyssig.—12 Vid. Not. Delph. et J. Cler. inf. *Torpere* conj. Bauer. Kreyssig. habet *queri, civitatem, et inertia sopiri.*

NOTÆ

[m] *Otio situque*] Antea scriptum erat, *marcescere otio tum queri civitatem eum,* quod licet paulo intricatius videatur, non tamen adeo est depravatum, quicquid velit Gelen. ut non eundem reddat sensum.

[n] *Et inertia operis*] Mavult Ruben. *et inertia sopiri,* non incommode, ut Gronovius ait: dixit tamen Cic. pro Quintio, 'inertiam laboris.'

Inertia operis] Ruben. et Gronov. suspicantur legendum *sopiri.* J. Clericus.

[o] *Perpetui judices erant*] *Suffetes* dictos alibi notavimus ex Hebraico שֹׁפְטִים, a radice שָׁפַט, quod est *judicare.*

ejus ordinis,[13] idem omnes adversos habebat; nec accusator apud judices infensos deerat. Horum in tam impotenti regno (neque enim civiliter nimiis opibus utebantur) prætor factus Hannibal[x] vocare ad se quæstorem. Is rem pro nihilo[p] habuit.[14] Nam et adversæ factionis erat, et, quia ex quæstura in judices, potentissimum ordinem, referebantur, jam pro futuris mox opibus animos gerebat.[y] Enimvero indignum id ratus Hannibal, viatorem ad prehendendum quæstorem misit; subductumque[15] in concionem, non ipsum magis, quam ordinem judicum, præ quorum superbia atque opibus nec leges quicquam essent, nec magistratus, accusavit: et, ut secundis auribus accipi orationem animadvertit, et infimorum quoque libertati gravem esse superbiam eorum, legem extemplo promulgavit, pertulitque, 'Ut in singulos annos judices legerentur, ne[16] quis biennium continuum judex esset.' Ceterum quantam eo facto ad plebem inierat gratiam, tantum magnæ partis principum offendebat animos. Adjecit[17] aliud, quod, bono publico, sibi proprias simultates irritavit. Vectigalia publica partim negligentia dilabebantur, partim prædæ ac divisui principum quibusdam et magistratibus erant;[z] quin et pecunia, quæ in stipendium Romanis suo quoque[18] anno

[x] *Cum ii sic effrænate regnum exercerent, et potentia sua non ut inter cives uterentur, sed abuterentur tanquam tyranni, Hannibal imperator dictus est.*

[y] *Et quoniam quæstores post hunc magistratum solebant referri in numerum judicum (qui ordo potentissimus erat), hic quæstor jam tum elatum habebat animum pro ratione opum et potentiæ, quam mox se habiturum sperabat.*

[z] *Partim cedebant in prædam, et dividebantur inter aliquos e primariis viris et magistratibus.*

13 *Offendisset* add. Kreyssig.—14 Vid. Not. Delph. et J. Cler. inf. *Vocari ad se quæstorem jussit. Quæstor id pro nihilo habuit* Kreyssig.—15 Maluit J. F. Gron. *productumque.* Mox '*Præ quorum superbia;* vox *præ* abest ab edd. vett. ante Frob. a. 1531. neque necessaria videtur.' *Drak.*—16 Conj. Duk. et Bauer. *neve* vel *neu.* Duk. etiam mox malebat *offenderat;* ut apud Kreyssig. invenitur.—17 Inserit *et* Kreyssig. Mox *quo* pro *quod* Gron. Doujat. Crev. —18 Malit J. F. Gron. *quæque.*

NOTÆ

[p] *Is rem* [*Idem*] *pro nihilo*] Refer ad quæstorem: ordo tamen orationis videtur ad Hannibalem, ut referatur, postulare: unde non immerito Gronovius scribendum censet, *id is pro nihilo habuit,* aut simile quid.

Is rem [*Idem*] Suspicantur viri docti *is rem.* J. Clericus.

penderetur, deerat, tributumque grave privatis imminere videbatur.

47. Hannibal postquam, vectigalia quanta terrestria maritimaque essent, et in quas res erogarentur, animadvertit, et quid eorum ordinarii rei publicæ usus consumerent, quantum peculatus averteret; omnibus residuis pecuniis[r] exactis, tributo privatis remisso, satis locupletem rem publicam fore ad vectigal præstandum Romanis, pronuntiavit in concione, et præstitit promissum. Tum vero isti, quos paverat per aliquot annos publicus peculatus, velut bonis ereptis, non furto eorum manibus extorto, infensi et irati Romanos in Hannibalem, et ipsos causam odii[s] quærentes, instigabant. Itaque, diu repugnante Scipione Africano, quia parum ex populi Romani dignitate esse ducebat, subscribere odiis accusationibusque Hannibalis,[19] [t] et factionibus Carthaginiensium inserere publicam auctoritatem, nec satis habere bello vicisse Hannibalem, nisi velut accusatores calumniam in eum jurarent[u] ac nomen deferrent,[a] tandem pervicerunt, ut legati Carthaginem mitterentur, qui apud[20] senatum eorum[x] arguerent, Han-

[a] *Hannibalem, quasi delato apud judices ejus nomine accusarent.*

19 *Quia parum ex dignitate sua ducebat* edd. ante Sigon. Antea legebatur *quia parum expugnantes se ducebat.* Crev. malebat *qui parum.* Mox malit J. Fr. Gronov. *accusatorum,* aut *accusantium Hannibalem,* improb. Bauer. Ita totus hic exhibetur locus apud Kreyssig. *Ita, diu repugnante P. Scip. Afric. qui parum ex dignit. pop. Roman. . . . accusatorum Hannibalis.*—20 *Ad* Kreyssig.

NOTÆ

[r] *Omnibus residuis pecuniis*] Residuæ sunt pecuniæ publicæ, quæ apud aliquem ex locatione, emtione, alimentaria ratione, aliave causa receptæ resederunt; sive in aliquem publicum usum acceptæ, retentæ nec erogatæ sunt.

[s] *Et ipsos causam odii*] Cum ipsi quoque Romani prætextum odii in Hannibalem quærerent.

[t] *Subscribere odiis accusationibusque Hannibalis*] Passive hic accipe accusationes Hannibalis, non quas in alios ipse intenderet, sed quas in ipsum intenderent alii.

[u] *Calumniam in eum jurarent*] Sumitur *calumnia* generaliter pro injusta qualibet vexatione et fraude: calumniam autem jurare, sive juramentum calumniæ præstare soliti erant litigatores initio litis; interposito scilicet jurejurando se non calumniandi animo litem instituere, aliisque de causis: Scipio itaque senatui et populo exprobrat, quod tanquam privati litem inferre velint Hannibali.

nibalem cum Antiocho rege consilia belli faciendi inire. Legati tres missi, C. Servilius, M. Claudius Marcellus, Q. Terentius Culleo. Qui cum venissent, ex consilio inimicorum Hannibalis, quærentibus causam adventus dici jusserunt, venisse[1] ad controversias, quæ cum Masinissa rege Numidarum Carthaginiensibus essent, dirimendas. Id creditum vulgo. Hannibalem unum se peti ab Romanis non fallebat, et ita pacem Carthaginiensibus datam esse, ut inexpiabile bellum adversus se unum maneret. Itaque cedere tempori et fortunæ statuit, et, præparatis jam omnibus ante ad fugam, obversatus eo die in foro avertendæ suspicionis causa, primis tenebris vestitu forensi ad portam cum duobus comitibus ignaris consilii est egressus.

48. Cum equi, quo in loco jussi erant, præsto fuissent, nocte via cita regionem quandam agri Vocani[y] transgressus, postero die mane inter[2] Achollam[3] [z] et Thapsum ad suam turrim pervenit.[a] Ibi eum parata instructaque remigio excepit navis. Ita Africa Hannibal excessit, sæpius

et mox *Cn.* pro *C.* habet. Deinde post *qui cum* add. *Carthaginem.*—1 Add. *se* Kreyssig. et mox transpos. verb. habet *Unum Hannibalem;* ut et inf. *ante omnibus* pro *omn. ante.*

2 ‘In Mog. *quo in loco fuerunt;* in Frob. a. 1535. *fuerant. via cita* ex ed. Frob. a. 1531. *visa cita* Mog. *vi accita* Ald. ‘*Via cita* quid est? *Itinere cito* feram. Poëticum certe illud est, aut leg. *occulta* aut *recta.*’ Bauer. Possis et suspicari *nocte illa cito regionem* cet., *Volani* conj. Doujat. et *Vaccani* Drak.’ *Rupert.* Apud Kreyssig. ita exhibetur hoc locus: *fuissent, nocte Byzaicum* (*ita regionem quandam Afri vocant*) *transgressus, postero die ad mare inter.*—3 Al. *Acollam, Acyllam, Acillam, Ancillam.* Mox *turrem* habet Kreyssig.—4 ‘Leg.

NOTÆ

[x] *Apud senatum eorum*] Civitas nomen est collectivum, quemadmodum populus: non male igitur post nomen Carthaginis, quo significantur cives Carthaginienses, subjicitur *senatus eorum* in numero multitudinis.

[y] *Agri Vocani*] Scribendum existimo, *agri Volani:* est enim *Vol* locus in Africa Propria, non procul Tunete, quem Ptolemæus lib. IV. cap. 3. memorat inter Maxulam veterem et Themisam. Ortelius tamen Vocanum agrum locat in ora ab Adrumeto Clupeam versus.

[z] *Inter Achollam*] Meminere Achollæ Ptol. et Strabo in Africa Propria, inter Tapsum et Ruspas: forte eadem quæ Hirtio Acilla.

[a] *Ad suam turrim pervenit*] Hannibalis Turris ultra Tapsum Carthagine venientibus, citra Achollam fuit, in ora maris Africi orientali.

patriæ, quam suorum[b] eventus miseratus.[4] Eo die in Cercinam insulam trajecit. Ubi cum in portu naves aliquot[5] onerarias cum mercibus invenisset, et ad egressum eum e nave concursus salutantium esset factus; percontantibus[6] legatum se Tyrum dici jussit. Veritus tamen, ne qua earum navis nocte profecta Thapsum aut Achollam nuntiaret, se Cercinæ visum, sacrificio apparari jusso, magistros navium mercatoresque invitari jussit, et vela cum antennis ex navibus[7] corrogari,[d] ut umbra (etenim media æstas forte erat) cœnantibus in littore fieret. Quantum res et tempus patiebantur,[8] apparatæ celebratæque ejus diei epulæ sunt, multoque vino in serum noctis convivium productum. Hannibal, quam primum fallendi eos, qui in portu erant, tempus habuit, navem solvit. Ceteri sopiti cum postero die tandem ex somno pleni crapulæ surrexissent, id quod serum erat,[9][f] aliquot horas remis in naves collo-

suos cum Gron. aut *suarum rerum* cum Bauer. aut *suorum eventuum miseratus* s. *miseritus* cum Drak.' *Rupert.* Vid. Not. J. Cler. inf. Kreyssig. habet *suum eventum;* et mox *Eodem* pro *Eo.*—5 Inserit *Phœnicum* Kreyssig. Inserebatur olim *Pœni.*—6 *Percunctantibus* Kreyssig. Mox add. ille post *Tyrum* verbum *missum;* et denique *Adrumetum* pro *Achollam* habet.—7 *Et navibus* Gron. Doujat. Vid. Not. Delph. inf.—8 *Patiebatur* Gron. Doujat. Crev. Kreyssig. Mox habet hic *quum primum* pro *quam primum.*—9 ' J. Fr. Gron. tentat *id quod quæsitum erat;* probabilius fortasse *id quod spectatum erat.*'

NOTÆ

[b] *Sæpius patriæ, quam suorum*] Quidni *quam suos eventus,* ut vult Gronovius?

Suos] Sic ex sententia J. F. Gronovii pro *suorum.* Alioqui legere etiam possemus, *suorum eventuum misertus.* J. Clericus.

[d] *Vela cum antennis ex* [*et*] *navibus corrogari*] Desperatum hoc Gronovio: nihil tamen apertius, si quis mentem Hannibalis spectet, verentis ne navis aliqua nocte proficisceretur: quod ne fieri posset nihil certius quam ut revera *corrogarentur,* id est, peterentur ex cunctis simul navibus vela et antennæ. Ita corrogati dicuntur nummi. Et a Cic. lib. III. ad Attic. Epist. 90. ' Quidam corrogati convenerunt.' Item ad Herenn. IV. ' negotium dederat ut vasa, vestimenta, pueros corrogaret.' Vela autem et antennas umbraculis ad solis ardorem repellendum faciendis accommodata esse quis non videt?

Ex navibus] Hoc est, e navibus vela et antennas corrogari, seu colligi, ut tabernacula inde fierent. Nulla mutatione opus est, nec ullam quæsivisset vir longe doctissimus, nisi vitiose *et navibus* legisset, cum sit in aliis editionibus *ex navibus,* ut edidimus. *J. Clericus.*

[f] *Id quod serum erat*] Nempe ad nuntiandum Hannibalis discessum.

candis et aptandis armamentis absumserunt. Carthagine et multitudinis,[10] assuetæ domum Hannibalis frequentare, concursus ad vestibulum ædium est factus; et, ut non comparere eum vulgatum est, in forum turba convenit principem civitatis quærentium, et alii fugam conscisse, (id quod erat,) alii fraude Romanorum interfectum, idque magis, ferebant:[11] variosque vultus cerneres, ut in civitate aliorum alias partes foventium factionibus.[12] Visum deinde Cercinæ eum, tandem allatum est.

49. Romani[13] legati cum in senatu exposuissent, 'Compertum Patribus Romanis esse, et Philippum regem ante, ab Hannibale maxime accensum, bellum populo Romano fecisse, et nunc literas nuntiosque ab eo ad Antiochum regem profectos; haud quieturum ante,[14] quam bellum toto orbe terrarum concisset; ne his debere impune esse,[15] [g] si

Doering. Mox pro *remis* Drak. conj. *velis.* Kreyssig. pro *remis* habet *referendis;* et add. *que* post *collocandis.*—10 *Carthagine ut multitudinis* conj. Drak. Mox etiam *et non comparere.* Certe, teste Rupert. pro *et ut* solum *ut* legitur in edd. ante Ald. Solum *ut* apud Kreyssig. legitur.—11 *Magis, vulgo fremebant* Kreyssig.—12 '*Foventium et factionibus* edd. ante Ald. *plena* vel *distracta* post *et* excidisse, putabat Crev.' *Rupert.* Post *factionibus* add. Kreyssig. *discordi.*

13 *Et Romani* Kreyssig.—14 *Antiochum et Ætolos missos, consiliaque inita impellendæ ad defectionem Carthaginis, nec alio eum quam ad Antiochum regem profectum; haud quieturum eum ante cet.* Kreyssig. Mox *conscisset* Gron. Doujat.—15 'Hoc *ne* pro ne quidem dictum credebat Drak. et seq. *si* pro etsi. Ita vero difficultas h. l. non tollitur. Conjiciebam olim *nec his*, vel, quod aliis etiam in mentem venit, *nec id.* At ita non congruunt proxima, nisi pro *si vellent* scripseris *nisi possent;* saltem *nisi* pro *si.* Præstiterit *sed his* aut *sed id debere impune esse, si satis facere C. p. R. vellent:* quod *vellent* ita humanius dictum quam *possent.* Sustuli autem majorem distinct. post *concisset* et *factum esse.*' Rupert. Majorem habent distinct. Gron. Doujat. Crev. Ernest. Doer. c. Drak. Vid. Not. J. Cler. inf. et Delph. *Id ei non debere impune esse*

NOTÆ

Fateor tamen planius futurum, si scripsisset Livius, ut Gronovio placet, *id quod quæsitum erat*, nempe ab Hannibale.

[g] *Ne his debere impune esse*] *Ne* aliquando pro nec, ne quidem; ut apud Nostrum lib. XLIII. 'neque enim ne his cunctationem aperuerat suam,' pro ne his quidem. Et Cic. II. de Invent. 'Meretrix coronam auream ne habeto.' Jam τὸ *his* refertur ad Hannibalem et nuntios: pro *ne his* subjicit dubitanter Gron. *Pœnis impune debere esse si satisfacere populo Romano, &c.* deleto hic nomine *Carthaginienses*, tanquam quod ab interprete intrusum fuerit.

Ne his] Forte *nec id*, aut *nec hoc.* J. Clericus.

satis facere Carthaginienses populo Romano vellent, nihil eorum sua voluntate,[h] nec publico consilio factum esse:' Carthaginienses responderunt, quicquid æquum censuissent Romani, facturos esse. Hannibal prospero cursu Tyrum pervenit;[i] exceptusque a conditoribus Carthaginis,[k] ut alia patria,[16] vir tam clarus omni genere honorum, paucos moratus dies, Antiochiam navigat.[l] Ibi profectum jam regem cum audisset, filium ejus solenne ludorum ad Daphnen[m] celebrantem convenit; et,[17] comiter ab eo exceptus, nullam moram navigandi fecit. Ephesi regem est consecutus, fluctuantem adhuc animo incertumque de Romano bello; sed haud parvum momentum animo ejus ad moliendum adven-

Kreyssig.—16 *Ut ab altera patria* Kreyssig. et mox *que* post *filium* add. idem; ubi Crev. præponit *et*.—17 ' *Convenit, et* ex conject. Jac. Gron. quæ et mihi in mentem venit, reposui pro vulg. *convenisset;* quod tamen et servari potest, si ante *filium* cum aliis inserueris copulam *et*, quæ post *audisset* facile exci-

NOTÆ

[h] *Nihil eorum sua voluntate*] Deesse hic aliquid videtur, veluti *et demonstrare*, nihil earum rerum sua voluntate factum esse: nisi velis hoc responsum esse Carth.

[i] *Tyrum pervenit*] Ab Agenore Phœnicum rege condita creditur urbs Tyrus in insula, quæ post ab Alexandro magno juncta continenti. Sarra quoque dicta, et hodie *Sur:* sed eversa funditus fuit anno Christi 1292. a sultano Ægypti: unde hodie in ruinis jacet.

[k] *A conditoribus Carthaginis*] A Tyriis, quorum majores Carthaginem condiderant; ut mirum non sit Hannibalem Tyri tanquam in antiqua patria acceptum fuisse.

[l] *Antiochiam navigat*] Antiochia magna, Epidaphue cognomine, ad discrimen aliarum ejusdem nominis urbium, urbs fuit, ex quatuor partibus constans, quæ et singulæ suo proprio, et omnes communi muro circumdatæ erant. Primam partem condiderat Seleucus Nicator Antigoni filius, incolis ex Antigonia traductis, quam paulo ante Antigonus Philippi filius in propinquo exstruxerat. Secunda pars addita fuerat a civibus ipsis, aucta plebis multitudine. Tertia opus fuit Seleuci Callinici. Quartam post hæc tempora adjecit Antiochus Epiphanes. Hæc urbs caput et regia Syriæ fuit, potentia et multitudine haud multo inferior Seleucia Parthorum, aut Alexandria Ægypti. Nunc semidiruta nomen retinet apud Christianos. *Antachia* Turcis dicitur: sub Græcis imperatoribus Theopolis cognominata fuit.

[m] *Ad Daphnen*] Mediocris vicus fuit Daphne, ubi lucus ingens atque opacus ad Orontem fluvium, stadiis 40. distans ab Antiochia magna. In medio luci fanum erat Apollinis et Dianæ, atque asylum; eoque ad festa celebranda conveniebant Antiochenses, et alii finitimi, auctore Strabone lib. XVI.

tus Hannibalis fecit. Ætolorum quoque eodem tempore alienati ab societate Romana animi sunt: quorum[18] legatos Pharsalum et Leucadem, et quasdam alias civitates ex primo fœdere petentes, senatus ad Quintium[19] rejecit.



dere potuit.' *Rupert.* *Convenisset* omnes edd. c. Drak.—18 *Quoniam* Gron. Doujat. Crev.—19 *T. Quintium* Kreyssig.

T. LIVII PATAVINI
HISTORIARUM
AB URBE CONDITA
LIBER XXXIV.

BREVIARIUM.

Cap. 1. Lex Oppia de cultu mulierum, a C. Oppio tribuno plebis in medio Punici belli ardore lata, Romæ magnas hominum turbas, nobilium præcipue mulierumque, concitat. 2-4. Pro ea disserit M. Porcius Cato consul; 5-7. contra illam L. Valerius tribunus plebis. 8. Remissa ab tribunis intercessione anno vigesimo post abrogatur, quam lata est. Cato cum xxv. navibus longis trajicit in Hispaniam. 9. Benigne accipitur a Græcis, alteram Emporiarum partem incolentibus, et inde profectus agros hostium urit vastatque. 10. M. Helvius et Q. Minucius ex Hispania triumphant. 11. Bilistages, regulus Ilergetum, præsidia castellorum suorum petit a Catone. 12. Is, ne nimis minuat vires suas, sociis spem pro re ostendit. 13. Mox suorum hostiumque animos experitur prædationibus, et milites adhortatus pronuntiat, se nocte eos ad hostium castra ducturum. 14. 15. In prælio ancipiti cædit hostes castrisque exuit; 16. quo die tria fecisse laudabilia putatur. Non ita multo post perdomatur omnis cis Iberum Hispania, et captivi Romani sociorumque donum consuli a barbaris reducuntur. 17. Interim P. Manlius prætor imbelles fundit Turdetanos. Cato autem omnibus cis Iberum Hispanis, ne Bergistanorum exemplo rebellare possint, arma adimit. Quod cum adeo ægre paterentur, ut multi mortem sibimet ipsi consciscerent, muros omnium diruit eosque in deditionem compellit. 18. Quæ res difficillima sane (nam Hispani non, ut olim, tædio imperii Pœnorum ad Romanos deficiebant, sed ex usurpata libertate in servitutem velut asserendi erant) non nisi a tali imperatore, qualis ille fuit, perfici potuisset. 19. Celtiberi, mercede exciti a Turdetanis, quoniam difficilius bellum faciunt Manlio, consul eo legiones ducit; sed, ubi Celtiberos neque ad defectionem movere, neque elicere ad pugnam potest, relicto omni fere exercitu in castris prætoriis, ipse cum sep-

tem cohortibus ad Iberum regreditur. 20. 21. Cum tam exigua manu sociorumque auxiliis Lacetanos, Vergestanos, aliosque populos subigit; et, provincia pacata, ex ferrariis argentariisque magna instituit vectigalia.

22. Eadem æstate alter consul L. Valerius Flaccus in Gallia vincit Boios. Quintius autem Flamininus, hybernis in Græcia actis, lectoque Scto, quo bellum adversus Nabin Lacedæmoniorum tyrannum decretum erat, socios, Corinthum evocatos, de re ad ipsos potissimum pertinente et communi hinc animo consilioque gerenda consulit. 23. Legatus ibi Atheniensium, laudatis Romanorum in Græciam meritis, offert auxilium: sed Alexander, princeps Ætolorum, insimulat fraudis Romanos, quod, vano titulo libertatis ostentato, Chalcidem, Acrocorinthum, et Demetriadem præsidiis teneant, et causam remanendi in Græcia faciant Nabin; quem aut sponte aut coactum vi et armis Ætolorum præsidium Argis deducturum pollicetur. 24. Hanc vaniloquentiam Aristænus prætor Achæorum ceterique legati increpant, et omnes decernunt bellum. 25. Tum Quintius copias, sociorum viribus auctas, ab Elatia ducit Argos; ubi Pythagoras, gener idem tyranni et uxoris ejus frater, validis omnia firmat præsidiis, et seditionem, a Damocle Argivo motam, opprimit. 26. Dux Romanorum castra propius urbi admovet; sed mox, Aristæno auctore, ipsum Nabin Lacedæmonemque petere constituit, et in castra ad Caryas posita recipit Philippi, Thessalorum, aliorumque sociorum auxilia, et permultos ipsorum quoque Lacedæmoniorum exules; quorum princeps est Agesipolis, infans regno expulsus ab Lycurgo tyranno. 27. Interea Nabis urbem communit, et cæde suspectorum principum juventutis atque Ilotarum omnes ab conatu novorum consiliorum absterret. 28. Quintius ad Eurotam pervenit amnem, et mercenarios hostium milites bis in fugam vertit. 29. Eodem fere tempore L. Quintius, frater ejus, Gythium capit, a Gorgopa fortiter defensum; et Pythagoras quidem auxilia Lacedæmonem adducit: 30. sed Nabis, non terra modo cinctus hostibus, sed, Gythio tradito, a mari quoque toto interclusus, colloquium ab imperatore Rom. petit et impetrat. 31. Ipse prior loquitur; 32. tum Quintius, et graviter quidem, ut cum tyranno et hoste. 33. Postero die Nabis pollicetur, cessurum se Argis, et captivos perfugasque redditurum: quo facto Quintius consilium habet sociorum. Maximæ partis sententia est, perseverandum in bello esse tollendumque tyrannum. Ille ad pacem inclinatior propter diuturnitatem obsidionis, infidam cum Antiocho pacem, tacitamque curam, ne confecti belli gloria successori tradenda sit. 34. Socios quoque, simulando se transire in eorum sententiam jubendoque jam nunc machinas, commeatus, aliaque necessaria in hyemem et lentam obsidionem expedire, omnes in assensum consilii sui traducit. 35. Inde conscribit conditiones, in quas pax fiat. 36. Earum vix ulla placet neque tyranno, neque Lacedæmoniis. 37. Multitudo convocata prope una voce, nihil respondere bellumque geri, jubet; et prælia iterum, non levia tantum, sed prope justa, committuntur. 38. Tum Romani urbem undique tanta vi oppugnant, ut Nabis inops consilii et vix mentis compos esset. 39. Lacedæmonii jam superiora petere loca coguntur, et Pythagoras solus

urbem capi prohibet, succendi ædificia muro proxima jubens. 40. Idem mox orator ad Quintium mittitur, et tyranno pax datur iisdem, quas repudiaverat, conditionibus. Paulo ante Argivi, duce Archippo quodam, jam ipsi expulerant præsidium, cui Timocrates Pellenensis præfuerat. 41. Argivorum libertas ipso Nemeorum die promulgatur voce præconis: sed Lacedæmonem tyranno relinqui ægre ferunt Achæi; eamque rem Ætoli in omnibus conciliis lacerant. 42. Ob res a Quintio et Catone gestes supplicatio decernitur a senatu; et consules (P. Cornelius Scipio Africanus II. et Ti. Sempronius Longus) prætoresque creantur. Jam ante hoc anno Ferentinates et alii frustra novum tentaverant jus, ut coloni essent cives Romani.

43. Pax, Nabidi a Quintio data, a senatu Rom. confirmatur. Prætores sortiuntur provincias, senatuique placet, exercitus Quintii et Porcii Catonis dimitti, consulibusque ambobus Italiam provinciam esse. 44. Ver sacrum ludique votivi de integro facti. Mitis censura Sex. Ælii Pæti et C. Cornelii Cethegi. Iidem ædilibus curulibus imperant, ut in ludis Romanis loca senatoria secernant a populo. Q. Pleminius, ut e carcere effugiat, comparat homines, qui pluribus simul locis Urbis nocte incendia faciant, sed, re palam facta, necatur. 45. Coloniæ deducuntur, et procurantur prodigia. 46. M. Porcius Cato ex Hispania triumphat. In Gallia L. Valerius Flaccus proc. Insubres et Boios, Dorulaco duce Padum transgressos, vincit; et Ti. Sempronius consul cum Boiorige, Boiorum duce, in angustiis pugnat. 47. Varia hinc atque illinc nunc fuga, nunc victoria est. 48. Consul Placentiam ducit legiones. T. Quintius Elatiæ hyemem jure dicundo mutandisque Philippi institutis consumit, et veris initio venit Corinthum. 49. Ibi in conventu sociorum indicat iis, Demetriadis, Chalcidis, et Acrocorinthi præsidia propediem cum omni exercitu Rom. in Italiam deportatum iri, simulque illos hortatur, ut libertate, a Romanis reddita, modice utantur et concordiæ consulant. 50. Idem petit ab iis et impetrat, ut cives Rom. ab Hannibale capti ipsisque venumdati, servitute liberentur. Tum per Thessaliam atque Epirum duci exercitum jubet; 51. et ipse in Eubœa et Thessalia civitates non modo liberat, sed in meliorem quoque redigit formam. 52. Ab Orico copias omnes Brundisium transportat, et per totam Italiam atque in Urbem triumphans invehitur. 53. Duæ deducuntur coloniæ, in Bruttios et Thurinum agrum, ædesque dedicantur Junonis Sospitæ, Fauni, Fortunæ Primigeniæ et Jovis in insula.

54. Consules (L. Cornelius Merula et Q. Minucius Thermus) prætoresque creantur: et Megalesia ædiles curules primi faciunt. Hos ludos primum senatus a populo secretus spectat: quod præbet sermones, sicut omnis novitas solet. 55. Crebri terræ motus et feriæ ob eos indictæ. Provinciæ consulum prætorumque. 56. Propter Ligurum rebellionem sociis imperantur milites, et tumultum esse decernit senatus. 57. T. Quintius postulat, ut acta sua confirmentur: et in senatu audiuntur legati Antiochi; quorum princeps, Menippus, haud æquum censet, regi a Romanis leges dici. 58. Ei respondet Quintius. 59. Altercationibus factis integra differtur res, et legati ad regem remittuntur. 60. Quibus vix profectis legati Pœnorum afferunt, bellum haud dubie parare Antiochum Hannibale auc-

tore et ministro. 61. Is Aristonem quendam Tyrium ad solicitandos popularium animos Carthaginem, et, publicato crimine, Pœni legatos Romam miserant, qui rem ad senatum deferrent, et simul de injuriis Masinissæ quererentur. 62. Legationes et Carthaginiensium et Masinissæ altercantur in senatu Rom. et ab eo in Africam mittuntur, qui inter illos in re præsenti disceptent. Hi suspensa relinquunt omnia ; etsi unus eorum, P. Scipio Africanus, solus litem nutu dirimere potuisset.

1. INTER bellorum magnorum, aut vixdum finitorum, aut imminentium, curas intercessit res parva dictu, sed quæ studiis in magnum certamen excesserit. M. Fundanius et L. Valerius tribuni plebei ad plebem tulerunt de Oppia lege abroganda. Tulerat eam C. Oppius tribunus plebis, Q. Fabio, Ti. Sempronio consulibus, in medio ardore Punici belli, 'Ne qua mulier plus semunciam [1] auri [a] haberet; neu vestimento versicolori uteretur; neu juncto vehiculo [b] in urbe oppidove, aut propius inde mille passus, nisi sacrorum publicorum causa, veheretur.' M. et P. Junii Bruti tribuni plebis legem Oppiam tuebantur, nec eam se abrogari passuros aiebant. Ad suadendum dissuadendumque multi nobiles prodibant. Capitolium turba hominum faventium adversantiumque legi complebatur. Matronæ nulla nec auctoritate, nec verecundia, nec imperio virorum contineri limine poterant: omnes vias Urbis aditusque in forum obsidebant, viros descendentes ad forum orantes, ut, florente re publica, crescente in dies privata omnium fortuna, matronis quoque pristinum ornatum reddi paterentur. Augebatur hæc frequentia mulierum in dies. Nam etiam ex oppidis conciliabulisque conveniebant.[2] Jam et consules prætoresque et alios magistratus adire et rogare audebant. Ceterum minime exorabilem alterum utique

NOTÆ

[a] *Plus semunciam auri*] Apud nos purioris auri uncia hodie tribus et quinquaginta ferme libris Francicis aut paulo amplius æstimatur. Itaque Romanis matronis lex Oppia in auro vix ultra viginti et sex librarum ac dimidiæ pretium ad cultum corporis indulgebat.

[b] *Neu juncto vehiculo*] Id est, nec curru, nec carpento, nec rheda, aliove genere vehiculi, quod junctis jumentis seu bigis ageretur: lecticam igitur tantum eis forte concedebat, aut sellam gestatoriam.

consulem M. Porcium Catonem habebant, qui pro lege, quæ abrogabatur,[a] [3] ita disseruit:

2. ' Si in sua quisque nostrum matre familiæ,[4] Quirites, jus et majestatem viri retinere instituisset, minus cum universis fœminis negotii haberemus. Nunc domi victa libertas nostra impotentia muliebri, hic quoque in foro obteritur et calcatur, et, quia singulas sustinere non potuimus, universas horremus. Equidem fabulam et fictam rem ducebam esse, virorum omne genus in aliqua insula [c] conjuratione muliebri ab stirpe [5] sublatum esse. Ab nullo genere [d] non [6] summum periculum est, si cœtus et concilia et secretas consultationes esse sinas. Atque ego vix statuere apud animum meum possum, utrum pejor ipsa res, an pejore exemplo [b] agatur. Quorum alterum ad nos consules reliquosque magistratus, alterum ad vos, Quirites, magis pertineret,[7] nam utrum e re publica sit, necne, id quod ad vos fertur, vestra existimatio [8] est,[c] qui in suffragium ituri estis. Hæc consternatio muliebris,[d] sive sua sponte, sive auctoribus vobis, M. Fundani et L. Valeri, facta est, haud dubie [9] ad culpam magistratuum pertinens, nescio vobis,

[a] *Quæ in eo erat, ut abrogaretur, seu de qua abroganda agebatur.*
[b] *An potius malo more.* [c] *Vestrum est judicare.*
[d] *Hic fœminarum tumultus.*

1 *Semuncia* Gron. Doujat. Crev.—2 *Convenerant* eæd.—3 Sigon. ex vet. lib. profert *pro lege, ne abrogaretur*; sed nostram lectionem defend. Gron. et Drak.

4 In quibusd. edd. legitur *matre familias.*—5 *A stirpe* edd. ante Sigon.—6 Add. *æque* Gron. Doujat. Crev. Malebat Crev. deleta negatione, *ab nullo genere æque summum peric. est.* 'Drak. post *non* delevit importunum *æque.* Baueri nota est: ' Si verba *ab nullo æque genere* suppleri desiderant *atque a mulieribus,* profecto *non* redundat. Alioquin intelligi potest: ab nullo genere hominum omnino, ergo et a muliebri. Sed illud aptius. Forte et in *non* corruptum latet voc. *hominum.*' Ut verba præcedd. melius cum his cohæreant, legendum videtur: *Sed ab nullo utique genere non summum periculum est cet.*' Rupert.—7 *Pertinet* Gron. Doujat. Crev.—8 Vir doctus apud J. F. Gron. *æstimatio.*—9 *Dubio* Gron. Doujat. Mox pro *pertinens* Mogunt. *pertineret.*

NOTÆ

[c] *In aliqua insula*] In Lemno insula maris Ægæi, ubi ceteris in mares sævientibus, sola Hypsipyle patrem Thoantem servasse memoratur.

[d] *Ab nullo genere*] Genus hominum hic pro natione seu gente accipi videtur, ut barbari et immites populi designentur.

tribuni, an consulibus, magis sit deformis. Vobis, si fœminas ad concitandas tribunicias seditiones jam adduxistis: nobis, si, ut plebis quondam, sic nunc mulierum secessione leges accipiendæ sunt. Equidem non sine rubore quodam paulo ante per medium agmen mulierum in forum perveni. Quod nisi me verecundia singularum [e] magis majestatis et pudoris, quam universarum, tenuisset, ne compellatæ a consule viderentur, dixissem: Qui hic mos est in publicum procurrendi, et obsidendi vias, et viros alienos appellandi? Istud ipsum suos quæque domi rogare non potuistis? An blandiores in publico, quam in privato, et alienis, quam vestris, estis? quanquam ne domi quidem vos, si sui juris finibus matronas contineret pudor, quæ leges hic rogarentur abrogarenturve, curare decuit. Majores nostri, nullam, ne privatam quidem, rem agere fœminas sine auctore, voluerunt; [f] in manu esse parentum, fratrum, virorum. Nos (si Diis placet) jam etiam rem publicam capessere eas patimur, et foro prope [10] et concionibus et comitiis immisceri. Quid enim nunc aliud per vias et compita faciunt,[11] quam [12] rogationes tribunorum plebis suadent, aliæ legem abrogandam censent? Date frænos impotenti naturæ et indomito animali, et sperate, ipsas [13] [g] modum licentiæ facturas, nisi vos feceritis. Minimum hoc eorum est, quæ iniquo animo

'Gron. malebat *pertinet, nescio vobis . . . magis deformis;* Duk. et Drak. *pertinet et.* Deinde pro otioso *jam* Bauer. conj. *huc;* sed eo deleto Duk. *muliebres seditiones* (ut cap. 3. et 7.) *adduxistis.*' Rupert.—10 *Quoque* Gron. Doujat. Crev. —11 Τὸ *faciunt*, suspectum Dukero, delendum putat Rupert.—12 *Quod aliæ* add. Gron. Doujat. Crev. Mox *rogationem* habet Kreyssig.—13 Vid. Not. J.

NOTÆ

[e] *Singularum*] Aliquarum scilicet respectus, quæ ceteris clariores ætate, natalibus, &c.

[f] *Ne privatam quidem, rem agere fœminas sine auctore, voluerunt*] Id est, sine tutore: erant enim olim Romanæ mulieres in perpetua tutela, ut nec contrahere possent nisi tutore auctore; cum essent vel in potestate patrum, vel in tutela fratrum, quamdiu innuptæ manebant; nubentes autem conventione in manum transirent in familiam et potestatem maritorum, quibus loco filiarum erant.

[g] *Et sperate, ipsas, &c.*] Sensus ostendit negatione hic opus esse, legendumque *nec sperate;* aut in seqq. pro *nisi,* sublata negatione, *si* dudum monuimus. Vide c. 4. *J. Clericus.*

fœminæ sibi aut moribus aut legibus injuncta patiuntur. Omnium rerum libertatem, immo licentiam, (si vera[14] dicere volumus,) desiderant. Quid enim, si hoc expugnaverint, non tentabunt? [e]

3. 'Recensete omnia muliebria jura, quibus licentiam earum alligaverint majores nostri, per quæque subjecerint viris: quibus omnibus constrictas vix tamen continere potestis. Quid? si carpere singula et extorquere, et exæquari[15] ad extremum viris patiemini, tolerabiles vobis eas fore creditis? extemplo, simul pares esse cœperint, superiores erunt. At, Hercule, ne quid novum in eas rogetur, recusant. Non jus, sed injuriam deprecantur. Immo ut, quam accepistis, jussistis suffragiis vestris legem, quam usu tot annorum et experiendo comprobastis, hanc ut abrogetis, id est, ut unam tollendo legem ceteras infirmetis. Nulla lex satis commoda omnibus est: id modo quæritur, si majori parti et in summam prodest.[h] Si, quod cuiquam privatim officiet jus, id destruet ac demolietur, quid adjuvabit universos rogare leges, quas mox abrogare, in quos latæ sunt,[16] possint? Volo tamen audire, quid sit, propter quod matronæ consternatæ procurrerunt in publicum, ac vix foro se et concione abstinent. Ut captivi ab Hannibale redimantur parentes, viri, liberi, fratres earum? Procul abest absitque semper, talis fortuna rei publicæ: sed tamen, cum fuit, negastis hoc piis precibus earum.[i] At non pietas nec solicitudo pro suis, sed religio congregavit eas.

[e] *Si extorserint et quasi per vim obtinuerint quod postulant.*

Cler. inf. Mox *faciatis* Gron. Doujat. Crev.—14 *Si vere* Kreyssig.
15 'Th. *et aquiri.* Voss. *et acquiri.* Volunt *et æquari*, ut habet prima ed.' *Jac. Gron.* 'Ut fatear, τῷ *carpere* parum respondet *extorquere.* An scripsit Livius *si cupere singula et extorquere ... patiemini?*' Doering.—16 'Conj. *sint* Bauer. Nil opus ita legere, et sic verba *sint, possint*, aures magnopere offenderent.' *Rupert.* Mox *procurrant ... abstineant* Gron. Doujat. Crev.

NOTÆ

[h] *Si majori parti et in summam prodest*] Hic legum finis statuitur ab Aristotele.

[i] *Negastis hoc piis precibus earum*] Vide supra l. XXXII.

Matrem Idæam,[k] a[17] Pessinunte ex Phrygia venientem, accepturæ sunt. Quid honestum dictu saltem seditioni prætenditur muliebri? 'Ut auro et purpura fulgeamus,' inquit;[18] [l] 'ut carpentis, festis profestisque diebus, velut triumphantes de lege victa et abrogata, et captis et ereptis suffragiis vestris, per Urbem vectemur: ne ullus modus sumtibus, ne luxuriæ sit.'[19]

4. 'Sæpe me querentem de fœminarum, sæpe de virorum, nec de[20] privatorum modo, sed etiam magistratuum, sumtibus audistis, diversisque duobus vitiis, avaritia et luxuria, civitatem laborare; quæ pestes omnia magna imperia everterunt. Hæc ego, quo melior lætiorque in dies fortuna rei publicæ est imperiumque crescit,[1] et jam in Græciam Asiamque transcendimus, omnibus libidinum illecebris repletas, et regias etiam attrectamus gazas, eo plus horreo, ne illæ magis res nos ceperint, quam nos illas. Infesta, mihi credite, signa ab Syracusis illata sunt[m] huic urbi. Jam nimis multos audio Corinthi et Athenarum ornamenta laudantes[n] mirantesque, et antefixa[2] fictilia[o] De-

procucurrerunt Kreyssig.—17 Τὸ *a* abest ab edd. ante Gron.—18 Vid. Not. Delph. inf. Mox *ut carpentis, profestis quoque dieb.* edd. ante Sigon.—19 *Ne nullus modus* edd. antt. Thuan. *ne ullus modus sumptui.* Mox '*ne lux. sit* pro vulg. *nec lux. sit* dedit Drak. ex emend. Jac. Gron. prob. Bauer.' *Rupert.*

20 Τὸ *de* delendum videtur Bauero.—1 Vulgo legebatur *reipublicæ est, quo*

NOTÆ

[k] *Matrem Idæam*] Cybelen, cujus simulacrum, vel potius saxum, ab urbe Phrygiæ Pessinunte, non procul Ida monte posita, translatum fuit (supra lib. x.) et solenniter olim a matronis exceptum; quod nunc per interrogationem et ironiam dicit Cato, ut indicet horum nunc nihil agi.

[l] *Ut auro et purpura fulgeamus, inquit*] Ita scripti et veteres editiones, non *inquiunt*, ut Moguntini mutarunt. Est enim formula, qua veteres scriptores utuntur in proponendis quæ adversus eorum dicta objici possunt, quasi intelligatur aliquis contradicturus, e numero scilicet adversariorum.

[m] *Ab Syracusis illata sunt*] Vult Cato victos esse Romanos, et debilitatam eorum masculam virtutem illecebris voluptatum invectis Romam a populis quos ipsi devicerant, quique luxuriæ dediti deliciis diffluebant; inter quos vel primi habebantur Syracusani. Huc pertinet quod Velleius lib. II. ait, 'potentiæ Romanorum prior Scipio viam aperuerat, luxuriæ posterior aperuit.'

[n] *Corinthi et Athenarum ornamenta laudantes*] Velleius idem lib. I. de L.

orum Romanorum ridentes. Ego hos malo propitios Deos; et ita spero futuros, si in suis manere sedibus patiemur. Patrum nostrorum memoria per legatum Cineam Pyrrhus non virorum modo, sed etiam mulierum animos donis tentavit. Nondum lex Oppia ad coërcendam luxuriam muliebrem lata erat: tamen nulla accepit.[p] Quam causam fuisse censetis? Eadem fuit, quæ majoribus nostris nihil de hac re lege sanciendi. Nulla erat luxuria, quæ coërceretur. Sicut ante morbos necesse est cognitos esse, quam remedia eorum; sic cupiditates prius natæ sunt, quam leges, quæ iis modum facerent. Quid legem Liciniam[q] excitavit de quingentis jugeribus, nisi ingens cupido agros continuandi? Quid legem Cinciam[r] de donis et muneribus, nisi quia vectigalis jam et stipendiaria plebes esse senatui cœperat? Itaque minime mirum est, nec Oppiam, nec aliam ullam tum legem desideratam esse, quæ modum sumtibus mulierum faceret, cum aurum et purpuram data et oblata ultro

NOTÆ

Mummio loquens, qui harum elegantiarum rudis, capta Corintho, cum maximorum artificum perfectas manibus tabulas ac statuas in Italiam portandas locaret, jusserat prædici conducentibus, si eas perdidissent, novas eos reddituros; non dubitat 'quin magis pro republica fuerit manere adhuc rudem Corinthiorum intellectum, quam in tantum ea intelligi: et quin hac prudentia illa imprudentia decori publico fuerit convenientior.'

[o] *Antefixa fictilia*] *Antefixa* unico vocabulo dicuntur apud Festum, quæ ex opere figlino tectis affiguntur sub stillicidio. Hic simulacra significantur ex argilla, qualia apud priscos Romanos in templis fixa colebantur: quo alludit poëta, 'Quique erat in parva fictilis æde Deus.'

[p] *Tamen nulla accepit*] Id testatur Varro lib. II. de vita populi Romani: 'qua abstinentia,' inquit, 'viri mulieresque Romæ fuerint, apparet, quod a rege munera eorum voluerit nemo accipere.'

[q] *Quid legem Liciniam*] A C. Licinio Stolone tribuno plebis lata est hæc lex de modo agrorum, ne quis plusquam quingenta jugera agri possideret, supra lib. VI. cap. 35. cujus auctor sua ipse postea lege damnatus, lib. VII. c. 16.

[r] *Legem Cinciam*] Lata est lex Cincia muneralis, ut vocat Plautus, M. Claudio Cethego, P. Sempronio Tuditano Coss. A. U. C. 549. a M. Cincio Alimento tribuno plebis, suasore Q. Fabio Maximo, ut Cicero est auctor, lib. de Senectute. Ea lege cavebatur, ne cui liceret ob causam orandam munus accipere, ut Festus tradit, et Tacit. lib. II. Annal. Cautum etiam erat ne plus ducentis aureis donare liceret, extra quam si conjunctis personis donaretur.

non accipiebant. Si nunc cum illis donis Cineas[s] urbem circumiret; stantes in publico invenisset, quæ acciperent. Atque ego nonnullarum cupiditatum ne causam quidem aut rationem inire[3] possum. Nam ut, quod alii liceat, tibi non licere, aliquid fortasse naturalis aut pudoris aut indignationis habeat; sic,[4] æquato omnium cultu, quid unaquæque vestrum veretur, ne in se conspiciatur? Pessimus quidem pudor est vel parcimoniæ, vel paupertatis: sed utrumque lex vobis demit, cum id, quod habere non licet, non habetis. 'Hanc,' inquit, 'ipsam exæquationem non fero, illa locuples. Cur non insignis auro et purpura conspicior? cur paupertas aliarum sub hac legis specie latet, ut, quod habere non possunt,[5] habituræ, si liceret, fuisse videantur?' Vultis hoc certamen uxoribus vestris injicere, Quirites, ut divites id habere velint, quod nulla alia possit; pauperes, ne ob hoc ipsum contemnantur, supra vires se extendant? Næ, simul pudere, quod non oportet, cœperit; quod oportet, non pudebit. Quæ de suo poterit, parabit: quæ non poterit, virum rogabit. Miserum illum virum, et qui exoratus, et qui non exoratus erit! cum, quod ipse non dederit, datum ab alio videbit. Nunc vulgo alienos viros rogant, et, quod majus est, legem et suffragia rogant, et a quibusdam impetrant, adversus te et rem tuam et liberos tuos inexorabiles. Simul lex modum sumtibus uxoris tuæ facere desierit, tu nunquam facies. Nolite eodem loco existimare, Quirites, futuram rem, quo fuit, antequam lex de hoc ferretur. Et hominem improbum non accusari, tutius est, quam absolvi; et luxuria non mota tolerabilior esset, quam erit nunc, ipsis vin-

magis imperium crescit.—2 *Ante fixa,* duabus vocibus, olim legebatur.—3 Ed. Mogunt. *invenire,* non improb. Duk. Sed idem non damnat vulgatum.—4 'Delendum videtur *sic:* nam præc. *ut,* conjunctivo seq. non sign. *quomodo,* sed *quamvis;* Bauer. Forte sensus h. l. est, *ut habeat,* ut s. quemadmodum habere possit et videatur . . . *sic* non video, quid sit, quod vereatur cet.; aut jungenda *sic æquato,* ut *sic* sit hoc modo, hac lege: aut pro *sic* leg. *nunc* vel

NOTÆ

[s] *Cineas*] Pyrrhi legatus.

culis, sicut feræ bestiæ, irritata, deinde emissa.[6] [t] Ego nullo modo abrogandam legem Oppiam censeo. Vos quod faxitis, Deos omnes fortunare velim.'

5. Post hæc tribuni quoque plebei, qui se intercessuros professi erant, cum pauca in eandem sententiam adjecissent; tum L. Valerius pro rogatione ab se promulgata [u] ita disseruit. 'Si privati tantummodo ad suadendum dissuadendumque id, quod a nobis rogatur, processissent, ego quoque, cum satis dictum pro utraque parte existimarem, tacitus suffragia vestra expectassem. Nunc, cum vir gravissimus [7] consul M. Porcius, non auctoritate solum, quæ tacita satis momenti habuisset, sed oratione etiam longa et accurata insectatus sit rogationem nostram, necessum est [8] paucis respondere. Qui tamen plura verba in castigandis matronis, quam in rogatione nostra dissuadenda, consumsit; et quidem, ut in dubio poneret, utrum id, quod reprehenderet, matronæ sua sponte, an nobis auctoribus, fecissent. Rem defendam, non nos, in quos jecit magis hoc [9] consul verbo tenus, quam ut re insimularet. Cœtum et seditiones et interdum secessionem muliebrem appellavit, quod matronæ in publico vos rogassent, ut legem, in se latam per bellum temporibus duris, in pace et florente ac beata re publica abrogaretis. Verba magna, quæ rei augendæ causa

tn, h. e. tamen.' *Rupert.*—5 Malebat *possint* Bauer.—6 'Ab Gelenio est *fera bestia*, qui recte delevit τὸ *solutis*, quod adjeceraut in edd. sed scripti *ipsis vinculis, sicut feræ bestiæ irritatæ, deinde emissæ.*' J. F. Gron. *Fera bestia* Gron. Doujat. Crev. Doer. c. Drak.

7 Modius ex libr. Ms. profert *vir clarissimus.*—8 'Sic exhibet codex Mog. sed ceteri codd. omnes et Hearnii l. I. apud Drakenb. servant *necesse est.*' Doering.—9 *Hæc* Gron. Doujat. Crev. Mox *verbotenus*, una voce, Gron.

NOTÆ

[t] *Sicut feræ bestiæ,* [*fera bestia*] *irritata, deinde emissa*] Scripti habent in multitudinis numero *sicut feræ bestiæ;* quod non improbaverim; sed quæ sequuntur, *irritata* et *emissa,* ea cum Gronovio, malim in singulari; nec quicquam vetat luxuriam multis feris comparari. Sic Noster de Philippo lib. XXXIII. 'nosse se spiritus ejus, nosse animum ferarum, modo quæ claustris et vinculis teneantur,' &c.

[u] *Pro rogatione ab se promulgata*] Legem intelligit, quam laturum se professus erat L. Valerius: ut Oppia abrogaretur.

conquirantur, et hæc, et alia esse scio; et M. Catonem [10] oratorem non solum gravem, sed interdum etiam trucem, esse scimus omnes, cum ingenio sit mitis. Nam quid tandem novi matronæ fecerunt, quod frequentes in causa ad se pertinente in publicum processerunt? Nunquam ante hoc tempus in publico apparuerunt? Tuas adversus te Origines [x] revolvam. Accipe, quoties id fecerint, et quidem semper bono publico. Jam a principio, regnante Romulo, cum, Capitolio ab Sabinis capto,[y] medio in foro signis collatis dimicaretur, nonne intercursu matronarum inter acies duas prælium sedatum est? Quid? regibus exactis, cum, Coriolano Marcio duce, legiones Volscorum [z] castra ad quintum lapidem posuissent, nonne id agmen, quo obruta hæc urbs esset, matronæ averterunt? Jam, Urbe capta a Gallis,[a] quo redemta urbs est? nempe aurum matronæ [11] consensu omnium in publicum contulerunt. Proximo bello [12] (ne antiqua repetam) nonne et, cum pecunia opus fuit, viduarum pecuniæ adjuverunt ærarium,[b] et, cum Dii quoque novi ad opem ferendam dubiis rebus arcesserentur,

Deinde *seditionem* Kreyssig.—10 ‘Sic Ms. Th. et principes editionum. Nunc vulgo negligunt prænomen, nescio qua auctoritate.’ *Jac. Gron.*—11 *Jam urbe capta a Gallis aurum, quo redemta urbs est, nempe matronæ, &c.* Gron. Doujat. *Jam urbe capta a Gallis, aurum quo redemta urbs est, nempe matronæ, &c.* Crev. ‘Pro *nempe*, ut, sicut in antecedentibus, concitatior interrogatione reddatur oratio, Dukerus malebat *nonne . . . consensu omnium.*’

NOTÆ

[x] *Origines*] Originum libros composuerat M. Cato, in quibus Italicarum urbium initia accuratissime collegisse dicitur a Dionysio Halicarn. vel quibus potius res gestas populi Romani exposuit, ut Verrius et Festus notant: qua de re Cornelius Nepos in fragmento quod superest e posteriori libro de Vitis Excellentium Imperatorum, exscriptus a Gerardo Vossio lib. I. de Historicis Latinis c. 5. Quæ sub nomine Originum Catonianarum initio superioris sæculi prodierunt ex Annii Viterbiensis officina, his nihil inficetius et minus Catone dignum Sabellicus et alii jamdiu adverterunt.

[y] *Capitolio ab Sabinis capto*] Supra lib. I. c. 13.

[z] *Legiones Volscorum*] Lib. II. cap. 40.

[a] *Jam, Urbe capta a Gallis*] Lib. V. c. 48.

[b] *Viduarum pecuniæ adjuverunt ærarium*] Vide supra lib. XXIV. c. 18. et hujus lib. cap. 6. Addi potest a Servio Tullio equitibus, ut equos alerent, viduas locupletiores attributas lib. I. c. 43.

matronæ universæ ad mare profectæ sunt ad matrem Idæam[c] accipiendam? 'Dissimiles,' inquit,[13] 'causæ sunt.' Nec mihi causas æquare propositum est. Nihil novi factum, purgare satis est. Ceterum, quod in rebus ad omnes pariter viros fœminasque pertinentibus fecisse eas nemo miratus est, in causa proprie ad ipsas pertinente miramur fecisse? Quid autem fecerunt? Superbas, me Dius fidius, aures habemus, si cum domini servorum non fastidiant preces, nos rogari ab honestis fœminis indignamur.

6. 'Venio nunc ad id, de quo agitur: in quo duplex consulis oratio fuit. Nam et legem ullam omnino abrogari est indignatus, et eam præcipue legem, quæ luxuriæ muliebris coërcendæ causa lata esset. Et illa communis pro legibus visa consularis oratio est; et hæc adversus luxuriam severissimis moribus conveniebat. Itaque periculum est, nisi, quid in utraque re vani sit, docuerimus, ne quis error vobis offundatur. Ego enim, quemadmodum ex his legibus, quæ non in tempus aliquod, sed perpetuæ utilitatis causa in æternum latæ sunt,[d] nullam abrogari debere fateor, nisi quam aut usus coarguit, aut status aliquis rei publicæ inutilem fecit; sic, quas tempora aliqua desiderarunt leges, mortales (ut ita dicam) et temporibus ipsis mutabiles esse video. Quæ in pace latæ sunt, plerumque bellum abrogat, quæ in bello, pax; ut in navis administratione alia in secundam, alia in adversam tempestatem[14] usui sunt. Hæc cum ita natura distincta sint, ex utro tandem genere ea lex esse videtur, quam abrogamus? An vetus regia lex,[e] simul cum ipsa urbe nata? An (quod[15] secun-

Doering.—12 Conj. Rupert. *Punico bello.*—13 *Inquis* Doer. Kreyssig. cum Drak.
14 *In secunda ... in adversa tempestate* edd. ante Gron.—15 *Quid, vetus*

NOTÆ

[c] *Ad matrem Idæam*] De Cybele Deum matre advecta ex Phrygia, et a matronis excepta, supra lib. XXIX. c. 14.

[d] *Sed perpetuæ utilitatis causa in æternum latæ sunt*] Vide Sophoclem in Œdipo Tyranno, et Joannem Sarisber. lib. IV. de nugis curialium, c. 7.

[e] *An vetus regia lex*] An hæc lex, inquit Valerius, de qua agitur, ea est,

dum[f] est) ab decemviris, ad condenda jura creatis, in duodecim tabulis scripta? Sine qua cum majores nostri non existimarint decus matronale servari posse,[16] nobis quoque verendum sit, ne cum ea pudorem sanctitatemque fœminarum abrogemus? Quis igitur nescit, novam istam legem esse, Q. Fabio et[17] Ti. Sempronio consulibus, viginti annis ante latam? sine qua cum per tot annos matronæ optimis moribus vixerint, quod tandem, ne abrogata ea effundantur ad luxuriam, periculum est? Nam si ista lex ideo lata esset, ut finiret libidinem muliebrem, verendum foret, ne abrogata incitaret: cur sit autem lata, ipsum indicavit[18] tempus. Hannibal in Italia erat victor ad Cannas: jam Tarentum, jam Arpos, jam Capuam habebat: ad urbem Romam admoturus exercitum videbatur: defecerant socii: non milites in supplementum, non socios navales ad classem tuendam, non pecuniam in ærario habebamus: servi, quibus arma darentur,[g] ita ut pretium pro iis bello perfecto dominis solveretur, emebantur: in eandem diem pecuniæ frumentum et cetera,[19] [h] quæ belli usus postulabant, præbenda publicani se conducturos professi erant: servos ad remum, numero ex censu constituto, cum stipendio nostro

reg. . . . *Aut, quod* edd. ante Sigon.—16 ‘Excidisse videtur *an:* nova enim legum classis et commendatio ponitur, non ex antiquitate, sed ex utilitate ac necessitate.’ *Bauer.* Mox *matronale decus* Gron. Doujat. Crev.—17 *Et* del. eæd.—18 *Indicabit* mavult J. F. Gron. et habet in ed. c. Crev.—19 Omittebant *pecuniæ* edd. ante Gron. ‘And. et proximi *In eadem die pecuniæ frumentum.* Ascens. *emebantur: deerant pecuniæ frumentum;* et in margine pro varia lectione *in eodem die.* At nescio quo errore Mog. et inde Ald. Juntas, Frob. *in eadem die deerant pecuniæ.* Pro hoc Gelen. dedit quod nunc recep-

NOTÆ

qua olim Romulo regi delata est suprema potestas?

[f] *An quod secundum*] An agitur hic de lege 12. tab. quæ secundum post regiam obtinuit auctoritatis locum? de qua lib. III. c. 33. et seqq.

[g] *Servi, quibus arma darentur*] Vide lib. XXII. c. 57.

[h] *In eandem diem pecuniæ frumentum, &c.*] Significatur numerandam eodem tempore publicanis fuisse pecuniam ex ærario, ut et frumentum et alia ad bellum necessaria præberent. Est enim dies pecuniæ, tempus quo solvenda est pecunia debita, ut apud Cic. lib. x. ad Atticum, Epist. 5. ‘diem pecuniæ Idus Novembres esse.’ Et lib. VIII. Epist. 10. ‘alios non solvere, aliorum diem nondum venisse.’

dabamus: aurum et argentum omne,[i] ab senatoribus ejus rei initio orto, in publicum conferebamus: viduæ et pupilli pecunias suas in ærarium deferebant: cautum erat, quo ne plus auri et argenti facti, quo ne plus signati argenti et æris domi haberemus.[f] Tali tempore[1] in luxuria et ornatu matronæ occupatæ erant, ut ad eam coërcendam lex Oppia desiderata sit? cum, quia Cereris sacrificium,[k] lugentibus omnibus matronis, intermissum erat, senatus finiri luctum triginta diebus jussit. Cui non apparet, inopiam et miseriam civitatis, et quia omnium privatorum pecuniæ in usum publicum vertendæ erant, istam legem scripsisse,[2] † tamdiu mansuram, quamdiu causa scribendæ legis mansisset? Nam si, quæ tunc temporis causa aut decrevit senatus, aut populus jussit, in perpetuum servari oportet, cur pecunias reddimus privatis? cur publica præsenti pecunia locamus? cur servi, qui militent, non emuntur? cur privati non damus remiges, sicut tunc[3] dedimus?

7. 'Omnes alii ordines, omnes homines mutationem in meliorem statum rei publicæ sentient: ad conjuges tantum nostras pacis et tranquillitatis publicæ fructus non perveniet? Purpura viri utemur, prætextati in magistratibus,[l]

f *Hæc definita erat quantitas auri, argenti, æris facti et signati, quam excedere non licebat privatis, ut quicquam ultra eam apud se retinerent.*

tum est.' *J. F. Gron.*—20 'Τὸ *quo*, quod in plur. codd. apud Drak. omittitur, desiderat omnino oratio.' *Doering.*—1 *Tali eo tempore* vet. lib. apud Sigon. Mox conj. Rupert. *ad ea coercenda.*—2 Sigon. ex interpolato codice, teste Gron., *ob inopiam . . . istam legem scriptam.* *Et* ante *quia* del. Gron. Doujat. Crev.—3 *Tunc* del. eæd.

NOTÆ

i *Aurum et argentum omne*] Vide lib. XXVI. c. 36.

k *Cereris sacrificium*] Lib. XXII. c. 36.

† *Inopiam et miseriam civitatis . . . . istam legem scripsisse*] Ita scripti optimi et veteres editiones, elegantius sane quam quod Sigonius subjecit, *ob inopiam et miseriam civitatis, &c. istam legem scriptam esse.* Eadem ratione Plinius lib. VIII. Epist. 18. 'quo laudabilius testamentum, quod pietas, fides, pudor scripsit.' Figura est, qua rebus attribuitur, quod personis convenit.

l *Prætextati in magistratibus*] Usum purpuræ apud Romanos triplici tantum hominum generi attribuit Valerius, magistratibus, sacerdotibus, pueris nobilibus. At Plinius lib. IX.

in sacerdotiis; liberi nostri prætextis purpura togis utentur; magistratibus in coloniis municipiisque, hic Romæ infimo generi magistris vicorum [m] togæ prætextæ habendæ jus permittemus; nec id ut vivi solum habeant tantum insigne, sed etiam ut cum eo crementur mortui: [n] fœminis duntaxat purpuræ usum interdicemus? et, cum tibi viro liceat purpura in veste stragula uti, matrem familiæ tuam purpureum amiculum habere non sines? et equus [4] tuus speciosius instratus erit, quam uxor vestita? Sed in purpura, quæ teritur, absumitur, injustam quidem, sed aliquam tamen, causam tenacitatis video: in auro vero, in quo præter manus pretium nihil intertrimenti fit,[o] quæ malignitas est? Præsidium potius in eo est et ad privatos, et ad publicos usus,[5] sicut experti estis. Nullam æmulationem inter se singularum, quando nulla haberet, esse aiebat. At, Hercule, universis dolor et indignatio est, cum sociorum Latini nominis uxoribus vident ea concessa ornamenta, quæ sibi adempta sint, cum insignes eas esse auro et purpura, cum illas vehi per urbem, se pedibus sequi; tanquam in illarum civitatibus, non in sua, imperium sit. Virorum hoc animos vulnerare posset: quid muliercularum censetis, quas etiam parva movent? Non magistratus, nec sacerdotia, nec triumphi, nec insignia, nec dona, aut spolia bellica his contingere possunt. Munditiæ et ornatus et cultus, hæc fœmi-

4 Quidam *lectus* pro *equus* legebant.—5 *Et ad publicos et ad privatos usus,*

NOTÆ

c. 36. duo addit genera, senatores et triumphatores, his verbis: 'Distinguit ab equite curiam: Diis advocatur placandis, omnemque vestem illuminat: in triumphali miscetur auro. Quapropter excusata et purpuræ sit insania.'

[m] *Magistris vicorum*] Per singulos vicos creabantur e plebe cujusque viciniæ quatuor vico-magistri, sive magistri vicorum, qui eorum curam gererent sub regionum curatoribus, Suetonio teste in Augusto cap. 30. Hos vico-magistros prætextis ornatos fuisse, cum ludos compitalitios in honorem Deorum Larium facerent, scribit Asconius ad Cic. orat. in Pison.

[n] *Ut cum eo crementur mortui*] Alludit ad hunc morem Virgil. VI. Æneid. ubi de Miseno mortuo ait: 'Purpureasque super vestes, velamina nota Conjiciunt.'

[o] *Nihil intertrimenti fit*] Gallice, *qu'il n'y ait point de déchet.*

narum insignia sunt: his gaudent et gloriantur; hunc mundum muliebrem appellarunt majores nostri. Quid aliud in luctu, quam purpuram atque aurum deponunt? quid, cum eluxerunt, sumunt? quid in gratulationibus supplicationibusque, nisi excellentiores ornatus,[6] adjiciunt? Scilicet, si legem Oppiam abrogaveritis, non vestri arbitrii erit, si quid ejus vetare volueritis, quod nunc lex vetat. Minus filiæ, uxores, sorores etiam quibusdam in manu erunt. Nunquam, salvis suis,[p] exuitur servitus muliebris; et ipsæ libertatem, quam viduitas et orbitas facit, detestantur. In vestro arbitrio suum ornatum, quam in legis, malunt esse. Et vos in manu et tutela, non in servitio, debetis habere eas; et malle patres vos aut viros, quam dominos, dici. Invidiosis nominibus utebatur modo consul, seditionem muliebrem et secessionem appellando. Id enim periculum est,[q] ne Sacrum montem, sicut quondam irata plebs, aut Aventinum capiant. Patiendum huic infirmitati est, quodcumque vos censueritis.[g] Quo plus potestis, eo moderatius imperio uti debetis.'

8. Hæc cum contra legem proque lege dicta essent, aliquanto major frequentia mulierum postero die sese in publicum effudit, unoque agmine omnes tribunorum januas obsederunt, qui collegarum rogationi intercedebant, nec ante abstiterunt, quam remissa intercessio ab tribunis esset. Nulla deinde dubitatio fuit, quin omnes tribus legem abrogarent. Anno vigesimo post [7] abrogata est, quam lata. M. Porcius consul, postquam abrogata est Oppia lex, extemplo viginti quinque navibus longis (quin-

g *Imbecillitas illarum (nempe mulierum) cogit eas pati quicquid viris videtur.*

sicuti Gron. Doujat. Crev.—6 *Excellentiorem ornatum* Gron. Doujat. Crev. Kreyssig.

7 Ante Pigh. legebatur *annis viginti post.* Favet Pighii emendationi Lov.

NOTÆ

p *Nunquam, salvis suis*] Mulieres, cum in perpetua suorum tutela essent, nunquam eximi e potestate poterant, nisi morte parentum vel maritorum.

q *Id enim periculum est*] Ironice dictum.

que sociorum erant) ad Lunæ [8] portum [r] profectus, eodem exercitu convenire jusso, et, edicto per oram maritimam misso, navibus omnis generis contractis, ab Luna [9] proficiscens edixit, ut ad portum Pyrenæi [s] sequerentur. Inde se frequenti classe ad hostes iturum. Prætervecti Ligustinos montes [t] sinumque Gallicum,[u] ad diem, quam edixerat, convenerunt. Inde Rhodam ventum,[x] et præsidium Hispanorum, quod in castello erat, vi dejectum. Ab Rhoda secundo vento Emporias perventum. Ibi copiæ omnes, præter socios navales, in terram expositæ.

9. Jam tunc Emporiæ duo oppida erant muro divisa. Unum Græci habebant, a Phocæa, unde et Massilienses, oriundi; alterum Hispani. Sed Græcum oppidum, in mare expositum, totum orbem muri minus quadringentos passus patentem habebat; Hispanis retractior a mari trium [10] millium passuum in circuitu murus erat. Tertium genus, Romani

6. apud Drak. qui exhibet *vigesimo anno post. Viginti annis post* Kreyssig.—8 Τὸ *quarum* in quibusd. edd. ante *quinque*, excludit Thuan. *Navibus longis, quarum quinque sociorum erant, ad Lunæ* Gron. Doujat. Crev. Kreyssig.—9 *A Luna* edd. ante Sigon.

NOTÆ

[r] *Ad Lunæ portum*] Etruriæ urbs et portus fuit Luna, ad ostia Macræ fluvii, et ad promontorium sui nominis, in Ligurum confinio, quibus hoc oppidum tribuunt Mela et Strabo, ad dextram amnis ripam constituentes. Cluverius fuisse putat, ubi nunc *Lerice*. Alii volunt in locum Lunæ excisæ successisse oppidum, quod vulgo *Sarzana;* quod probat post Blondum Holstenius, Plinii et Ptolemæi fidem secutus, qui Lunam ab Etrusca posuere Macræ ripa, ubi adhuc ingentes visuntur ruinæ civitatis Lunensis a Normannis deletæ: cujus rei fidem astruit, quod adhuc circumfusus ager *il Lunegiano* dicitur.

[s] *Ad portum Pyrenæi*] Intelligit haud dubie portum Veneris Pyrenææ, qui in extrema Galliæ ora fuit ad Illiberim: hodie *Port de Vendres* in comitatu Ruscinonensi.

[t] *Ligustinos montes*] Alpes nempe Liguriæ.

[u] *Sinumque Gallicum*] Mare quod Galliam Narbonensem alluit, ab ostio Rhodani ad Veneris promontorium, atque hinc ad Sardiniam, inde ad Baleares fere insulas protensum, sinus Gallicus appellatur: hodie vulgo *Golfe de Leon*, nautis formidatus.

[x] *Inde Rhodam ventum*] Fuit quidem in Gallia Narbonensi Rhoda ad Rhodani ostium, hodie *Pecais*, Rhodiorum colonia. Sed hæc Rhoda, seu Rhode, de qua Livius agit, trans Pyrenæos in ora est Hispaniæ inter Illiberim et Emporias, his propior, in Indigetibus, nunc *Roses*, portu et arce nobilis in ora Catalauniæ et Ampuritano tractu.

coloni ab Divo Cæsare, post devictos Pompeii liberos, adjecti. Nunc in corpus unum confusi omnes, Hispanis prius, postremo et Græcis in civitatem Romanam ascitis. Miraretur, qui tum cerneret, aperto mari ab altera parte, ab altera Hispanis, tam feræ et bellicosæ genti, objectos[y] quæ res eos tutaretur. Disciplina erat[z] custos infirmitatis, quam inter validiores optime timor continet.[h] Partem muri versam in agros egregie munitam habebant, una tantum in eam regionem porta imposita; cujus assiduus custos semper[11] aliquis ex magistratibus erat. Nocte pars tertia civium in muris excubabant;[12] neque moris tantum aut legis causa, sed, quanta si hostis ad portas esset, et servabant[13] vigilias, et circumibant, cura.[i] Hispanum neminem in urbem recipiebant. Ne ipsi quidem temere urbe excedebant. Ad mare patebat omnibus exitus. Porta ad Hispanorum oppidum versa nunquam nisi frequentes, pars tertia fere, cujus proxima nocte vigiliæ in muris fuerant, egrediebantur. Causa exeundi hæc erat: commercio eorum Hispani, imprudentes maris,[k] gaudebant, mercarique et ipsi ea, quæ externa navibus inveherentur, et agrorum exigere[14] fructus,[a] volebant. Hujus mutui usus desiderium, ut His-

[h] *Quæ ut servetur, nihil melius efficit quam metus.*
[i] *Tanta cura vigilias observabant, quanta observare debuissent, si hostem habuissent ad portas.*
[k] *Rei maritimæ penitus ignari.*

10 Omittebatur ante Sigon. τὸ *trium.*—11 ' Vocabulum *semper* plane ignorat membrana Thuan.' *Jac. Gron.*—12 *Excubabat* edd. ante Gron.—13 *Ob-*

NOTÆ

y *Objectos*] Nempe Græcos in angusto oppido, hinc Hispanis expositos, inde mari.

z *Disciplina erat*] Repete ex superiori, ' quæ eos tutabatur.'

a *Exigere fructus*] Sic habent scripti omnes, et editi ante Gelenium, qui malebat *exhibere;* sed *exigere fructus* vel *merces* Latine dicitur pro eo quod nos Gallice dicimus, *se défaire d'une marchandise:* quasi dicas abigere a se, expellere. Ita Columella l. x. ' Et celebres fortis Fortunæ dicite laudes Mercibus exactis, hilaresque recurrite in hostes.' Est enim ' mercibus exactis ' idem ac distractis venditisve. Apud Quintilianum quoque Declam. ix. ' Sacrosanctus mercator opportunum mercis exactum, puto, invenit:' ubi ' exactus ' haud dubie pro venditione ; *le débit.* Eademque ratione Horat. ii. Epist. ait, ' Laudat

pana urbs Græcis pateret, faciebat. Erant etiam eo tutiores,[b] quod sub umbra Romanæ amicitiæ latebant; quam sicut minoribus viribus, quam Massilienses, pari[15] colebant fide. Tunc quoque consulem exercitumque comiter ac benigne acceperunt. Paucos ibi moratus dies Cato, dum exploraret, ubi et quantæ hostium copiæ essent; ut ne mora quidem segnis esset, omne id tempus exercendis militibus consumsit. Id erat forte tempus anni, ut frumentum in areis[16] haberent. Itaque, redemtoribus vetitis frumentum parare, ac Romam dimissis, 'Bellum,' inquit, 'se ipsum alet.' Profectus ab Emporiis agros hostium urit vastatque; omnia fuga et terrore complet.

10. Eodem tempore M. Helvio, decedenti ex ulteriore Hispania cum præsidio sex millium, dato ab Ap. Claudio prætore, Celtiberi agmine ingenti ad oppidum Illiturgi occurrerunt.[17] Viginti millia armatorum fuisse, Valerius scribit; duodecim millia ex iis cæsa, oppidum Illiturgi receptum, et puberes omnes interfectos. Inde ad castra Catonis Helvius pervenit; et, quia tuta jam ab hostibus regio erat, præsidio in ulteriorem Hispaniam remisso, Romam est profectus, et ob rem feliciter gestam ovans urbem est ingressus. Argenti infecti[c] tulit in ærarium quatuordecim millia pondo[18] septingenta triginta duo,[d] et signati bigatorum septemdecim millia viginti tria,[e] et Oscensis ar-

servabant ante Gron. legebatur.—14 Quædam *Exhibere.*—15 In quibusd. librr. vett. et edd. *ita* exhibetur ante *pari.*—16 *Hispani* add. Kreyssig.

17 *Occurrunt* Gron. Doujat. Crev.—18 'Iterum scripti *decem quatuor pondo.* Vox quidem *millia* in optimis quoque libris omissa sæpe, ubi abesse non po-

NOTÆ

venales qui vult extrudere merces.'

[b] *Tutiores*] Græci.

[c] *Argenti infecti*] Infectum opponitur facto, quod nos dicimus, *mis en œuvre.* At infectum Gallice est *l'argent en barre, ou lingot.*

[d] *Quatuordecim millia pondo septingenta triginta duo*] Hæc summa nunc responderet quinquaginta tribus millibus librarum nostratium, ac præterea trecentis quinquaginta duabus libris.

[e] *Et signati bigatorum septemdecim millia viginti tria*] Supple argenti pondo; et fient nobis 612826. libræ: alioquin dicendum esset, *septemdecim millia viginti tres,* supple bigati nummi seu denarii bigis signati: qua ra-

genti centum viginti millia quadringentos triginta octo.[19] [f] Causa triumphi negandi senatui fuit, quod alieno auspicio et in aliena provincia pugnasset. Ceterum biennio post redierat, cum, provincia successori Q. Minucio tradita, annum insequentem retentus ibi longo et gravi morbo fuisset.[20] Itaque duobus modo mensibus ante Helvius ovans Urbem est ingressus, quam successor ejus Q. Minucius triumpharet. Hic quoque tulit argenti pondo triginta quatuor millia octingenta,[g] bigatorum septuaginta octo millia,[h] et Oscensis argenti ducenta septuaginta octo millia.[i]

11. In Hispania interim consul haud procul Emporiis castra habebat. Eo legati tres ab Ilergetum regulo Bilistage, in quibus unus filius [1] erat, venerunt, querentes, 'castella sua oppugnari, nec spem ullam esse resistendi, nisi præsidium Romani misissent.[2] [k] Tria millia militum satis esse; nec hostes, si tanta manus venisset, mansuros.' Ad ea consul, 'Moveri quidem se [3] vel periculo eorum, vel metu,' dicere; 'sed sibi nequaquam tantum copiarum esse, ut, cum magna vis hostium haud procul absit, cum qua

test per usum Latini sermonis.' *J. F. Gron.*—19 *Argenti viginti millia quadringenta triginta octo* eæd.—20 *Fuisset morbo* Kreyssig.

1 *Ejus* add. Kreyssig.—2 Vid. Not. Delph. inf. *Præsidio Romanus miles esset* Kreyssig. Mox *Quina millia* Gron. Doujat. Crev.—3 *Se* del. Gron.

NOTÆ

tione summa esset perexigua, nec multo major sex millibus atque octingentis libris Francicis.

[f] *Et Oscensis argenti centum viginti millia quadringentos* [*viginti millia quadringenta*] *triginta octo*] Oscense argentum ab Osca Ilergetum civitate (quæ nunc *Huesca* in Aragonia) dictum: quod vel ibi cusum, vel e proximis fodinis erutum, atque ibi defæcatum. Summa efficeret septingenta triginta quinque librarum millia cum septingentis sexaginta octo libris.

[g] *Argenti pondo triginta quatuor millia octingenta*] Gallice *douze cens cinquante deux mille huit cens livres.*

[h] *Bigatorum septuaginta octo millia*] Facit numerus ut bigatorum duntaxat millia intelligam, non bigatorum libras. Erunt igitur ferme librarum Francicarum vicies centena quadraginta octo millia, cum octingentis libris, 248800.

[i] *Oscensis argenti ducenta septuaginta octo millia*] Summa ingens, centies centenum atque octo millium; Gallice, *dix millions huit mille livres.*

[k] *Nisi præsidium Romani misissent*] Sic est in scriptis et prioribus Gelenio editionibus, qui scripserat, *nisi præsidio miles Romanus esset.*

mox signis collatis dimicandum sibi[4] in dies expectet, dividendo exercitum minuere tuto vires posset.' Legati, ubi hæc audierunt, flentes ad genua consulis provolvuntur. Orant, 'Ne se in rebus tam trepidis deserat. Quo enim se, repulsos ab Romanis, ituros? Nullos se socios, nihil usquam in terris aliud spei habere. Potuisse se extra id periculum esse, si decedere fide,[l] si conjurare cum ceteris voluissent. Nullis minis, nullis terriculis[5] se motos, sperantes, satis opis et auxilii sibi in Romanis esse. Id si nullum sit, si sibi a consule negetur, Deos hominesque se testes facere, invitos et coactos se, ne eadem, quæ Saguntini passi sint,[6] patiantur, defecturos, et cum ceteris potius Hispanis, quam solos, perituros esse.'

12. Et illo quidem die sic sine responso dimissi. Consulem nocte, quæ insecuta est, anceps cura agitare. Nolle deserere socios, nolle minuere exercitum; quod aut moram sibi ad dimicandum, aut in dimicando periculum afferre posset. Stat sententia, non minuere copias, ne quid interim hostes inserant ignominiæ: sociis spem pro re ostendendam censet.[7] Sæpe vana pro veris,[1] maxime in bello, valuisse; et credentem se aliquid auxilii habere, perinde atque haberet, ipsa fiducia et sperando atque audendo servatum. Postero die legatis respondit, 'Quanquam vereatur, ne suas vires, aliis eas commodando, minuat; tamen illorum se temporis ac periculi magis, quam sui, rationem habere.'[m] Denuntiari militum parti tertiæ ex omnibus

[l] *Fidem violare a Romanis deficiendo.*
[m] *Necessitatem et periculum ipsorum se proprio discrimini anteponere.*

Doujat.—4 'Jac. Gronovius ex cod. Thuan. profert: *et, quam mox signis collatis dimicandum sit, in dies expectet.* Eandem lectionem, (quam elegantiorem vocat Crevierius,) duo codd. Hearnii servant.' *Doering.* Habent eandem in edd. Crev. Kreyssig.—5 Exhibent quidam codd. apud Drak. *periculis.* —6 *Sunt* Gron. Doujat. Crev.

7 'Pro *spem* suspicari possis *speciem,* quæ sæpe *rei* opponitur, ut mox *vana*

NOTÆ

1 *Vana pro veris*] Spes non raro loco rei valet, et multa quæ neque vera sunt neque fieri possunt, si credantur tantum, utilitatem afferunt. Sane apud Nostrum lib. XXVII. c. 47. 'Fama bellum conficit.'

cohortibus jubet, ut cibum, quem in naves imponant, mature coquant; navesque in diem tertium expediri jussit.[8] Duos ex legatis Bilistagi atque Ilergetibus nuntiare ea jubet; filium reguli comiter habendo et muneribus apud se retinet. Legati non ante profecti, quam impositos in naves milites viderunt: id pro haud dubio jam nuntiantes, non suos modò, sed etiam hostes, fama Romani auxilii adventantis impleverunt.

13. Consul, ubi satis, quod in speciem fuit,[9] [m] ostentatum est, revocari ex navibus milites jubet. Ipse, cum jam id tempus anni appeteret, quo geri res possent, castra hyberna[10] tria millia passuum ab Emporiis posuit. Inde per occasiones, nunc hac parte, nunc illa, modico præsidio castris relicto, prædatum milites in hostium agros educebat. Nocte ferme proficiscebantur, ut et quam longissime a[11] castris procederent, et inopinatos opprimerent. Et exercebat ea res novos milites, et hostium magna vis excipiebatur; nec jam egredi extra munimenta castellorum audebant. Ubi satis admodum[12] et suorum et hostium animos est expertus, convocari tribunos præfectosque et equites omnes et centuriones[13] jussit. 'Tempus,' inquit,

veris. Huic conjecturæ favent prima verba cap. 13.' *Rupert.* *Ostentandam* Gron. Doujat. Crev. Kreyssig.—8 'Jac. Perizonius primum τὸ *jubet* delendum, deinde *jussisse* pro *jussit* scribendum esse conjectavit. Sed nemo facile hujus loci emendationem aliquam desiderabit. Nam quod ad repetitionem verbi *jubet* . . . *jussit,* et in sequente statim periodo *duos* . . . *jubet* attinet, eam alibi quoque Noster haud repudiavit.' *Doering.*

9 In quibusd. librr. vett. legitur, teste Doer. *quod in spem fuit.*—10 'Τὸ *hyberna* expungerem si codd. faverent.' *Drak.* Mox 'quidam librr. vett. exhibent *mille passuum;* unde Latinitati timentes fecerunt *mille passus.*' Doering. *Mille* omisso vocabulo *tria* Gron. Doujat. Crev.—11 *E* Gron. Mox *inopinantes* Gron. Doujat. Crev.—12 Conj. Duk. *satis ad hunc modum* improb. Ernest.—13 'Lipsius Mil. Rom. xxi. 8. conj. *præfectosque equitum omnes,* ut sint decuriones, merito vocati, ubi omnes centuriones. *Equites omnes centuriones* emend. Grut. qui tamen centuriones primorum ordinum equis militasse

NOTÆ

[m] *Ubi satis, quod in speciem fuit*] Antea scribebatur, *quod in spem fuit.* Et vero intelligi potest Catonem ostentasse Ilergetibus quantum ad spem ipsis faciendam sufficeret. Rotundius tamen videtur Catonem satis habuisse auxilium in speciem ostentare, aut ostentare per simulationem quantum satis esset.

'quod sæpe optastis, venit, quo vobis potestas fieret virtutem vestram ostendendi. Adhuc prædonum magis, quam bellantium, militastis more: nunc justa pugna hostes cum hostibus conseretis manum.[14] Non agros inde populari, sed urbium opes exhaurire licebit. Patres nostri, cum[15] Hispania Carthaginiensium,[n] et imperatores ibi et exercitus essent, ipsi[a] nullum imperatorem, nullos in ea milites haberent; tamen addere hoc in fœdere voluerunt, Ut imperii sui Iberus fluvius esset finis. Nunc, cum duo prætores, cum consul, cum tres exercitus Romani Hispaniam obtineant, Carthaginiensium jam prope decem annis nemo in his provinciis sit, imperium nobis citra Iberum amissum est. Hoc armis et virtute recuperetis oportet; et nationem, rebellantem magis temere, quam constanter bellantem, jugum, quo se[16] exuit, accipere rursus cogatis.' In hunc modum maxime adhortatus pronuntiat, se nocte ad castra hostium ducturum. Ita ad corpora curanda dimissi.

14. Nocte media[17] cum auspicio operam dedisset, profectus, ut locum, quem vellet, priusquam hostes sentirent, caperet, præter castra hostium circumducit, et prima luce, acie instructa, sub ipsum vallum tres cohortes mittit. Mirantes barbari ab tergo apparuisse Romanum, discurrere ipsi ad arma.[18] Interim consul apud suos, 'Nusquam, nisi in virtute, spes est, milites,' inquit, 'et ego sedulo, ne esset, feci. Inter castra nostra et nos medii hostes. Ab tergo hostium ager est. Quod pulcherrimum, idem tutissimum est, in virtute spem positam habere.' Sub hæc cohortes recipi jubet,[o] ut barbaros simulatione fugæ

[a] *Ipsi, Patres nostri, Romani scilicet ante nos.*

dicit, non probat. Latet mendum, etsi haud variant libri.' *Rupert.*—14 *Manus* Gron. Doujat. Crev. et mox eæd. habent *haurire.*—15 *In* olim ante Gron. inserebatur.—16 Tò *se* omittebant edd. ante Sigon.

17 *Media nocte* Gron. Doujat. Crev.—18 Dukerus ex usu loquendi Liviano,

NOTÆ

[n] *Cum Hispania Carthaginiensium*] Supple esset; id enim inest sequenti verbo pluralis numeri *essent;* in potestate scilicet Carthaginiensium.

[o] *Cohortes recipi jubet*] Tres nempe cohortes, quas sub vallum hostium miserat: et *recipi* pro se recipere.

eliceret.[19] Id, quod crediderat, evenit. Pertimuisse et cedere rati Romanos, porta erumpunt, et, quantum inter castra sua et hostium aciem relictum erat loci, armatis complent. Dum trepidant acie instruenda,[o] consul, jam paratis ordinatisque omnibus, incompositos aggreditur. Equites primos[20] ab utroque cornu in pugnam educit: sed in dextro extemplo pulsi, cedentesque trepidi etiam pediti terrorem intulere. Quod ubi vidit consul, duas cohortes delectas ab dextro latere hostium circumduci jubet, et ab tergo se ostendere, priusquam concurrerent peditum acies. Is terror objectus hosti rem, metu Romanorum equitum inclinatam, æquavit. Tamen adeo turbati erant dexteræ alæ equites peditesque, ut quosdam consul manu ipse reprehenderit, verteritque in hostem.[p] [1] Ita, et quamdiu missilibus pugnatum est, anceps pugna erat; et jam ab[2] dextra parte, unde terror et fuga cœperat, ægre Romanus restabat,[q] ab sinistro cornu et ab fronte urgebantur barbari, et cohortes ab tergo instantes pavidi respiciebant. Ut, emissis soliferreis[3] [p] falaricisque,[q] gladios strinxerunt, tum

[o] *Dum turbati aciem instruunt.*
[p] *Ipse Cato retraxerit manu apprehensos, verteritque in hostem.*
[q] *Vix resistebant Romani.*

quem exemplis probat, malit *discurrere et ipsi ad arma.*—19 ‘Male in quibusdam codd. *educeret.*’ Doering.—20 In quibusd. codd. apud Drak. *primo.*—1 ‘Ita Mss. et edd. antt. *et adversos in hostem verterit* ex cod. Mogunt. recepere Aldus et alii. Scribendum saltem *aversos* sc. ab hoste et fugam quærentes.’ *Rupert.* c. Gron. *Reprehenderit, et adversos in hostem verterit* Gron. Doujat. Doer. c. Drak. *Rep. et aversos in host. vert.* Kreyssig.—2 *A* Gron. Doujat. Crev. Mox pro *restabat* edd. ante Gron. exhibent *resistebat.* And. *restabant.* Deinde *a sinistro* Gron. Doujat. Crev.—3 ‘Nisi potius leg. *solliferreis.*’ Rupert.

NOTÆ

[p] *Ut, emissis soliferreis*] Genus teli fuit soliferreum; sic dictum, quod esset ex solo et solido ferreo, sive ferreum totum; tracto nomine ex lingua Oscorum, quibus sollo dicebatur, Festo auctore, id quod Romani totum vocabant: *solon* itaque Oscis, quod Græcis ὅλον, (deductum ex Hebraico כל *col,*) quemadmodum sex et septem Latine, quæ Græce ἕξ, ἑπτά.

[q] *Falaricisque*] Diximus falaricam esse telum missile, quo utuntur ex falis, id est, ex locis exstructis dimicantes, ut Festus loquitur. Nonius falas explicat turres ligneas. Isid. falaricam telum ingens esse ait, torno factum, habens ferrum cubitale, et ignem affixum, stuppa nempe ferro circumligata. Ejus hic usus erat, ex Marcello Donato, ut etiamsi non pe-

velut redintegrata est pugna. Non cæcis ictibus procul ex improviso vulnerabantur; sed, pede collato, tota in virtute ac viribus spes erat.

15. Fessos jam suos consul, ex secunda acie subsidiariis cohortibus in pugnam inductis, accendit. Nova acies facta. Integri recentibus telis fatigatos adorti hostes primum acri impetu, velut cuneo, perculerunt; deinde dissipatos in fugam averterunt: effusoque per agros cursu castra repetebantur. Ubi omnia fuga completa vidit Cato, ipse ad secundam legionem, quæ in subsidio posita erat, equo [4] revehitur, et signa præ se ferri, plenoque gradu ad castra hostium oppugnanda succedere jubet.[r] Si quis extra ordinem avidius procurrit, et ipse interequitans sparo percutit,[s] et tribunos centurionesque castigare jubet. Jam castra hostium oppugnabantur; saxisque et sudibus [t] et omni genere telorum summovebantur a vallo Romani. Ubi recens admota legio est, tum et oppugnantibus animus crevit, et infensius [5] hostes pro vallo pugnabant. Consul omnia oculis perlustrat, ut, qua minima vi restatur,[6] ea parte irrumpat. Ad sinistram portam infrequentes videt: eo secundæ legionis principes hastatosque inducit. Non sustinuit impetum eorum statio, quæ portæ apposita [7] erat;[u] et ceteri, postquam intra vallum hostes vident, ipsis castris exuti, signa armaque abjiciunt. Cæduntur in portis, suomet ipsi agmine in arcto hærentes: secundani terga hostium cædunt, ceteri castra diripiunt. Valerius Antias

4 Vox *equo* in plurib. librr. vett. omittitur.—5 Duk. malebat *impensius*; et Periz. *intentius*.—6 *Resistitur* Gron. Doujat. Crev. *Resistatur* Kreyssig.—

NOTÆ

netrasset in corpus, sed in scuto hæsisset, tamen cum medium mitteretur, conceptumque ipso motu, inflammata stuppa et pice, multo majorem ignem deferret, arma omittere cogeret, nudumque militem ad insequentes ictus præberet.

[r] *Succedere jubet*] Signa, id est, milites signa secutos.

[s] *Sparo percutit*] Agrestis teli genus erat sparus. Virgil. II. Æneid. 'agrestesque manus armat sparus.'

[t] *Et sudibus*] Notum sudes appellari vallos sive paxillos igni torrefactos, quod teli rustici genus est.

[u] *Quæ portæ apposita* [*opposita*] *erat*] An potius *apposita*, ut est in Colb.?

supra quadraginta millia hostium cæsa eo die scribit. Cato ipse, haud sane detractator [8] laudum suarum, multos cæsos ait; numerum non ascribit.[9]

16. Tria eo die laudabilia fecisse putatur: unum, quod, circumducto exercitu, procul navibus suis castrisque, ubi spem [10] nisi in virtute haberent, inter medios hostes prælium commisit: alterum, quod cohortes ab tergo hostibus objecit: tertium, quod secundam legionem, ceteris omnibus effusis ad sequendos hostes, pleno gradu sub signis compositam instructamque subire ad portam castrorum jussit. Nihil deinde a victoria cessatum. Cum, receptui signo dato, suos spoliis onustos in castra reduxisset, paucis horis noctis ad quietem datis, ad prædandum in agros duxit. Effusius, ut sparsis hostibus fuga, prædati sunt. Quæ res non minus, quam pugna pridie adversa, Emporitanos Hispanos accolasque eorum in deditionem compulit. Multi et aliarum civitatium, qui Emporias perfugerant, dediderunt se. Quos omnes, appellatos benigne vinoque et cibo curatos, domos dimisit. Confestim inde castra movit; et, quacumque incedebat agmen, legati dedentium civitates suas occurrebant. Et cum Tarraconem venit, jam omnis cis Iberum Hispania perdomita erat, captivique et Romani, et socium ac Latini nominis, variis casibus in Hispania oppressi, donum consuli a barbaris reducebantur. Fama deinde vulgatur, consulem in Turdetaniam exercitum ducturum, et ad devios montanos profecturum etiam falso perlatum est.[11] Ad hunc vanum et sine auctore ullo rumorem Bergistanorum civitatis septem castella [12 x] defecerunt. Eos, deducto [13] exercitu, consul sine

7 *Opposita* Gron. Doujat. Crev.—8 ' *Detractator* pro vulg. *detrectator* edidit Drak. et Voss. et Lov. 5. In aliis Mss. est *detractor*.' Rupert. *Detrectator* Gron. Doujat. Crev.—9 Olim *scribit* legebatur.

10 ' Vel excidisse, vel supplendum videtur *non;* illud putabat Gron. hoc Drak.' *Rupert.*—11 ' Crev. tentabat *et ad devios montanos etiam falso perlata est.* Sed si particulam *etiam*, quæ in quibusdam codd. apud Drakenb. omittitur, deleveris, et *et* pro *etiam* explicaveris, nihil mutandum videtur.' *Doering. Et ad dev. montanos, profectum etiam, falso perlatum est* Kreyssig.—12 Ante Gelen. edebatur *civitates septem et aliquot castella.* Vid. Not. Var.—13 ' Non opus est, ut pro *deducto* vel cum Gronovio *educto,* vel cum Crevierio *inducto* rescribatur.' *Doering.*

memorando prælio in potestatem redegit. Haud ita multo post iidem, regresso Tarraconem consule, priusquam inde quoquam procederet, defecerunt. Iterum subacti: sed non eadem venia victis fuit. Sub corona veniere omnes, ne sæpius pacem solicitarent.[r]

17. Interim P. Manlius prætor, exercitu vetere a Q. Minucio, cui successerat, accepto, adjuncto et Ap. Claudii Neronis ex ulteriore Hispania vetere item exercitu, in Turdetaniam proficiscitur. Omnium Hispanorum maxime imbelles habentur Turdetani. Freti tamen multitudine sua obviam ierunt agmini Romano. Eques immissus turbavit extemplo aciem eorum. Pedestre prælium nullius ferme certaminis fuit.[s] Milites veteres, periti hostium bellique, haud dubiam pugnam fecerunt. Nec tamen ea pugna debellatum est. Decem millia Celtiberum mercede Turduli[14] conducunt,[y] alienisque armis parabant bellum. Consul interim, rebellione Bergistanorum ictus, ceteras quoque civitates ratus per occasionem idem facturas, arma omnibus cis Iberum Hispanis ademit. Quam rem adeo ægre passi, ut multi mortem sibimet ipsi[15]

[r] *Pacem turbarent.*
[s] *In hoc prælio pedites Turdetani vix certarunt.*

14 Vet. lib. apud Sigon. *Turdetani.*—15 *Sibimetipsis* Gron. Doujat. Crev.

NOTÆ

[x] *Bergistanorum civitatis septem castella*] Civitatem dixit pro populo sive gente, quemadmodum Cæsari civitas Helvetiorum, civitas Heduorum. Bergistani autem iidem fuisse videntur cum Vergistanis, quibus nomen a Vergio oppido Lacetanorum, de quo mox c. 22. hodie forte *Berga* in Catalonia et Vicaria Cerveræ: quanquam Mariana a Berga pago Oscæ urbi Aragonicæ finitimo, Bergistanos deducit: ubi forsan Bergidum Ptolemæi.

[y] *Mercede Turduli conducunt*] Ita scripti et editi veteres: Sigonius ex suo codice scripsit *Turdetani.* Et sane apparet eandem utramque gentem et Celtiberis vicinam fuisse. Sic ergo Turdetani, et Turduli, quos tanquam diversos postea distinxerunt Plin. et Ptol. ejusdem generis fuerint populi, quorum alii ab aliis orti, quemadmodum de Samnitibus et Sabinis observatum est. Steph. certe Turdetaniæ regionis incolas Turditanos et Turdulos, immo et ex Artemidoro Turtos vocat: et ipse Cato, in orat. de consulatu apud Charisium, Turtam dicit pro Turdetania. 'Itaque porro in Turtam proficiscor servatum illos.' Sed postquam in duas gentes divisa sunt hæc nomina: Bæticæ partem occidentalem sibi vindicarunt Turdetani, quorum ca-

consciscerent: ferox genus, nullam vitam rati sine armis esse. Quod ubi consuli renuntiatum est, senatores omnium civitatium ad se vocari jussit, atque iis, 'Non nostra,' inquit, 'magis, quam vestra, refert, vos non rebellare:[16] siquidem id majore Hispanorum malo, quam exercitus Romani labore, semper adhuc factum est. Id ut ne fiat, uno modo arbitror caveri posse, si effectum erit, ne possitis rebellare.[17] [z] Volo id quam mollissima via consequi. Vos quoque in ea re consilio me adjuvate. Nullum libentius sequar, quam quod vosmet ipsi attuleritis.' Tacentibus spatium se ad deliberandum dierum paucorum dare dixit. Cum revocati secundo quoque concilio tacuissent; uno die muris omnium dirutis, ad eos, qui nondum parebant, profectus, ut in quamque regionem venerat, omnes, qui circa incolebant, populos in deditionem accepit. Segesticam tantum,[a] gravem atque opulentam civitatem, vineis et pluteis cepit.

—16 Probat Sigon. lectionem veteris apud eum libri *non bellare*.—17 Τὸ *rebellare* ex interpretatione in textum importatum putat J. F. Gron.

NOTÆ

put Hispalis; orientalem fere Turduli, quorum princeps urbs Corduba.

[z] *Ne possitis rebellare*] Postremum hoc verbum non immerito Gronovius suspicatur non esse Livii, sed e margine irrepsisse hujus verbi iterationem.

[a] *Segesticam tantum*] Segestica insula est Pannoniæ, qua Colapis fluvius in Savum influit, juxta Sisciam, nunc *Sisaken*, in Croatia. *Segedam* forte legendum, quam Plinius nominat inter Bætim et Oceani oram, aitque cognominatam Augurinam. Nicolaus Sanso Turdulis attribuit, et in Cordubensi conventu locat inter Virgaonem ad occasum, et Ubedam ad ortum. Ambrosius Moralis hanc Segesticam eandem facit cum Segisa, a qua Segisenses vel Segienses populi conventus Cæsar-Augustani apud Plin. putatque ibi fuisse ubi nunc *Seges*, inter Soriam, quæ olim Numantia, et Uxamam. At Segisam ante laudatus Sanso procul inde in Bastitanis verisimilius ponit ad montem Argentarium, circa Castel-Segura. Sane ex tota auctoris narratione hanc ego urbem et trans Iberum, et procul a Bætica ac Turdetanis fuisse colligo: unde, quamvis forte *Segesticam* scripserit Livius, obversante ipsius menti bellorum sui temporis Pannonicorum memoria, tamen *Senticam* legi oportere facile inducor ut credam: quæ Vaccæorum urbs non ignobilis, Morali et Vasæo Zamora. Nicolao Sansoni est *Albade Tormes*, in regno Legionis, ejusque parte quam Terram Campestrem appellant.

18. Eo majorem habebat difficultatem in subigendis hostibus, quam qui primi venerunt[18] in Hispaniam, quod ad illos tædio imperii Carthaginiensium Hispani deficiebant; huic ex usurpata libertate[b] in servitutem velut asserendi erant: et ita mota omnia accepit, ut alii in armis essent, alii obsidione ad defectionem cogerentur; nec, nisi in tempore subventum foret, ultra sustentaturi[19] fuerint. Sed in consule ea vis animi atque ingenii fuit, ut omnia maxima minimaque per se adiret atque ageret; nec cogitaret modo imperaretque, quæ in rem essent, sed pleraque ipse per se transigeret;[c] nec in quenquam omnium gravius severiusque, quam in semet ipsum, imperium exerceret; parsimonia et vigiliis et labore cum ultimis militum certaret; nec quicquam in exercitu suo præcipui, præter honorem atque imperium, haberet.

19. Difficilius bellum in Turdetania prætori P. Manlio Celtiberi, mercede exciti ab hostibus,[d] sicut ante dictum est, faciebant. Itaque eo consul, arcessitus literis prætoris, legiones duxit. Ubi eo venit,[e] (castra separatim Celtiberi et Turdetani habebant,) cum Turdetanis extemplo levia prælia, incursantes in stationes eorum, Romani facere; semperque victores ex quamvis temere cœpto certamine abire. Ad Celtiberos in colloquium tribunos militum ire consul, atque iis trium conditionum electionem ferre, jubet. Primam, si transire ad Romanos velint, et duplex stipendium accipere, quam quantum a Turdetanis pepigissent: alteram, si domos abire, publica fide accepta,

18 *Venerant* Gron. Doujat. Crev.—19 Conj. Jac. Periz. *sustenturi.*

NOTÆ

[b] *Ex usurpata libertate*] Apud jurisconsultos *usurpare* est utendo retinere, et sic interrumpere possessionem alterius. Hic autem usurpandi verbum sumitur pro eo quod est uti, ut 'usurpare honorem,' 'usurpare civitatem,' id est, pro cive se gerere. Eo igitur sensu dixit Livius, *ex usurpata libertate*, id est, postquam pro liberis diu se gesserunt.

[c] *Per se transigeret*] Ipse nimirum perficeret sine alterius ope aut ministerio.

[d] *Ab hostibus*] Ab ipsis Turdetanis, qui Romanorum hostes.

[e] *Ubi eo venit*] In Turdetaniam.

nihil eam rem noxæ futuram, quod hostibus se Romanorum junxissent: tertiam, si utique bellum placeat, diem locumque constituant, ubi secum armis decernant. A Celtiberis dies ad consultandum petita.[t] Concilium immixtis Turdetanis habitum magno cum tumultu: eo minus decerni quicquam potuit. Cum incertum, bellum an pax cum Celtiberis esset,[20] commeatus tamen, haud secus quam in pace, ex agris castellisque hostium Romani portabant; dein sæpe munimenta eorum, velut communi pacto commercio privatis induciis, ingredientes.[u][1] Consul ubi hostes ad pugnam elicere nequit, primum prædatum sub signis aliquot expeditas cohortes in agrum integræ regionis[f] ducit; deinde audito, Seguntiæ Celtiberum[g] omnes sarcinas impedimentaque relicta, eo pergit ducere ad oppugnandum. Postquam nulla moventur re, persoluto stipendio, non suis modo, sed etiam prætoris militibus, relictoque

[t] *Tempus postulaverunt Celtiberi ad deliberandum.*

[u] *Primum quidem Romani ex hostico libere pabulabantur et frumentabantur: deinde intra Celtiberorum præsidia, quasi pactæ essent induciæ, sæpe ingrediebantur.*

20 In Mss. legitur *cum incerta bellum an pax c. C. essent* prob. Gron.—
1 'Quia oratio suspenditur per partic. *ingredientes*, idque nihil habet, quo referri debeat, pro *dein* vel *deinde* (quod in multis Mss. et in edd. vett. ante Frob. a. 1535. legitur) Sigon. non male conj. *perinde*, i. e. non minus sæpe, quam in pace.' *Drak.* 'Neque defectum hoc neque vitiosum, ut suspicantur

NOTÆ

[f] *In agrum integræ regionis*] In agrum scilicet hostilem, ea parte quæ adhuc intacta erat a populationibus.

[g] *Seguntiæ Celtiberum*] Seguntiam Celtiberum dixit Livius, distinctionis causa, quia plura fuerunt ejusdem nominis oppida in Hispania. Hæc Seguntia, vel Segontia, quam Celtiberis Noster ascribit, quia in eorum confinio sita, Plin. Arevacis (qui forte Celtiberorum pars) tribuit; eadem videtur cum ea quæ Ptolemæo Segortia lacta (duobus, ni fallor, nominibus in unum per librariorum errorem conjunctis) dicta. Arevacis etiam contribuitur, inter Uxamam et Numantiam posita; hodie *Siguenza* vocatur, estque episcopatus et academia in utriusque Castellæ veteris et novæ confinio circa fontes Henaris amnis. Altera Saguntia Ptolemæo et Plinio, alias Sarguntia, in Bætica fuit, Turdetanorum urbs: nunc pagus nomine *Gisgonza* ad Guadeleten amnem in Andalusia et regno Hispalensi. Est et tertia apud Ptolemæum in Vardulis Segontia Paramica, cui respondet *Segura*, vel, Sansonis judicio, *Segame* in Guipuscoa regione.

omni exercitu in castris prætoriis,[2] ipse cum septem cohortibus ad Iberum est regressus.

20. Ea tam exigua manu oppida aliquot cepit. Defecere ad eum Sedetani, Ausetani, Suessetani. Lacetanos, deviam et sylvestrem gentem, cum insita feritas continebat in armis, tum conscientia, dum consul exercitusque Turdulo bello est occupatus, depopulatorum subitis incursionibus sociorum.[h] Igitur ad oppidum eorum oppugnandum consul ducit non Romanas modo cohortes, sed juventutem etiam merito infensorum iis sociorum. Oppidum longum, in latitudinem haudquaquam tantundem patens, habebant. Quadringentos inde ferme passus constituit signa. Ibi delectarum cohortium stationem relinquens, præcepit eis, ne se ex eo loco ante moverent, quam ipse ad eos venisset. Ceteras copias ad ulteriorem partem urbis circumducit. Maximum ex omnibus auxiliis numerum Suessetanæ juventutis[i] habebat. Eos ad murum oppugnandum subire jubet. Quorum ubi arma signaque Lacetani cognovere; memores, quam sæpe in agro eorum impune persultassent, quoties ipsos signis collatis fudissent fugassentque, patefacta repente porta, universi in eos erumpunt. Vix clamorem eorum, nedum impetum, Suessetani tulere. Quod postquam, sicut futurum ratus erat, consul fieri etiam vidit; equo citato subter murum hostium ad cohortes advehitur, atque eas arreptas, effusis omnibus ad sequendos Suessetanos, qua silentium ac solitudo erat, in urbem inducit; priusque omnia cepit, quam se reciperent Lacetani. Mox ipsos, nihil præter arma habentes, in deditionem accepit.

21. Confestim inde victor ad Vergium castrum[k] ducit. Receptaculum id maxime prædonum erat, et inde incur-

Glar. et Sigon.' *J. F. Gron.*—2 *In castris prætorianis* edd. ante Sigon.

NOTÆ

[h] *Sociorum*] Populi Romani.

[i] *Suessetanæ juventutis*] Legendum puto *Vescitanæ*, cujus populi nomen servare videtur Arragoniæ montanæ oppidum *Viescas*, in diœcesi Jacetana, quæ Oscensi proxima.

[k] *Ad Vergium castrum*] Vergium, vel Bergium, videtur esse oppidum,

siones in agros pacatos provinciæ ejus fiebant. Transfugit inde ad consulem princeps Vergestanus,[3] et purgare se ac populares cœpit; ' non esse in manu ipsis rem publicam: prædones receptos totum suæ potestatis id castrum fecisse.' Consul eum domum redire, conficta aliqua probabili, cur abfuisset, causa, jussit. ' Cum se muros subisse cerneret, intentosque prædones ad tuenda mœnia esse; tum uti cum suæ factionis hominibus meminisset arcem occupare.' Id, uti præceperat, factum. Repente anceps terror, hinc muros ascendentibus Romanis, illinc arce capta, barbaros circumvasit. Hujus potitus loci consul eos, qui arcem tenuerant, liberos esse cum cognatis, suaque habere jussit: Vergestanos ceteros, quæstori, ut venderet, imperavit: de prædonibus supplicium sumsit. Pacata provincia, vectigalia magna instituit ex ferrariis argentariisque; quibus tum institutis, locupletior in dies provincia fuit. Ob has res gestas in Hispania supplicationem in triduum Patres decreverunt.

22. Eadem æstate alter consul L. Valerius Flaccus in Gallia cum Boiorum manu propter Litanam sylvam, signis collatis, secundo prælio conflixit. Octo millia Gallorum cæsa traduntur: ceteri, omisso bello, in vicos suos atque agros dilapsi. Consul reliquum æstatis circa Padum Placentiæ et Cremonæ exercitum habuit, restituitque, quæ in iis oppidis bello diruta fuerant. Cum hic status rerum in Italia Hispaniaque esset, T. Quintio, in Græcia ita hybernis actis, ut, exceptis Ætolis, quibus nec pro spe victoriæ præmia contigerant, nec diu quies placere poterat, universa Græcia, simul pacis libertatisque perfruens bonis, egregie statu suo gauderet, nec magis in bello virtutem Romani ducis, quam in victoria temperantiam justitiamque et moderationem miraretur, senatus consultum, quo bellum

3 *Vergistanus* edd. ante Sigon. *Vergitanus* mavult Sigon.

NOTÆ

quod nunc quoque *Berga* appellatur in Catalonia. Bergustanos hic habet Colbertinus, ubi alii Vergistanos: notus est literarum *b* et *v* promiscuus usus apud Hispanos.

adversus Nabin Lacedæmonium decretum erat, affertur. Quo lecto, Quintius, conventu Corinthum omnium sociarum civitatium legationibus in diem certam edicto, ubi frequentes[4] undique principes convenerunt, ita ut ne Ætoli quidem abessent, tali oratione est usus: 'Bellum adversus Philippum non magis communi animo consilioque Romani et Græci gesserunt, quam utrique suas causas belli[5] habuerunt. Nam et Romanorum amicitiam, nunc Carthaginienses hostes eorum juvando, nunc hic sociis nostris oppugnandis, violaverat; et in vos talis fuit, ut nobis, etiamsi nostrarum oblivisceremur injuriarum, vestræ injuriæ satis digna causa belli fuerint. Hodierna consultatio tota ex vobis pendet. Refero enim ad vos, utrum Argos, sicut scitis ipsi, ab Nabide occupatos,[l] pati velitis sub ditione ejus esse, an æquum censeatis, nobilissimam vetustissimamque civitatem, in media Græcia sitam, repeti in libertatem, et eodem statu, quo ceteras urbes Peloponnesi et Græciæ, esse. Hæc consultatio, ut videtis, tota de re pertinente ad vos est; Romanos nihil contingit, nisi quatenus liberatæ Græciæ, unius civitatis servitus, non plenam, nec integram gloriam esse sinit. Ceterum si vos nec cura ejus civitatis, nec exemplum, nec periculum movet, ne serpat latius contagio ejus mali; nos æqui bonique facimus.[m] De hac re vos consulo, staturus eo, quod plures consueritis.'

23. Post orationem Romani imperatoris percenseri aliorum sententiæ cœptæ sunt. Cum legatus Atheniensium, quantum poterat gratiis agendis, Romanorum in Græciam

4 *Quintius conventum . . . in diem certam edicit. Ad quam ubi frequentes, &c.* Kreyssig.—5 *Bellandi* malebat J. F. Gron.

NOTÆ

[l] *Argos .... ab Nabide occupatos*] Tradita ei fuerat a Philippo l. XXXII. c. 38.

[m] *Nos æqui bonique facimus*] Quod utplurimum dicitur æqui bonique consulere, Livius maluit, *æqui bonique facere;* id est, æquo animo accipere, vel ferre, pro bono et æquo habere. Sic Cic. VII. ad Attic. Epist. 7. 'tranquillissimus autem animus meus, qui totum illud æqui boni fecit.' Gallice dicimus, *prendre en bonne part.*

merita extulisset, 'imploratos auxilium adversus Philippum tulisse opem; non rogatos ultro adversus tyrannum Nabin offerre auxilium;' indignatusque esset,[6] 'hæc tanta merita sermonibus tamen aliquorum carpi, futura calumniantium, cum fateri potius præteritorum gratiam deberent;' apparebat incessi Ætolos. Igitur Alexander princeps gentis, invectus primum in Athenienses, libertatis quondam duces et auctores, assentationis propriæ gratia communem causam prodentes;[7] questus deinde, 'Achæos, Philippo quondam milites, postremum ab inclinata ejus fortuna transfugas, et Corinthum recepisse, et id agere, ut Argos habeant: Ætolos, primos hostes Philippi, semper socios Romanorum, pactos in fœdere suas urbes agrosque fore devicto Philippo, fraudari Echino[n] et Pharsalo;' insimulavit fraudis Romanos, 'quod, vano titulo libertatis ostentato, Chalcidem et Demetriadem præsidiis tenerent, qui Philippo, cunctanti deducere inde præsidia, objicere semper soliti sint,[8] nunquam, donec Demetrias Chalcisque et Corinthus tenerentur, liberam Græciam fore; postremo, quia[9] remanendi in Græcia retinendique exercitus Argos et Nabin causam facerent. Deportarent[10] legiones in Italiam. Æ-

6 '*Nabin offerre auxilium*] J. Fr. Gronovius, cui vox ultima additamentum sapere videtur, scribendum censet *imploratos auxilium adversus Philippum tulisse; opem non rogatos ultro adversum tyrannum Nabim offerre; indignatusque esset cett.* Fortasse, voce *opem* deleta, concinnior oratio exiret sic, *imploratos, auxilium adversus Philippum tulisse, non rogatos, ultro adversus tyrannum Nabin offerre auxilium.*' Doering.—7 In plurim. edd. vett. legitur *in Athenienses, qui libertatis quondam . . . proderent;* ut habet Doujat. *proderent* habent etiam Gron. Crev. Mox post *deinde* male, judice Doer. in quibusd. codd. et vett. edd. additur *est.*—8 Ita pro vulg. *sunt* recepit Rupert. ex Ms. Mead. 2. et emend. Perizoniorum. *Sunt* Gron. Doujat. Crev. Doer. c. Drak.—9 'Multi Mss. *qui;* probb. Periz. Gron. et Crev. Contra vel *quia* retinendum, vel ex ed. Frob. a. 1535. leg. *postremo* (sc. quod) *manendi cet.* putabat Drak. quod duplicis fraudis insimulentur Romani. Ita tamen τὸ *postremo* vix aptum.' *Rupert. Fore. Postremo, qui* Gron. Doujat. *Fore: postremo, qui* Crev.—10 *Facerent, deportarent* Gron. Doujat. Mox pro *conditionibus* habent quidam codd. et edd. ante Frob. a. 1535. *conditione,* prob. Gron.

NOTÆ

[n] *Echino*] Phthiotidis in Thessalia urbs maritima fuit Echinus, inter Larissam, Cremasten, et Phalaram, supra Maliacum sinum, cui oppositæ in Eubœa insula Athenæ Diades.

tolos polliceri, aut conditionibus et voluntate sua Nabin præsidium Argis deducturum, aut vi atque armis coacturos, in potestate consentientis Græciæ esse.'

24. Hæc[11] vaniloquentia primum Aristænum prætorem Achæorum excitavit. 'Ne istuc,' inquit, 'Jupiter optimus maximus sirit[12] Junoque regina, cujus in tutela Argi sunt, ut illa civitas inter tyrannum Lacedæmonium et latrones Ætolos præmium sit posita in eo discrimine, ut miserius a nobis[13] recipiatur, quam ab illo capta est. Mare interjectum ab istis prædonibus non tuetur nos, T. Quinti. Quid, si in media Peloponneso arcem sibi fecerint, futurum nobis est? Linguam tantum Græcorum habent, sicut speciem hominum.[x] Moribus ritibusque efferatioribus, quam ulli barbari, immanes belluæ vivunt.[14] Itaque vos rogamus, Romani, ut et ab Nabide Argos recuperetis, et ita res Græciæ constituatis, ut ab latrocinio quoque Ætolorum satis pacata hæc relinquatis.' Romanus, cunctis undique increpantibus Ætolos, 'responsurum se fuisse iis,' dixit, 'nisi ita infensos omnes in eos videret, ut sedandi potius, quam irritandi essent. Contentum itaque opinione ea, quæ de Romanis Ætolisque esset, referre se,' dixit, 'quid de Nabidis bello placeret, nisi redderet Achæis Argos?' Cum omnes bellum decressent; auxilia ut pro viribus suis quæque civitates mitterent, est hortatus. Ad Ætolos legatum etiam misit; magis ut nudaret animos, id quod evenit, quam spe impetrari posse.[y]

25. Tribunis militum, ut exercitum ab Elatia arcesserent, imperavit. Per eosdem dies et Antiochi legatis, de societate agentibus, respondit, 'Nihil se, absentibus decem le-

[x] *Sicut homines sunt specie tenus, duntaxat.*
[y] *Ut consilia Ætolorum detegeret, potius (ut et fecit) quam quod speraret fore ut quicquam auxilii ab eis obtineret.*



11 *Hac* Doer. Kreyssig. c. Drak. Gron. Doujat. Crev.—12 'Mss. *Syria*: legendum esse *sirit*, jam probavimus.' *J. F. Gron.*—13 *Vobis* Kreyssig.—14 Gelenii est *immo quam rapacissimæ belluæ, utuntur*; non pro ceteris meritis, judice Gron. *Quam ulli barbari, immo quam immanes belluæ, vivunt* Kreyssig.

gatis, sententiæ habere.[z] Romam eundum ad senatum iis esse.' Ipse copias adductas[15] ab Elatia ducere Argos pergit; atque ei circa Cleonas Aristænus prætor cum decem millibus Achæorum, equitibus mille, occurrit; et haud procul inde, junctis exercitibus, posuerunt castra. Postero die in campum Argivorum descenderunt, et quatuor ferme[16] millia ab Argis locum castris capiunt. Præfectus præsidio Laconum[a] erat Pythagoras, gener idem tyranni et uxoris ejus frater; qui sub adventum Romanorum et utrasque arces, (nam duas habent Argi,[n]) et loca alia, quæ aut opportuna aut suspecta erant, validis præsidiis firmavit. Sed inter agenda hæc pavorem injectum adventu Romanorum dissimulare haudquaquam poterat; et ad externum terrorem intestina etiam seditio accessit. Damocles[17] erat Argivus, adolescens majoris animi, quam consilii; qui primo, jure jurando interposito, de præsidio expellendo cum idoneis collocutus, dum vires adjicere conjurationi studet, incautior fidei æstimator fuit. Colloquentem eum cum suis satelles a præfecto missus cum arcesseret, sensit proditum consilium esse, hortatusque[18] conjuratos, qui aderant, ut potius, quam extorti morerentur,[b] arma secum caperent; atque ita cum paucis in forum ire pergit, clamitans, ut, qui salvam rem publicam vellent, auctorem et ducem se liber-

[z] *Non habere se copiam respondendi, et sententiam dicendi, quamdiu abessent legati decem a senatu decreti.*
[a] *Militibus Lacedæmoniorum qui in præsidio apud Argos.*
[b] *Morerentur inter tormenta.*

15 *Eductas* Gron. Doujat. Crev.—16 *Fere* eæd.—17 Al. *Democles.*—18 'Nisi leg. *hortaturque* ex Lov. 2. et 6. aut mox del. *atque ita.*' Drak.

NOTÆ

[n] *Duas habent Argi*] Modo Argos in numero singulari et neutro genere, modo in numero multitudinis et genere masculino Argi dicuntur: estque nomen ejus urbis, quæ post Spartam seu Lacedæmonem celeberrima in Peloponneso fuit; et ab Homero cognominatur Achaicum, et plerumque Hippium vel Hippoboton; id est, equestre seu equorum alumnum, ut distinguatur ab aliis Argis; ut a Pelasgico in Thessalia, Amphilochico in Epiro, Orestico in Macedoniæ et Epiri confinio. Sumitur aliquando Argos apud eundem poëtam pro regione, sive Thessalia, sive Græcia universa.

tatis sequerentur. Haud sane movit quenquam, quia nihil usquam spei propinquæ, nedum satis firmi præsidii, cernebant. Hæc vociferantem eum Lacedæmonii, circumventum cum suis, interfecerunt. Comprehensi deinde quidam et alii. Ex iis occisi plures, pauci in custodiam conjecti. Multi proxima nocte, funibus per murum demissi, ad Romanos transfugerunt.

26. Quintius, affirmantibus iis, si ad portas Romanus exercitus fuisset, non sine effectu futurum eum motum fuisse, et, si propius castra admoverentur, non quieturos Argivos, misit expeditos pedites equitesque, qui circa Cylarabin[o] (gymnasium id est minus trecentos passus ab urbe) cum erumpentibus a porta Lacedæmoniis prælium commiserunt, atque eos haud magno certamine compulerunt in urbem. Et castra eo ipso loco, ubi pugnatum erat, imperator Romanus posuit. Diem inde unum in speculis fuit,[c] si quid novi motus oriretur. Postquam oppressam metu civitatem vidit, advocat concilium [19] de oppugnandis Argis. Omnium principum Græciæ, præter Aristænum, eadem sententia erat, cum [20] causa belli non alia esset, inde potissimum ordiundi bellum.[p] Quintio id nequa-

[c] *Speculando expectavit.*

19 *Consilium*, et, paulo post, *dimisso consilio* Crev.—20 *Erat; cum* Gron. Doujat. Crev. c. Drak. Mox 'Si pro *ordiundi bellum*, quod ex codice Moguntino receptum est, cum Gelenio *ordiendum bellum* legeris, multo profecto planior et facilior redditur oratio. Plurimi codd. apud Drakenb. et vett. editt. constanter servant *ordiendi* (vel corrupte *ordinandi*) *belli*. Nec cuiquam displicere potest hæc vetusta lectio, modo, verbis *cum causa belli non alia esset*, in parenthesi positis, cetera ita inter se junxeris, *sententia belli inde potissimum* (Argis nempe oppugnandis) *ordiendi* (*cum non alia esset belli causa*, h. e. cum non ex alia causa nisi propter Argivos susceptum esset hoc bellum) *eadem erat omnium principum Græciæ, præter Aristænum*.' Doering. *Ordiendum* Gron. Doujat. Crev. quod Gron. in Not. improb. cuique Crev. præfert c.

NOTÆ

[o] *Circa Cylarabin*] An a Cylarabi aut Cyllabaro Stheneli filio Argivorum rege nomen acceperat hoc gymnasium sive locus exercitationis causa comparatus?

[p] *Inde potissimum ordiundi* [*ordiendum*] *bellum*] In manu exaratis scriptum fere est *ordiendi belli*, quod refertur ad superiora 'principum sententia erat ordiendi belli:' quo genere loquendi usus est sæpius Cicero, ut pro Sextio: 'superioris anni rei-

quam placebat, sed Aristænum, contra omnium consensum disserentem, cum haud dubia approbatione audivit. Et ipse adjecit, 'cum pro Argivis adversus tyrannum bellum susceptum sit, quid minus conveniens esse, quam omisso hoste Argos oppugnari? Se vero caput belli Lacedæmonem et tyrannum petiturum.' Et, dimisso concilio, frumentatum expeditas cohortes misit. Quod maturi erat circa, demessum et convectum est. Viride, ne hostes mox haberent, protritum et corruptum. Castra deinde movit, et, Parthenio superato monte,[q] præter Tegeam[r] tertio die ad Caryas[s] posuit castra. Ibi, priusquam hostium intraret agrum, sociorum auxilia expectavit. Venerunt Macedones a Philippo mille quingenti,[1] et Thessalorum equites quadringenti. Nec jam auxilia, quorum affatim erat, sed commeatus finitimis urbibus imperati morabantur Romanum. Navales quoque magnæ copiæ conveniebant. Jam ab Leucade L. Quintius quadraginta navibus venerat; jam Rhodiæ decem et octo tectæ naves, jam Eumenes rex circa Cycladas insulas erat cum decem tectis navibus, triginta lembis mixtisque aliis minoris formæ navigiis. Ipsorum quoque Lacedæmoniorum exules permulti, tyrannorum injuria pulsi, spe recuperandæ

Periz. *ordiendi belli.*—1 '*Macedones a P. mille quingenti* ex ed. Frob. a. 1535. sed in edd. primis extat *Macedones a P. duo millia et septingenti*, quo et multorum codd. vestigia nos ducunt, et quod forte mutatum, quia displicuit *Mace-*

NOTÆ

publicæ naufragium.' Et lib. x. ad Famil. Epist. III. 'maxima orbitate reipublicæ talium virorum.' Et apud Cæsar. I. de Bello Civ. 'potentium ostentatio sui.' Ita Velleius lib. I. cap. 4. 'ut mos est hominum parvula initia pertinaci studio persequendi.'

[q] *Parthenio superato monte*] Arcadiæ mons est Parthenius in Argolidis confinio, inter Argos et Tegeam: ita forte appellatus, quod virgines, quæ παρθένοι, sacra in eo facere solitæ.

[r] *Præter Tegeam*] Urbs Arcadiæ fuit Tegea ex novem pagis conflata, ubi sepultus Orestes. Tegæa Ptolemæo non procul Mantinea.

[s] *Ad Caryas*] Caryam Lyciæ oppidum invenio apud Ptolemæum: at hæ Caryæ in Laconia locantur a Sansone et Laurembergio: Livius tamen videtur in Arcadiæ finibus locasse; quandoquidem ibi Quintium Lacedæmoniis bellum inferentem, ait, castra ad Caryas habuisse, priusquam hostium intraret agrum. Sed non in ipso oppido, verum ad millia passuum aliquot castra habere potuit.

patriæ in castra Romana convenerant.[2] Multi autem erant, jam per aliquot ætates, ex quo tyranni tenebant Lacedæmonem,[t] alii ab aliis pulsi. Princeps erat exulum Agesipolis, cujus jure gentis regnum Lacedæmone erat, pulsus infans ab Lycurgo tyranno post mortem Cleomenis, qui primus tyrannus Lacedæmone fuit.

27. Cum terra marique tantum belli circumstaret tyrannum, et prope nulla spes esset vere suas hostiumque æstimanti vires,[3] non tamen omisit bellum; sed et a Creta mille delectos juventutis eorum excivit, cum mille jam haberet, et tria millia mercenariorum militum, decem millia popularium cum castellanis agrestibus in armis habuit, et fossa valloque urbem communivit: et, ne quid intestini motus oriretur, metu et acerbitate pœnarum tenebat[4] animos, quoniam, ut salvum vellent tyrannum, sperare non poterat. Cum suspectos quosdam civium haberet, eductis in campum omnibus copiis, (Dromon ipsi vocant,[5] [u]) positis armis, ad concionem vocari jussit Lacedæmonios, atque eorum concioni satellites armatos circumdedit; et pauca præfatus, 'cur sibi omnia timenti caventique ignoscendum

dones pro *Macedonum.*' Drak. *Mille et quingenti* Kreyssig.—2 *Convenerunt* Kreyssig.

3 *Esset vires suas hostiumque æstimanti, non, &c.* Gron. Doujat. Crev.—4 Jac. Periz. conj. *terrebat.*—5 'Vid. Pausan. III. 14. Reines. Var. Lect. II. 3. et Meurs. Att. Lect. I. 24. qui verba sic ordinare malebat, *eductis in campum (Dromon ipsi vocant) omnibus copiis.*' Rupert. Mox pro *jussit* habet

NOTÆ

[t] *Ex quo tyranni tenebant Lacedæmonem*] Extincto Cleomene primus Lacedæmone, coacta electione, tyrannidem regni titulo invasit Lycurgus Olympiade 140. circa annum Romæ conditæ 538. Hunc secuti Machanidas et Nabis, sublato Pelope puero, Lycurgi ultimi filio. Ab initio itaque tyrannidis vix viginti anni ad hunc L. Valerii et M. Catonis consulatum fluxerant. Non itaque plures ætates ex eo tempore numerandæ: siquidem ætas seu generatio triginta annis æstimari solet. Verum et Cleomenes ipse ante annos ferme quadraginta, etsi e regum sanguine, multa tyrannice patrarat; et ante illum ephori in Agidem regem ejusque familiam indigne ac plusquam tyrannice sævierant.

[u] *Dromon ipsi vocant*] *Dromos* proprie cursum significat: hic specialiter sumitur pro campo ubi juventus Spartana cursu, lucta, &c. exercebantur extra urbem, quemadmodum Romana in campo Martio.

in[6] tali tempore foret: et ipsorum referre, si quos suspectos status præsens rerum faceret, prohiberi potius, ne quid moliri possint, quam puniri molientes. Itaque quosdam se in custodia habiturum, donec ea, quæ instet, tempestas prætereat. Hostibus repulsis, (a quibus, si modo proditio intestina satis caveatur, minus periculi esse) extemplo eos emissurum.' Sub hæc citari nomina octoginta ferme principum juventutis jussit, atque eos, ut quisque ad nomen responderat, in custodiam tradidit: nocte insequenti omnes interfecti. Ilotarum[x] deinde quidam, (hi sunt jam inde antiquitus castellani, agreste genus,) transfugere voluisse insimulati, per omnes vicos sub verberibus acti necantur. Hoc terrore obstupuerant multitudinis animi ab omni conatu[y] novorum consiliorum.[7] Intra munitiones copias continebat, nec parem se ratus, si dimicare acie vellet, et urbem relinquere, tam suspensis et incertis omnium animis, metuens.

28. Quintius, satis jam omnibus paratis, profectus ab stativis, die altero ad Sellasiam[z] super Œnunta[8] fluvium

Kreyssig. *jubet.*—6 ' Præpositio *in* male in quibusdam codd. omittitur.' *Doering.*—7 ' Non opus est, ut cum Dukero legatur *obtorpuerant . . . animi . . . ad omnem conatum.* Præpositio *ab* sæpius pro contra, poni solet, ut in nota locutione ' defendere aliquem ab aliquo,' pro contra aliquem. Hæc scripseram, cum melius fortasse huic loco consuli posse succurreret hac distinctione: *Hoc terrore obstupuerant multitudinis animi. Ab omni conatu novorum consiliorum intra munitiones copias continebat.*' Doering. .

NOTÆ

[x] *Ilotarum*] Apud Spartanos Εἵλωτες appellabantur Laconiæ regionis incolæ rusticani qui servorum erant loco. Sub Heraclidarum adventum in societatem accepti fuerant: brevi post ab Agide rege coacti sunt Lacedæmoniis tributum pendere. Sed cum, reliquis obtemperantibus, rebellassent qui urbem Helos tenebant, perdomiti ac servituti addicti sunt, ut scribit Strabo, ea lege, ut ejusmodi servos neque libertate donare, neque extra fines vendere liceret. Eos aiunt primos Ilotas dictos fuisse; deinde ipsis adjunctos Messenios, postquam a Lacedæmoniis subacti sunt. Magnam illorum partem Cleomenes servituti exemerat. Et posterioribus temporibus octodecim oppida ab ejusmodi jugo liberavit Augustus: unde Eleutherolacones dicti.

[y] *Obstupuerant multitudinis animi ab omni conatu*] Ellipsis est. Vult enim eos adeo attonitos ac stupefactos fuisse, ut ab omni rerum novandarum cogitatione penitus abhorrerent.

[z] *Ad Sellasiam*] Mediterraneum Laconiæ oppidum fuit Sellasia, Cleomenis clade nobilitatum.

[a] *Cleomene Lacedæmoniorum*] Hic

pervenit; quo in loco Antigonus, Macedonum rex, cum Cleomene, Lacedæmoniorum tyranno,[a] signis collatis dimicasse dicebatur. Inde, cum audisset ascensum[9] difficilis et arctæ viæ esse,[b] brevi per montes circuitu præmissis, qui munirent viam, lato satis et patenti limite ad Eurotam amnem,[c] sub ipsis prope fluentem mœnibus, pervenit. Ubi castra metantes Romanos Quintiumque ipsum, cum equitibus atque expeditis[10] prægressum, auxiliares tyranni[d] adorti, in terrorem ac tumultum conjecerunt, nihil tale expectantes, quia nemo his obvius toto itinere fuerat, ac veluti pacato agro transierant. Aliquamdiu peditibus equites, equitibus pedites vocantibus, cum in se cuique minimum fiduciæ esset, trepidatum est. Tandem signa legionum supervenerunt, et, cum primi agminis cohortes inductæ in prælium essent, qui modo terrori fuerant, trepidantes in urbem compulsi sunt. Romani, cum tantum a muro recessissent, ut extra ictum teli essent, acie directa paulisper steterunt. Postquam nemo hostium contra exibat, redierunt in castra. Postero die Quintius prope flumen præter urbem sub ipsas Mene-

[d] *Cretenses, qui inter auxiliares Nabidis.*

8 *Die altero ad Sellas super Eurotam* edd. ante Sigon.—9 'Pro *ascensum* quidam Mss. *accessum;* alii, ut et Mogunt. *descensum:* unde *escensum* edidit Gron.' *Rupert.* Vid. Not. Delph. inf.—10 '*Atque expeditis* sc. peditibus, quod excidisse suspicabatur Dnk.' *Rupert.* Mox pro *auxiliares* plurimi codd.

NOTÆ

Cleomenes, tertius ejus nominis, et postremus Spartanorum rex ex Heraclidarum Eurysthenidarum stirpe, tyrannus vocatur, tum quod peregrina matre contra patrias leges natus esset, tum quod pleraque per vim administrasset, sublatis e medio ephoris. Victus ab Antigono Macedoniæ rege, in Ægyptum fugit, ubi tumultum excitare ausus in Ptolemæum Philopatora, ejus jussu interfectus est.

[b] *Ascensum difficilis et arctæ viæ esse*] Reg. cod. qui fuit Naudæi, habet, *accessum difficilem et arctas vias esse:* Colb. unus, *accessum difficilis et arctæ viæ esse.*

[c] *Ad Eurotam amnem*] A Stymphalo Arcadiæ monte, non procul Alphei fontibus ortus Eurotas, per Laconiam fluens, Spartam alluit, atque in sinum Laconicum exit. Hodie *Basilipotamo*, alio nomine dictus quondam Neris, unde adhuc accolis *Iris*, ut Niger testatur.

laii[11] montis radices[d] ducere copias instructas pergit. Primæ legionariæ cohortes ibant: levis armatura et equites agmen cogebant. Nabis intra murum instructos paratosque sub signis habebat mercenarios milites, (in quibus omnis fiducia erat,) ut ab tergo hostem aggrederetur. Postquam extremum agmen præteriit, tum ab oppido, eodem quo pridie eruperant[12] tumultu, pluribus simul locis erumpunt. Ap. Claudius agmen cogebat; qui, ad id, quod futurum erat, ne inopinatum accideret, præparatis suorum animis, signa extemplo convertit, totumque in hostem agmen circumegit. Itaque, velut rectæ acies concurrissent, justum aliquamdiu prælium fuit. Tandem Nabidis milites in fugam inclinarunt. Quæ minus infida[13] ac trepida fuisset, ni Achæi locorum prudentes institissent. Hi et cædem ingentem ediderunt, et dispersos passim fuga plerosque armis exuerunt. Quintius prope Amyclas[e] posuit castra, inde, cum perpopulatus omnia circumjecta urbi frequentis et amœni agri loca esset, nullo jam hostium porta[14] excedente, movit castra ad flumen Eurotam. Inde vallem Taygeto subjectam[f] agrosque ad mare pertinentes evastat.

29. Eodem fere[15] tempore L. Quintius maritimæ oræ

apud Drak. exhibent *auxilia*, quod præferendum putat Drak.—11 *Mænali* edd. ante Sigon. *Menali* quidam lib. vett. Glarean. *Taygetum* substituendum putat.—12 ‘ Videtur insititium *τὸ eruperant*.’ J. F. Gron.—13 ‘ Recte vox *infida* suspecta est Crevierio, qui pro ea malit *effusa*. Equidem malim *quæ minus impedita ac trepida fuisset*; h. e. quæ liberior et celeris fuisset ; nisi voces *infida ac*, quia in omnibus codd. apud Drakenb. exulant, delere præstet.’ *Doering*.—14 ‘ Multi Mss. et edd. ante Ald. *portam* [quod et Crev.] Mox repetitum *inde* non satis h. l. placet.’ *Rupert*.

15 Τὸ *fere* in nullo omnino cod. apud Drak. comparet, teste Doer.—

NOTÆ

[d] *Menelaii montis radices*] Arcadiæ mons, seu collis potius, est Menelaius ad Laconiæ limites : ad quem locus quoque vel regiuncula ejusdem nominis ex Polybio.

[e] *Prope Amyclas*] Ad lævam Eurotæ paulo infra Lacedæmonem fuit urbs Amyclæ, ad Taygeti montis radices, quapropter Taygeta quoque est appellata, et quondam Limnæ; Castoris et Pollucis natalibus clara : nunc *Vordona*, teste Nigro. Alia fuit in Auruncis Latii Novi populis urbs maritima eodem nomine, ad quam pertinet adagium, ‘ Amyclas silentium perdidit.’

[f] *Taygeto subjectam*] Laconiæ mons Taygetus, vel plurali numero Taygeta, supra Tænarum fuit, non longe a mari, vulgo *Maina*, et accolæ *Mainotæ*.

oppida, partim voluntate, partim metu aut vi, recepit. Certior deinde factus, Gythium oppidum[g] omnium maritimarum rerum Lacedæmoniis receptaculum esse, nec procul a mari castra Romana abesse, omnibus id copiis aggredi constituit. Erat eo tempore valida urbs et multitudine civium incolarumque et omni bellico apparatu instructa. In tempore Quintio, rem haud facilem aggredienti, rex Eumenes et classis Rhodiorum supervenerunt. Ingens multitudo navalium sociorum, e tribus contracta classibus, intra paucos dies omnia, quæ ad oppugnationem urbis terra marique munitæ facienda opera erant, effecit. Jam testudinibus admotis murus subruebatur; jam arietibus quatiebatur. Itaque una crebris ictibus eversa est turris, quodque circa muri erat, casu ejus prostratum; et Romani simul a portu,[16] unde aditus planior erat, ut distenderent ab apertiore loco hostes,[e] simul per patefactum ruina iter irrumpere conabantur. Nec multum abfuit, quin, qua intenderant, penetrarent. Sed tardavit impetum eorum spes objecta dedendæ urbis; mox deinde eadem turbata. Dexagoridas et Gorgopas pari imperio præerant urbi. Dexagoridas miserat ad legatum Romanum, traditurum se urbem;[17] et cum ad eam rem tempus et ratio convenisset, a Gorgopa proditor interficitur: intentiusque ab uno urbs defendebatur, et difficilior facta oppugnatio erat, ni T. Quintius cum quatuor millibus delectorum militum supervenisset. Is cum supercilio haud procul distantis tumuli[f] ab urbe instructam aciem ostendisset, et ex altera parte L. Quintius ab operibus suis terra marique instaret; tum vero[18] desperatio Gorgopam quoque coëgit id consilii, quod in altero

[e] *Ut obsessos distraherent a defendenda ruina qua aperti erant muri.*
[f] *In vertice collis vicini.*



16 *Porta* Gron. Doujat. Mox pro *distenderent* in pluribus codd. apud Drak. *discederent.*—17 *Traditurus urbem* Gron. Doujat. Crev. Vid. Not. Var.—

NOTÆ

[g] *Gythium oppidum*] Ad sinum Laconicum fuit Gythium, sive Gytheon, portus tutissimus et navale Lacedæmoniorum, ubi olim incensæ fuerant eorum naves a Tolmide Atheniensi duce: nunc *Palæopoli* Nigro.

morte vindicaverat, capere: et pactus, ut abducere inde milites, quos præsidii causa habebat, liceret, tradidit Quintio urbem. Priusquam Gythium traderetur, Pythagoras, præfectus Argis relictus,[19] tradita custodia urbis Timocrati Pellenensi, cum mille mercenariis militibus et duobus millibus Argivorum Lacedæmonem ad Nabin venit.

30. Nabis, sicut primo adventu Romanæ classis et traditione oppidorum maritimæ oræ conterritus erat, sic, parva spe cum acquievisset,[h] Gythio ab suis retento, postquam id quoque traditum Romanis audivit esse, cum ab terra, omnibus circa hostibus,[20][i] nihil spei esset, a mari quoque toto se interclusum, cedendum fortunæ ratus, caduceatorem primum in castra misit ad explorandum, si paterentur legatos ad se mitti. Qua impetrata re, Pythagoras ad imperatorem venit, nullis cum[1] aliis mandatis, quam ut tyranno colloqui cum imperatore liceret.[2] Consilio advocato, cum omnes dandum colloquium censuissent, dies locusque constituitur. In mediæ regionis tumulos, modicis copiis sequentibus, cum venissent, relictis ibi in statione conspecta utrimque cohortibus, Nabis cum delectis custodibus corporis, Quintius cum fratre et Eumene rege et Sosilao Rhodio et Aristæno Achæorum prætore tribunisque militum paucis descendit.

31. Ibi permisso, ut,[3] seu dicere prius, seu audire mallet,[g]

[g] *Cum Nabidi optio data esset, utrum mallet eligendi, ut vel ipse prior verba faceret, vel audiret loquentem Quintium.*

18 *Vera* edd. ante Gron.—19 *Relictis* Gron. Doujat. Crev.
20 Gron. conj. *hostium* vel *hostilibus*, illudque edidit, ut et Doujat. ‘Mox *interclusum* non habet, quo commode referatur, et forte leg. *atque ab terra . . . nihil spei esse, a mari quoque toto se interclusum* esse, sc. audivit; vel cum Drak. *audivit, et*, (vel, *audivit esse, et*) *cum ab terra . . . interclusum* sc. audivit; vel, *interclusum videret, cedendum cet.*’ Rupert.—1 Τὸ *cum* in pluribus codd. apud Drak. deest.—2 *Liceat* Gron. Doujat. Crev. *concilio* Gron. Doujat.
3 ‘Cum particula *ut*, quo referatur, non habeat, eam ut superfluam plane Dukerus et Crev. resecandam putarunt. Sed mihi librarii omisisse potius aliquid, quam intrusisse, videntur. An scripsit Livius? *Ibi permisso, ut, seu*


NOTÆ

[h] *Parva spe cum acquievisset*] Gall. *après s'être repû de quelque legère espérance, tandis que ses gens seroient encore maîtres de Gythion.*

[i] *Omnibus circa hostibus*] An cum omnes hostes circa urbem essent,

ita cœpit tyrannus: 'Si ipse per me, T. Quinti vosque, qui adestis, causam excogitare, cur mihi aut indixissetis bellum, aut inferretis, possem; tacitus eventum fortunæ meæ expectassem. Nunc imperare animo nequivi,[4] quin, priusquam perirem, cur periturus essem, scirem. Et, Hercule, si tales essetis, quales esse Carthaginienses fama est, apud quos nihil societatis fides sancti haberet; in me quoque vobis quid faceretis minus pensi esse, non mirarer. Nunc, cum vos intueor, Romanos esse video, qui rerum divinarum fœdera, humanarum fidem socialem sanctissimam habeatis. Cum me ipse respexi, eum esse spero, cui et[h] publice, sicut ceteris Lacedæmoniis, vobiscum vetustissimum fœdus sit: et meo nomine privatim amicitia ac societas, nuper Philippi bello renovata. At enim ego eam violavi et everti, quod Argivorum civitatem teneo. Quomodo hoc tuear?[k] re, an tempore? Res mihi duplicem defensionem præbet. Nam et, ipsis vocantibus ac tradentibus, urbem eam accepi, non occupavi; et accepi, cum Philippi partium, non in vestra societate esset. Tempus autem eo[5] me liberat, quod,[i] cum jam Argos haberem, societas mihi vobiscum convenit; et, ut vobis mitterem ad bellum auxilia, non ut Argis præsidium deducerem, pepigistis. At, Hercle,[6] in ea controversia, quæ de Argis est, superior sum et æquitate rei, quod non vestram urbem, sed hostium, quod volentem, non vi coactam, accepi; et vestra confessione, quod in conditionibus societatis mihi

[h] *Confido et censeo me illum esse qui, &c.*
[i] *At tempus quo Argos accepi, a violati fœderis criminatione idcirco me absolvit, quod, &c.*



dicere prius, seu audire mallet, eligeret, ita cœpit tyrannus.' Doering.—4 'In omnibus fere codd. legitur *nequeo*; sed sequens *esset* postulare videtur *nequivi*, quod jam in edit. Froben. anni 1531. exhibitum est.' *Doering.*—5 'Exulat *τὸ eo* in omnibus codd. apud Drakenb. nec id lector, si desit, facile desideret.'

NOTÆ

Romani, Achæi, Asiani cum Eumene, et Rhodii: an potius legendum *omnibus circa hostilibus*, ut Gronovio visum?

[k] *Quomodo hoc tuear*] Antiphrasis est, et ironica interrogatio. Vult enim eam rem facile a se defendi posse.

Argos reliquistis. Ceterum nomen tyranni[l] et facta me[7] premunt,[m] quod servos ad libertatem voco, quod in agros inopem plebem deduco. De nomine hoc respondere possum, me, qualiscumque sum, eundem esse, qui fui, cum tu ipse mecum, T. Quinti, societatem pepigisti. Tum me regem appellari a vobis memini: nunc tyrannum vocari video. Itaque si ego nomen imperii mutassem, mihi meæ inconstantiæ; cum vos mutetis, vobis vestræ reddenda ratio est. Quod ad multitudinem servis liberandis[8] auctam et egentibus divisum agrum attinet; possum quidem et in hoc me jure temporis tutari. Jam feceram hæc, qualiacumque sunt, cum societatem mecum pepigistis, et auxilia in bello adversus Philippum accepistis. Sed si nunc ea fecissem, non dico, quid in eo vos læsissem, aut vestram amicitiam violassem? sed illud, me more atque instituto majorum fecisse. Nolite ad vestras leges atque instituta exigere ea, quæ Lacedæmone fiunt. Nihil comparare singula necesse est.[9] Vos a censu equitem, a censu peditem legitis; et paucos excellere opibus, plebem subjectam esse illis, vultis. Noster legum lator[n] non in paucorum manu

Doering.—6 Conj. Rupert. *Ita, hercle.*—7 *Me* del. Gron. Doujat. Crev.—8 *Servis liberatis* edd. ante Gron. Mox *adversum Philippum* Gron. Doujat.

NOTÆ

[l] *Nomen tyranni*] Idem initio valuisse tyranni ac regis nomen cuivis notum; postea in odium vertit, et tyrannum a rege aliter Aristoteles, aliter Polybius distinguit. Ex Cornelii Nepotis sententia in Miltiade, ille proprie tyrannus est, qui in civitate libera imperium sibi per vim et contra leges arrogat.

[m] *Et facta me premunt*] *Premendi* verbum de reis sæpe dicitur, pro eo quod est urgere, obesse. Tacitus lib. III. Annalium: 'Non temperante Tiberio quin premeret (Silanum) voce, vultu,' &c. sic apud Plinium Secund. lib. II. Epist. 11. 'quem, ut premebat atrocitas criminis, ita peractæ damnationis miseratio tuebatur.'

[n] *Noster legum lator*] Lycurgus Eunomi filius, ex Proclidarum sive Eurypontidarum stirpe; (tritum enim duas fuisse Heraclidarum simul apud Spartanos regnantium familias.) Is Charilai fratris filii tutelam gerens, Laconibus leges sine scripto tulit. Inter alia instituta seu dictata, ad severitatem et militarem animi magnitudinem composita, duo inprimis sanxerat, agri totius æqualem inter omnes cives divisionem, et ne urbs mœnibus muniretur, sed civium animis atque pectoribus.

rem publicam esse voluit, quem vos senatum appellatis, nec excellere unum aut alterum ordinem in civitate; sed per æquationem fortunæ ac dignitatis[10] [o] fore credidit, ut multi essent, qui arma pro patria ferrent. Pluribus me peregisse,[11] quam pro patriæ sermone brevitatis,[12] [p] fateor. Et breviter peroratum esse potuit, nihil me, postquam vobiscum amicitiam institui, cur ejus vos pœniteret, commisisse.'

32. Ad hæc imperator Romanus: 'Amicitia et societas nobis nulla tecum,[q] sed cum Pelope,[13] [r] rege Lacedæmoniorum justo ac legitimo, facta est. Cujus jus tyranni quoque, qui postea per vim tenuerunt Lacedæmone imperium, (quia nos bella nunc Punica, nunc Gallica, nunc alia ex aliis occupaverant,) usurparant; sicut tu quoque hoc Macedonico bello fecisti. Nam quid minus conveniret, quam nos,[14] qui pro libertate Græciæ adversus Philippum gereremus bellum, cum tyranno instituere amicitiam? et tyranno quam, qui unquam, sævissimo et violentissimo in suos?[15] Nobis

Crev.—9 *Est* del. eæd.—10 Vid. Not. Delph. inf.—11 *Me ipse egisse* edd. ante Gron. et plurimi Mss. non minus recte, judice Rupert.—12 'Insolenter hoc dictum et forte leg. *quam pro patrii sermonis brevitate*, quod et Roëllio in mentem venisse video.' *Rupert.* *Pro patrio sermone* Kreyssig.

13 Vid. Not. Var.—14 *Quam eos* Crev. Drak. Doer. Kreyssig.—15 'Scita brevitas intellecto casu patrio *omnium*, pro vulg. *et cum tyranno quam sævissimo omnium, qui unquam fuerunt;* nisi pro *quam* legere malis *omnium.*' J. F. Gron. '*Quam qui unquam fuit, sævissimo* Ms. Mogunt. *sævissimo* pro *sæviore* dictum putat Voss. Forte Livius h. l. scripsit *et tyranno, quam qui unquam,* (sc. fuerunt) *sæviore et violentiore in suos*, et glossator margini ascripsit *sævissimo et violentissimo.*' Rupert. *Et tyranno, quam qui unquam, sævissimo* Dou-

NOTÆ

[o] *Sed per æquationem fortunæ ac dignitatis, &c.*] Regii duo et Colb. habent, *per æquationem fore ad dignitates credidit;* quod hunc sensum ferre potest, æqualitatem usui futuram, seu valituram, ad hoc, ut dignitates et munera publica melius administrarentur.

[p] *Quam pro patriæ sermone brevitatis*] Proverbio locum fecit Laconica brevitas. Non secundum hunc morem se locutum agnoscit Nabis.

[q] *Societas nobis nulla tecum*] Nabis tamen, post prius cum T. Quintio colloquium, sexcentos Cretenses Romanis miserat, auxilium adversus Philippum, et inducias cum Achæis fecerat; sed mota eo colloquio disceptatio de Argis sine exitu fuerat. Supra lib. XXXII. c. 39. et 40.

[r] *Sed cum Pelope*] De hoc Lycurgi tyranni filio puero, vide Polybium lib. IV. et Diodori Excerpta l. XXIII. apud Henr. Vales.

vero, etiamsi Argos nec cepisses per fraudem, nec teneres, liberantibus omnem Græciam, Lacedæmon quoque vindicanda in antiquam libertatem erat atque in leges suas, quarum modo, tanquam æmulus Lycurgi, mentionem fecisti. An, ut ab Jasso et Bargyliis præsidia Philippi deducantur, curæ erit nobis? Argos et Lacedæmonem, duas clarissimas urbes, lumina quondam Græciæ, sub pedibus tuis relinquemus; quæ titulum nobis liberatæ Græciæ [16] servientes deforment? At enim cum Philippo Argivi senserunt. Remittimus hoc tibi, ne nostram vicem irascaris. Satis compertum habemus, duorum aut summum trium in ea re, non civitatis, culpam esse; tam, Hercle, quam in te tuoque præsidio arcessendo accipiendoque in arcem nihil esse [17] publico consilio actum. Thessalos et Phocenses et Locrenses consensu omnium scimus partium Philippi fuisse. Tamen cum ceteram liberaverimus Græciam,[18] quid tandem censes in Argivis, qui insontes publici consilii sint, facturos? Servorum ad libertatem vocatorum et egentibus hominibus agri divisi crimina tibi objici dicebas. Non quidem nec ipsa mediocria: sed quid ista sunt præ iis, quæ a te tuisque quotidie alia super alia facinora eduntur? Exhibe liberam concionem vel Argis vel Lacedæmone, si audire juvat vera dominationis impotentissimæ crimina.[s] Ut omnia alia vetustiora omittam, quam cædem Argis Pythagoras iste gener tuus pæne in oculis meis edidit? quam tu ipse,[19] cum jam prope in finibus Lacedæmoniorum essem?

jat. Crev.—16 'In omnibus fere codd. et vett. editt. *libertatis Græciæ;* sed hoc, utcumque explicetur, durissime dictum. An scripsit Livius, *quæ titulum nobis libertatis Græciæ partæ servientes deforment?*' Doering. Mox pro *ne nostram* conj. Rupert. *ut nostram.*—17 *Sit* Gron. Doujat. Crev. 'Vox *sit* non desideraretur, si non adesset.' *Gruter.*—18 'Immo leg. *tamen cum eos cum cetera liberaverimus Græcia, quid cet.* vel *tamen* (eos) *cum cetera liberavimus* (ita plerique Mss. et edd. ante Ald. unde *liberarimus* conj. Gron.) *Græcia. Quid tandem cet.*' Crev. *Fuisse; tamen cum cetera liberavimus Græcia. Quid*

NOTÆ

[s] *Dominationis impotentissimæ crimina*] Nabidis crudelissima et indignissima in Lacedæmonios et Argivos facinora, præterquam quod ex parte referuntur lib. XXXI. c. 25. lib. XXXII. cap. 40. atque hujus libri cap. 27. describuntur a Polybio lib. XIII. et Plut. in T. Quintio.

Agedum, quos in concione comprehensos, omnibus audientibus civibus tuis, in custodia te habiturum esse pronuntiasti, jube vinctos produci, ut miseri parentes, quos falso lugent, vivere sciant. 'At enim,[20] ut jam ita sint hæc,[t] quid ad vos, Romani?' Hoc tu dicas liberantibus Græciam? hoc iis, qui, ut liberare possent, mare trajecerunt, terra marique gesserunt bellum? 'Vos tamen,' inquis, 'vestramque amicitiam ac societatem proprie non violavi.' Quoties vis te id arguam fecisse? Sed nolo pluribus: summam rem complectar. Quibus igitur rebus amicitia violatur? Nempe his maxime duabus,[1] si socios meos pro hostibus habeas; si cum hostibus te conjungas. Utrum non a te factum[u] est? nam et Messenen,[x] uno atque eodem jure fœderis, quo et Lacedæmonem,[y] in amicitiam nostram acceptam, socius ipse sociam nobis urbem vi atque armis cepisti; et cum Philippo, hoste nostro, non societatem solum, sed, si Diis placet, affinitatem etiam per Philoclem præfectum ejus pepigisti, et bellum[2] adversus nos gerens mare circa Maleam infestum navibus piraticis fecisti, et plures prope

tandem Kreyssig.—19 Conj. Rupert. *quam tu uxorque.*—20 *Etenim* Lov. 3. et 5. cum edd. vett. ante Ascens. *Enim* plerique Mss. prob. Gron. qui habet in ed. cum Doujat. Crev.—1 *Quibus igitur amicitia violatur? Nempe his duabus rebus maxime* Gron. Doujat. *Quibus igitur rebus amicitia violatur? Nempe his duabus maxime* Crev. Mox scripti omnes *utrumnam a te factum est.* Kreyssig. habet *Utrumque a te factum est.*—2 Duker. tentat *et ut bellum;* Gron. Doujat.

NOTÆ

[t] *At enim,* [*Enim,*] *ut jam ita sint hæc*] *Enim* pro etenim, seu enimvero. Hæc Quintius ait quasi Nabidis nomine, objicientis quæcumque in ipsum dicantur, etiamsi vera essent, nihil tamen ad Romanos pertinere: cui dicto statim respondet ipse Quintius.

[u] *Utrum non a te factum*] Sic legas ex scriptis; an cum editis, *utrumque a te factum,* eadem erit sententia.

[x] *Messenen*] Caput Messeniæ in Peloponneso, sinui suo imposita, ad ostium Balyræ; nunc *Mosseniga* Nardo, aliis *Petalidi,* vicus magis quam urbs.

[y] *Quo et Lacedæmonem*] A primo rege nomen accepit Lacedæmon; ut Sparta (vicina, mox juncta) ab ejus uxore, vel a Sparto filio Phoronei regis: non modo Peloponnesi clarissima, sed inter Græciæ urbes unis Athenis vix inferior fuit, seu magnitudinem spectes, seu rerum gestarum gloriam; ad Eurotam fluvium sita; sine muris, loco arcis Acropolin habuit in edito colle. Ejus loco successit *Misitra* in Tzaconia.

cives Romanos, quam Philippus, cepisti atque occidisti; tutiorque Macedoniæ ora, quam promontorium Maleæ commeatus ad exercitus nostros portantibus navibus fuit. Proinde parce, sis,[3] fidem ac jura societatis jactare; et, omissa populari oratione, tanquam tyrannus et hostis loquere.'

33. Sub hæc Aristænus nunc monere Nabin, nunc etiam orare, ut, dum liceret, dum occasio esset, sibi ac fortunis suis consuleret. Referre deinde nominatim tyrannos civitatium finitimarum cœpit, qui, deposito imperio restitutaque libertate suis, non tutam modo, sed etiam honoratam inter cives senectutem egissent. His dictis invicem auditisque, nox prope[4] diremit colloquium. Postero die Nabis, 'Argis se cedere ac deducere præsidium, quando ita Romanis placeret, et captivos et perfugas redditurum,' dixit. 'Aliud si quid postularent, scriptum ut ederent,' petiit, 'ut deliberare cum amicis posset.' Ita et tyranno ad consultandum tempus datum est; et Quintius, sociorum etiam principibus adhibitis, habuit consilium.[5] Maximæ partis sententia erat: 'Perseverandum in bello esse, et tollendum tyrannum. Nunquam aliter tutam libertatem Græciæ fore. Satius multo fuisse, non moveri bellum adversus eum, quam omitti motum. Et ipsum[6] velut comprobata dominatione firmiorem futurum, auctore injusti imperii assumto populo Romano; et extemplo multos in aliis civitatibus ad insidiandum libertati civium suorum incitaturum.' Ipsius imperatoris animus ad pacem inclinatior erat. Videbat enim, compulso intra mœnia hoste, nihil præter obsidionem restare; eam autem fore diuturnam. 'Non enim Gythium, quod ipsum tamen traditum, non expugnatum esset, sed Lacedæmonem, validissimam urbem viris armisque, oppugnaturos. Unam spem fuisse, si qua admoventibus exercitum dissensio inter ipsos ac seditio excitari posset. Cum signa portis prope inferri cernerent,

Crev. habent *adversum*.—3 *Parce sic fidem* edd. ante Gron. *Parcesis* Gron. Doujat. Crev.

4 Conj. Duk. *nox propinqua*. Ms. Harl. et quædam edd. vett. habent *quoque* pro *prope*.—5 *Concilium* Gron. Doujat.—6 ' Ante *et ipsum*, &c. supplen-

neminem se movisse.' Adjiciebat, 'et cum Antiocho infidam pacem, Villium legatum inde redeuntem nuntiare: multo majoribus, quam ante, terrestribus navalibusque copiis in Europam eum transisse. Si occupasset obsidio Lacedæmonis exercitum, quibus aliis copiis adversus regem tam validum ac potentem bellum gesturos?' Hæc propalam dicebat: illa tacita suberat[7] cura, ne novus consul Græciam provinciam sortiretur, et inchoati belli victoria successori tradenda esset.

34. Cum adversus tendendo nihil moveret socios, simulando se transire in eorum sententiam, omnes in assensum consilii sui traduxit. 'Bene vertat,' inquit, 'quando ita placet, obsideamus Lacedæmonem. Illud modo ne fallat ceterum,[8] cum res tam lenta, quam ipsi scitis, oppugnatio urbium sit, et obsidentibus prius sæpe, quam obsessis, tædium afferat, jam nunc hoc ita proponere vos animis oportet, hybernandum circa Lacedæmonis mœnia esse. Quæ mora si laborem tantum ac periculum haberet, ut et animis, et corporibus ad sustinenda ea parati essetis, hortarer vos. Nunc impensa quoque magna eget in opera, in machinationes et tormenta, quibus tanta urbs oppugnanda est; in commeatus vobis nobisque[9] in hyemem expediendos. Itaque, ne aut repente trepidetis, aut rem inchoatam turpiter destituatis,[k] scribendum ante vestris civitatibus censeo explorandumque, quid quæque animi, quid virium habeat. Auxiliorum satis superque habeo; sed, quo plures sumus, pluribus rebus egebimus. Nihil jam præter nudum solum ager hostium habet. Ad hoc hyems accedit, ad comportandum ex longinquo difficilis.' Hæc oratio primum animos omnium ad respicienda cuique domestica mala convertit; segnitiam, invidiam, et obtrectationem domi manentium ad-

[k] *Ne post susceptam obsidionem casu aliquo perculsi laboretis.*

dum *nam.*' Drak.—7 Malit Rupert. *subibat* vel *subiit.*
8 'In ordine verborum librr. vett. variant. Quidam exhibent, *Bene vertat, inquit, obsideamus Lacedæmonem, quando ita placet;* et statim *Ceterum, illud modo ne fallat cett.*' Doering. *Obsid. Laced., quand. ita placet* Gron. Doujat. Crev. et eæd. del. seqq. *illud modo ne fallat.*—9 *Nobis vobisque* Gron. Dou-

versus militantes, libertatem difficilem ad consensum,[1] inopiam publicam, malignitatem conferendi[z] ex privato. Versis itaque subito voluntatibus, facere,[10] quod e re publica populi Romani sociorumque esse crederet, imperatori permiserunt.

35. Inde Quintius, adhibitis legatis tantum tribunisque militum, conditiones, in quas cum tyranno pax fieret, has conscripsit: 'Sex mensium induciæ ut essent Nabidi Romanisque et Eumeni regi et Rhodiis. Legatos extemplo mitterent Romam T. Quintius et Nabis, ut pax ex[11] auctoritate senatus confirmaretur. Ex qua die scriptæ conditiones pacis editæ Nabidi forent, ea dies ut induciarum principium esset; et ut ex ea die intra decimum diem ab Argis ceterisque oppidis, quæ in Argivorum agris[12] essent, præsidia omnia deducerentur, vacuaque et libera traderentur Romanis; et[13] ne quod inde mancipium regium[a] publicumve aut privatum educeretur, et, si qua ante educta forent, dominis recte restituerentur.[b] Naves, quas civitatibus maritimis ademisset, redderet; neve ipse navem ullam, præter duos lembos, qui non plus quam sexdecim remis agerentur, haberet. Perfugas et[14] captivos omnibus sociis populi Romani civitatibus redderet, et Messeniis omnia, quæ comparerent, quæque domini cognoscerent. Exulibus quoque Lacedæmoniis liberos[15] et conjuges restitueret, quæ earum viros sequi voluissent; invita ne qua exulis

[1] *Quæ libertas unoquoque suæ sententiæ tenace, impedit ne homines inter se facile conveniant.*

jat. Crev.—10 *Faceret* Kreyssig.

11 'Τὸ *ex* delendum, et ex præc. *pax* ortum.' *Duk.* *et* (etiam) Lov. 3. 4.—12 'Ms. Thuan. et prima ed. *agro*. Neque id debuit mutari.' *Jac. Gron.* *Agro* Crev. Kreyssig.—13 *Et* del. Gron. Doujat. Crev. 'In cod. Mogunt. hic locus exhibetur sic: *ne quod inde mancipium . . . educeretur, sine dolo malo, si qua ante educta forent, et recte dominis restituerentur.*' Doering.—14 *Et* del. Gron. Doujat. Crev.—15 Ante *liberos* excidisse *bona* suspicabatur Crev.—

NOTÆ

[z] *Malignitatem conferendi*] *Malignitas* hic non tam pro malitia et perversitate dici videtur, quam pro nimia parsimonia et avaritia: ut apud Nostrum lib. v. 'malignitas prædæ partitæ,' hoc est, parce, nec satis liberaliter divisa præda.

[a] *Ne quod inde mancipium regium*]

comes esset. Mercenariorum militum Nabidis, qui aut in civitates suas, aut ad Romanos transissent,[16] iis res suæ omnes recte redderentur. In Creta insula ne quam urbem haberet; quas habuisset, redderet Romanis. Ne quam societatem cum ullo [17] Cretensium [c] aut quoquam alio [d] instituerit, neu bellum gereret. Civitatibus omnibus, quas ipse restituisset, quæque se suaque in fidem ac ditionem populi Romani tradidissent, omnia præsidia deduceret; seque ipse suosque ab his abstineret. Ne quod oppidum, ne quod castellum in suo alienove agro conderet. Obsides, ea ita futura, daret quinque, quos imperatori Romano placuisset; filium in his suum: et talenta centum argenti [e] in præsenti, et quinquaginta talenta in singulos annos per annos octo.'

36. Hæc conscripta, castris propius urbem motis, Lacedæmonem mittuntur. Nec sane quicquam eorum satis placebat tyranno, nisi quod, præter spem, reducendorum exulum mentio nulla facta erat. Maxime autem omnium ea res offendebat, quod et naves, et maritimæ civitates ademtæ erant.[f] Fuerat autem ei magno fructui mare, omnem oram Maleæ [18] prædatoriis navibus infestam habenti.

16 *Transiissent* Gron. Crev.—17 *Ulla* Gron. Doujat.
18 *A Malea* Gron. Doujat. Crev.

NOTÆ

Indicari videntur mancipia sive servi per quos exercebantur agri publici: alioqui non video cur mancipia sua ex Argolide dimissa educere Nabis vetaretur: nisi forte eos servos publicos privatosque Argivorum Nabis sibi vindicaverat.

[b] *Dominis recte restituerentur*] Formula est a jurisconsultis usurpari solita, cum quid sine fraude et sine vitio reddi, restituive domino, aut dari fierive alter stipulatur, alter promittit: ita ut *recte* idem sit ac bona fide, suo loco, et congruo tempore.

[c] *Cum ullo* [*ulla*] *Cretensium*] Repete urbe, ex superioribus.

[d] *Aut quoquam alio*] *Alio* dixit pro alibi, et *quoquam alio* pro ullo alio in loco: ut significet non tantum societates aut fœdera cum civitatibus Cretensium Nabidi prohiberi; sed etiam cum aliis civitatibus extra eam insulam.

[e] *Talenta centum argenti*] Gallice, 240000. libras.

[f] *Et maritimæ civitates ademtæ erant*] Laconiæ civitatum Nabidi ademtarum nulla in fœderis legibus mentio: intellige quas Nabis in Creta habebat; aut etiam quas per oram sitas

Juventutem præterea civitatium earum ad supplementum longe optimi generis militum habebat. Has conditiones, quanquam ipse in secreto volutaverat cum amicis, vulgo tamen omnes fama ferebant, vanis, ut ad ceteram fidem, sic ad secreta tegenda, satellitum regiorum ingeniis. Non tam omnia universi, quam ea, quæ ad quemque pertinerent, singuli carpebant. Qui exulum conjuges in matrimonio habebant, aut ex bonis eorum aliquid possederant, tanquam amissuri, non reddituri,[m] indignabantur. Servis liberatis a tyranno non irrita modo futura libertas, sed multo fœdior, quam fuisset ante, servitus redeuntibus in iratorum dominorum potestatem ante oculos obversabatur. Mercenarii milites et pretia militiæ casura in pace ægre ferebant, et reditum sibi nullum esse in civitates videbant, infensas non tyrannis magis, quam satellitibus eorum.

37. Hæc inter se primo in circulis serentes fremere: deinde ad arma subito discurrerunt. Quo tumultu cum per se satis irritatam multitudinem cerneret tyrannus, concionem advocari jussit. Ubi[19] cum ea, quæ imperarentur a Romanis, exposuisset, et graviora atque indigniora quædam falso affinxisset,[20] et ad singula, nunc ab universis, nunc a partibus concionis, acclamaretur, interrogavit, 'Quid se respondere ad ea, aut quid facere vellent?' Prope una voce omnes, 'Nihil respondere, bellum geri,' jusserunt, et pro se quisque, qualia multitudo solet, bonum animum habere, et bene sperare jubentes, 'fortes fortunam adjuvare,' aiebant. His vocibus incitatus tyrannus et Antiochum Ætolosque adjuturos pronuntiat, et sibi ad obsi-

[m] *Quasi ageretur, non de restituendis rebus alienis, quas dominis ademerant: sed de amittendis propriis, quas semper habuissent.*

19 *Ibi* Gron. Doujat. Crev. Mox *ab Roman.* eæd.—20 'Τὸ *falso* mihi superfluum videtur; *falsa* enim esse, quæ fingendo adduntur, sponte apparet. Si vox *falso* profecta est a Livio, pro *affinxisset*, legendum videtur *adjunxisset*,

NOTÆ

navibus circa Maleam promontorium dispositis deprædari solitus erat, ideoque pro suis habebat.

dionem sustinendam copiarum affatim esse. Exciderat pacis mentio ex omnium animis, et in stationes non ultra quieturi discurrunt. Paucorum lacessentium excursio et emissa jacula extemplo et[1] Romanis dubitationem, quin bellandum esset, exemerunt. Levia inde prælia per quatriduum primum sine ullo satis certo eventu commissa. Quinto die prope justa pugna adeo paventes in oppidum Lacedæmonii compulsi sunt, ut quidam milites Romani, terga fugientium cædentes, per intermissa, ut tunc erant, mœnia urbem intrarint.

38. Et tunc quidem Quintius, satis eo terrore coërcitis excursionibus hostium, nihil præter ipsius oppugnationem urbis superesse ratus, missis, qui omnes navales socios a Gythio arcesserent, ipse interim cum tribunis militum ad visendum urbis situm mœnia circumvehitur. Fuerat quondam sine muro Sparta.[g] Tyranni nuper locis patentibus planisque objecerant murum: altiora loca et difficiliora aditu stationibus armatorum pro munimento objectis tutabantur. Ubi satis omnia inspexit, corona oppugnandum[2] ratus, omnibus copiis (erant autem Romanorum sociorumque, simul peditum equitumque, simul terrestrium ac navalium copiarum, ad quinquaginta millia hominum) urbem cinxit. Alii scalas, alii ignem, alii alia, quibus non oppugnarent modo, sed etiam terrerent, portabant. Jussi clamore sublato subire undique omnes, ut, qua primum occurrerent, quave opem ferrent, ad omnia simul paventes Lacedæmonii ignorarent. Quod roboris in exercitu erat, trifariam divisum. Parte una a Phœbeo,[3] [h] altera a Dictynneo,[i] tertia

quod vere jam est in quibusdam codd. et vett. editt.' *Doering.*—1 *Et* del. Gron. Doujat. Crev.

2 *Oppugnandam* Gron. Doujat. Crev. Mox *terrestriumque ac* eæd.—3 Le-

NOTÆ

[g] *Fuerat quondam sine muro Sparta*] Censebat Lycurgus nequaquam sine mœnibus esse civitatem, quæ viris fortibus muniretur: atque in eandem sententiam Agesilaus armatos cives ostendens: 'hæc sunt,' aiebat, 'Spartæ mœnia.'

[h] *Parte una a Phœbeo*] Meursius in Lectionibus Atticis restituit *ab Ephebœo*, cujus Pausanias meminit. Erat

ab eo loco, quem Heptagonias[k] appellant (omnia autem hæc aperta sine muro loca sunt) aggredi jubet. Cum tantus undique terror urbem[4] circumvasisset; primo tyrannus et ad clamores repentinos, et ad nuntios trepidos motus, ut quisque maxime laboraret locus, aut ipse occurrebat, aut aliquos mittebat. Deinde, circumfuso undique pavore, ita obtorpuit, ut nec dicere, quod in rem esset, nec audire posset; nec inops modo consilii, sed vix mentis compos esset.

39. Romanos primo sustinebant in angustiis Lacedæmonii; ternæque acies tempore uno locis diversis pugnabant. Deinde, crescente certamine, nequaquam erat prælium par. Missilibus enim Lacedæmonii pugnabant, a quibus se et magnitudine scuti perfacile Romanus tuebatur miles, et quod alii vani, alii leves admodum ictus erant. Nam propter angustias loci confertamque turbam non modo ad emittenda cum procursu, quo plurimum concitantur tela, spatium habebant; sed ne ut de gradu quidem libero ac stabili conarentur. Itaque ex adverso missa tela, nulla in corporibus, rara in scutis hærebant. A circumstantibus ex superioribus locis quidam vulnerati sunt: mox progressos jam etiam ex tectis non tela modo, sed tegulæ quoque, inopinantes perculerunt. Sublatis deinde supra capita scutis continuatisque ita inter se, ut non modo ad cæcos ictus,[n]

[n] *Ad vulnera in incertum libratis e longinquo missilibus inferenda.*

gendum putat Rupert. *Phœbæo*, aut potius *ab Ephebeo*.—4 *Urbem* del. Gron. Doujat. ut ultima ed. Gruteri caret.

NOTÆ

autem Ephebœum locus, ni fallor, ubi juventus exercebatur: Phœbeum locus Phœbo Apollini dicatus.

[l] *Dictynneo*] Dictynneum templum erat Dianæ cognomento Dictynnæ dicatum in Tityro monte Cretæ, ex Strabone. Cujus exemplo ejusdem nominis templum habuere Spartani. Dictynnæ autem nomine dicta est Diana a retibus, quæ Græce δίκτυα, sive quod piscatione delectaretur, non secus ac venatione; sive quod Diana, vel potius Britomartys, eximiæ pulchritudinis puella, Dianæ cara, cum Minois vim fugiens in mare desiliisset, incidit in retia, et sic servata est.

[k] *Quem Heptagonias*] A septem angulis inditum huic loco nomen, res ipsa loquitur.

sed ne ad inferendum[5] quidem ex propinquo telum loci quicquam esset, testudine facta subibant. Et primæ[6] angustiæ paulisper, sua hostiumque refertæ turba, tenuerunt: postquam in patentiorem viam urbis paulatim urgentes hostem[7] processere, non ultra vis eorum atque impetus sustineri poterant. Cum terga vertissent Lacedæmonii, et effusa fuga superiora peterent loca; Nabis quidem, ut capta urbe trepidans, quanam[8] ipse evaderet, circumspectabat. Pythagoras cum ad cetera animo officioque ducis fungebatur, tum vero unus, ne caperetur urbs, causa fuit. Succendi enim ædificia proxima muro jussit. Quæ cum momento temporis arsissent, ut adjuvantibus ignem, qui alias ad extinguendum opem ferre solent, ruere in Romanos tecta; nec tegularum modo fragmenta, sed etiam ambusta tigna, ad armatos pervenire, et flamma late fundi; fumus terrorem etiam majorem, quam periculum, facere. Itaque et qui extra urbem erant Romanorum, tum maxime impetus facientes, recessere a muro; et, qui jam intraverant, ne incendio ab tergo[9] oriente intercluderentur ab suis, receperunt sese. Et Quintius, postquam, quid rei esset, vidit, receptui canere jussit. Ita jam a capta prope urbe revocati redierunt in castra.

40. Quintius plus ex timore hostium, quam ex re ipsa, spei nactus, per triduum insequens territavit eos, nunc præliis lacessendo, nunc operibus intersepiendo quædam,[10] ne exitus ad fugam esset. His comminationibus compulsus tyrannus Pythagoram rursus oratorem misit, quem Quintius primo aspernatum[11] excedere castris jussit. Deinde suppliciter orantem advolutumque genibus tandem audivit. Prima oratio fuit omnia permittentis arbitrio Romanorum: dein,[12] cum ea velut vana et sine effectu nihil proficerent,

5 *Ad inserendum* quidam Mss. et edd. vett. non improb. Drak.—6 *Primo* Gron. Doujat. Crev.—7 'Pro *hostem*, quæ est lectio codicis Moguntini, plurimi codd. apud Drakenb. offerunt *hostes*.' Doering.—8 'Usus loquendi mihi postulare videtur *quonam*.' Doering.—9 *A tergo* Gron. Doujat. Crev.

10 'Barber. et Petav. *intersepiendoque quædam*, quod considerandum.' *J. F. Gron.*—11 *Aspernatus* Gron. Doujat. Crev.—12 *Deinde* eæd. Mox *proficeret* malit Gron.

eo deducta res est, ut his conditionibus, quæ ex scripto paucis ante diebus editæ erant, induciæ fierent; pecuniaque et obsides accepti. Dum oppugnatur tyrannus, Argivi, nuntiis aliis prope super alios afferentibus, tantum non jam captam Lacedæmonem esse,[o] erecti et ipsi, simul eo quod Pythagoras cum parte validissima præsidii excesserat, contemta paucitate eorum, qui in arce erant, duce Archippo quodam, præsidium expulerunt. Timocratem Pellenensem, quia clementer præfuerat, vivum fide data emiserunt. Huic lætitiæ [l] Quintius supervenit, pace data tyranno, dimissisque ab Lacedæmone Eumene et Rhodiis et L. Quintio fratre ad classem.

41. Læta civitas celeberrimum festorum dierum ac nobile ludicrum Nemeorum, die stata, propter belli mala prætermissum, in adventum Romani exercitus ducisque indixerunt, præfeceruntque ludis ipsum imperatorem.[m] Multa erant, quæ gaudium cumularent. Reducti cives ab Lacedæmone erant, quos nuper Pythagoras, quosque ante Nabis abduxerant: redierant, qui post compertam a Pythagora conjurationem, et cæde jam cœpta, effugerant: libertatem ex longo intervallo libertatisque auctores Romanos, quibus causa bellandi cum tyranno ipsi [n] fuissent, cernebant. Testata quoque ipso Nemeorum die voce præconis libertas est Argivorum. Achæis quantum restituti Argi in commune [13] Achaiæ concilium lætitiæ afferebant; tantum serva Lacedæmon relicta, lateri adhærens tyranni, non sincerum gaudium præbebat.[14] Ætoli vero eam rem omnibus conciliis

[o] *Parum abesse quin capta esset Lacedæmon.*

13 'In plurim. librr. vett. legitur *et in commune;* sed recte copula *et* jam a Periz. deleta est.' *Doering.*—14 *Relicta, et lateri adhærens tyrannus, non sincerum gaudium præbebant* Gron. Doujat. Crev. Kreyssig. 'Pro *tyranni* tentabat Gelenius *tyrannus,* et Jac. Gron. *tyrannis;* h. e. dominatio tyrannica;

NOTÆ

[l] *Huic lætitiæ*] Argivorum qui jam liberati.

[m] *Præfeceruntque ludis ipsum imperatorem*] Agonothetam scilicet Quintium instituerunt.

[n] *Ipsi*] Argivi.

lacerare. 'Cum Philippo non ante desitum bellari, quam omnibus excederet Græciæ urbibus. Tyranno relictam Lacedæmonem; regem autem legitimum,[o] qui in Romanis fuerat[15] castris, ceterosque nobilissimos cives in exilio victuros. Nabidis dominantis satellitem factum populum Romanum.'[16][p] Quintius ab Argis Elatiam, unde ad bellum Spartanum profectus erat, copias reduxit. Sunt, qui non ex oppido proficiscentem[17][q] bellum gessisse tyrannum tradant, sed castris adversus Romana castra positis. Diuque cunctatum, cum Ætolorum auxilia expectasset, coactum ad extremum acie confligere, impetu in pabulatores suos ab Romanis facto; eo prælio victum castrisque exutum pacem petisse, cum cecidissent quindecim millia militum, capta plus quatuor millia essent.

42. Eodem fere tempore et a T. Quintio de rebus ad La-

quæ posterior lectio vim orationi addere videbatur Crevierio.' *Doering.*—15 Cum J. F. Gron. Rupert. et Doer. legendum videtur *fuerit;* quod habet Kreyssig.—16 'Ex emend. Gelen. nunc legitur *populum Rom.* in edd. primis *tribunum militum.* Non placebat Gron. *satelles populus;* et *imperatorem Romanum* malebat. *T.* aut *Titum Romuleum* omnes fere Mss. unde Ruben. conj. *Titum* vel *Titum Romanum.*' Rupert. 'Mihi vero in corrupta lectione *tribunum militum* latere potius videtur *Romanum militem;* quod, si literas spectas, multo verisimilius, quam *populum Romanum,* depravationi ansam præbere potuit.' *Doering.*—17 'Tò *proficiscentem,* quod superfluum plane et minime rei accommodatum est, delendum arbitror.' *Doering.*

NOTÆ

[o] *Regem autem legitimum*] Quis hic fuerit legitimus rex Lacedæmoniorum, qui in Romanis castris fuerat, discimus ex c. 26. sub finem. Nempe Agesipolis erat, pulsus infans ab Lycurgo tyranno, post mortem Cleomenis.

[p] *Nabidis dominantis satellitem factum populum Romanum*] Scripti habent *Titum Romuleum,* aut *Titus Romuleus:* in editis vulgo scriptum erat, *tribunum militum.* Gelenius *populum Romanum* pro eo subjecit. Mihi placet Rubenii emendatio legentis *Titum Romanum;* tum quod minus distet ab exaratis manu codicibus; tum quod Quintius solo fere pronomine Titus a Græcis appellabatur, ut constat ex Polybio et Plutarcho.

[q] *Sunt, qui non ex oppido proficiscentem*] Glar. hic deesse aliquid suspicabatur, quod dubitaret qui fieri posset, ut Nabis castra sua poneret adversus castra Romanorum, si ex urbe sua non fuerat profectus. Sigonius nihil vitii continere hunc locum ostendit; sed aliam de loco pugnæ Nabidis cum Romanis auctorum sententiam a Livio proferri, nimirum ex castris ante urbem positis contra castra Romanorum exiisse eum ad pugnandum.

cedæmonem gestis, et ab M. Porcio consule ex Hispania literæ allatæ. Utriusque nomine in dies ternos[18] supplicatio a senatu decreta est. L. Valerius consul, cum post fusos circa Litanam sylvam Boios quietam provinciam habuisset, comitiorum causa Romam rediit; et creavit consules P. Cornelium Scipionem Africanum iterum et Ti. Sempronium[19] Longum.* Horum patres primo anno secundi Punici belli consules fuerant. Prætoria inde comitia habita. Creati P. Cornelius Scipio et duo Cn. Cornelii, Merenda et Blasio, et Cn. Domitius Ahenobarbus[20] et Sex. Digitius et T. Juventius Thalna. Comitiis perfectis, consul in provinciam rediit. Novum jus[1] eo anno a Ferentinatibus tentatum, ut Latini, qui in coloniam Romanam nomina dedissent, cives Romani essent.[r] Puteolos Salernumque[s] et Buxentum[t] ascripti coloni, qui nomina dederant, cum ob id se pro civibus Romanis ferrent, senatus judicavit, non esse eos cives Romanos.[u]

18 *Ternos in dies* Gron. Doujat. Crev.—19 *T. Semp.* edd. ante Sigon.—20 *Ænobarbus* Gron. Doujat. Mox *Talna* edd. ante Sigon. vet. lib. apud eum *Alna*.—1 *In* olim inserebatur.

NOTÆ

* A. U. C. 559.

[r] *Cives Romani essent*] Hoc tentatum a Ferentinatibus, non igitur impetratum. Et sane eo pacto paulatim civitas Romana ad Latinos propagata esset, quod nolebat senatus populusque Romanus. Habuerunt igitur jus tantum Latii, nec utebantur jure privato Romanorum: sed suffragiorum potestatem habebant permittente Romano magistratu; et qui eorum in civitate sua magistratum gessissent, fiebant cives Romani. Vide Sigonium lib. II. de antiquo jure Italiæ c. 3.

[s] *Salernumque*] In Picentinis qui Campaniæ Felicis velut lacinia, Salernum sinui Pæstano imminet, qui hodie ab ea civitate *Salernitanus.* Caput est principatus citerioris in regno Neapolitano; portu, archiepiscopatu, et academia nobile; nomenque adhuc retinet, vulgo *Salerno.*

[t] *Et Buxentum*] Fuit Buxentum in Lucania, quæ nunc *Basilicata,* a buxo, cujus copia ibi nascitur, desumto nomine; Straboni Pyxus; ad Laum sinum. Portum habuit, et vicinum promontorium, quod nunc vulgo *Capo Lanfresco* apud Holstenium. Urbs hodie aliis *Pisciota,* Cluverio *Policastro,* ducatus in principatu citeriori.

[u] *Non esse eos cives Romanos*] Cum hæ coloniæ essent civium Romanorum, quid obest quominus in eas ascripti, cives Romani haberentur? Id, opinor, ita accipiendum, ut plenum non haberent jus civitatis: nam in colonias deducti, quamvis jure Quiritium uterentur in rebus privatis; non tamen publico jure civium Romanorum fruebantur.

43. Principio anni, quo P. Scipio Africanus iterum et Ti. Sempronius Longus consules fuerunt, legati Nabidis tyranni Romam venerunt. Iis [2] extra urbem in æde Apollinis senatus datus est. Pax, quæ cum T. Quintio convenisset, ut rata esset, petierunt impetraveruntque. De provinciis cum relatum esset, senatus frequens in eam sententiam ibat, ut, quoniam in Hispania et Macedonia debellatum foret, consulibus ambobus Italia provincia esset. Scipio, 'satis esse Italiæ unum consulem,' censebat; 'alteri decernendam Macedoniam esse. Bellum grave ab Antiocho imminere, jam ipsum sua sponte in Europam transgressum. Quid deinde facturum censerent, cum hinc Ætoli haud dubie [3] hostes vocarent ad bellum, illinc Hannibal, Romanis cladibus insignis imperator, stimularet?' Dum de provinciis consulum disceptatur, prætores sortiti sunt. Cn. Domitio urbana juris dictio, T. Juventio peregrina evenit; P. Cornelio Hispania ulterior,[x] Sex. Digitio citerior; duobus Cn. Corneliis,[y] Blasioni Sicilia, Merendæ Sardinia. In Macedoniam novum exercitum transportari non placuit: eum, qui esset ibi, reduci in Italiam a Quintio ac dimitti: item eum exercitum dimitti, qui cum M. Porcio Catone in Hispania esset. Consulibus ambobus Italiam provinciam esse, et duas urbanas eos [4] legiones scribere; ut, dimissis, quos senatus censuisset, exercitibus, octo omnino Romanæ legiones essent.

44. Ver sacrum factum erat priore anno, M. Porcio et L. Valerio consulibus. Id cum P. Licinius pontifex non esse recte factum collegio primum, deinde ex auctoritate collegii Patribus renuntiasset, de integro faciendum arbi-

2 *Venerunt duo. His* Gron. Doujat. Crev.—3 ' J. F. Gron. tentat *haud dubii*, probante et multa (sed haud ad rem facientia) exempla proferente Drakenborchio.' *Doering.*—4 *Eo* Gron. Doujat. Crev.

NOTÆ

[x] *P. Cornelio Hispania ulterior*] Hic Cornelius ab Africano diversus est, vel Cneii filius, vel Nasica: quod discriminis causa addendum fuisse censet non male Glar.

[y] *Duobus Cn. Corneliis*] Clarius, Cn. Cornelio Blasioni, Sicilia; Cn. Cornelio Merendæ, Sardinia.

tratu pontificum censuerunt, ludosque magnos, qui una voti essent,[5] tanta pecunia, quanta assoleret, faciendos. Ver sacrum videri pecus, quod natum esset inter Kalendas Martias et pridie Kalendas Maias, P. Cornelio Scipione et Ti. Sempronio Longo consulibus. Censorum inde comitia habita sunt. Creati censores Sex. Ælius Pætus et C. Cornelius Cethegus principem senatus P. Scipionem consulem, quem et priores censores legerant, legerunt. Tres omnino senatores, neminem curuli honore usum, præterierunt. Gratiam quoque ingentem apud eum ordinem pepererunt, quod, ludis Romanis, ædilibus curulibus imperarunt, ut loca senatoria[z] secernerent a populo. Nam antea in promiscuo spectabant. Equitibus quoque perpaucis ademti equi, nec in ullum ordinem sævitum. Atrium Libertatis et Villa publica ab eisdem refecta amplificataque. Ver sacrum ludique votivi, quos voverat Ser. Sulpicius[6] Galba consul, facti. Cum spectaculo eorum occupati animi omnium essent, Q. Pleminius, qui propter multa in Deos hominesque scelera, Locris admissa, in carcerem conjectus fuerat, comparaverat homines, qui pluribus simul locis Urbis nocte incendia facerent; ut in consternata nocturno tumultu civitate refringi carcer posset. Ea res indicio consciorum palam facta, delataque ad senatum est. Pleminius in inferiorem[7] demissus carcerem est necatusque.[a]

5 ' Pigh. mutato tantum duarum vocularum ordine, legendum esse suspicatur *ludosque magnos una, qui voti essent.* Sed sic quoque, ut recte observat Crev. a quo ludi voti essent, adjici debuit. Drak. conjicit *ludosque magnos, qui quinquennio ante voti essent.* Facile nempe per compendium scripturæ fieri potuisse existimat, ut ex *U^nio an.* vel *U^nio a.* stulti librarii facerent *una.*' Doering.—6 ' Pighius in Annal. Perizon. in Animad. Hist. et Crevier. ad h. l. *P. Sulpicius* legendum esse docuerunt.' *Doering. P. Sulpicius* Kreyssig.—7 Barber. et Pet. *ad inferiorem.*

NOTÆ

z *Ut loca senatoria*] In orchestra senatoribus data sunt loca, unde ludos scenicos spectarent seorsim a plebe: quod Asconius Pædian. in orat. pro Cornel. factum ait ab ædilibus curulibus, jussu censorum S. Ælii Pæti, C. Cornelii Cethegi.

a *Necatusque*] Fracta laqueo gula, ut arbitror: quemadmodum Lentulo factum, apud Sallust. in bello Catilinario.

45. Coloniæ civium Romanorum eo anno deductæ sunt Puteolos, Vulturnum,[b] Liternum;[c] treceni homines in singulas. Item Salernum Buxentumque coloniæ civium Romanorum deductæ sunt. Deduxere triumviri Ti. Sempronius Longus, qui tum consul erat, M. Servilius, Q. Minucius Thermus. Ager divisus est, qui Campanorum fuerat.[8] Sipontum item[d] in agrum, qui Aruinorum fuerat, coloniam civium Romanorum alii triumviri, D. Junius Brutus, M. Bæbius Tamphilus,[9] M. Helvius, deduxerunt. Tempsam item[e] et Crotonem civium Romanorum coloniæ deductæ. Tempsanus ager de Bruttiis captus erat: Bruttii Græcos expulerant. Crotonem Græci habebant. Triumviri Cn. Octavius, L. Æmilius Paullus, C. Plætorius[10] Crotonem; Tempsam L. Cornelius Merula et C. Salonius deduxerunt.[f] Prodigia quoque alia visa eo anno Romæ sunt, alia nuntiata. In foro et comitio et Capitolio sanguinis guttæ visæ sunt; et terra aliquoties pluit; et caput Vulcani arsit. Nuntiatum est, Nare amni[11] lac fluxisse;[g]

8 'Non opus est, ut hic locus verbis transpositis cum Crevierio legatur ita: *Coloniæ . . . deductæ sunt Puteolos, Vulturnum, Liternum; treceni homines in singulas. Ager divisus est, qui Campanorum fuerat. Item Salernum cett.*' Doering. Al. *trecenti*, et in Lov. 3. 5. 6. legitur *triceni*.—9 *Bebius Pamphilus* edd. ante Sigon.—10 *C. Pletorius* Gron. Doujat. Crev.—11 *Interamnæ* edd. ante Drak. et *Narteam, Narneam, Narceam* Mss. unde nostram elicuit ingeniose

NOTÆ

[b] *Vulturnum*] Oppidum fuit ad ostium Vulturni fluvii læva ripa, inter Sinuessam et Liternum. Hodie *Castello di Volturno* in Terra Laboris.

[c] *Liternum*] Aliis Linternum, maritimum erat Campaniæ oppidum, inter Vulturnum et Cumas, ad ostium fluvii cognominis, qui et Clanis. Huc secessit Scipio Africanus urbis pertæsus, ibique interiit. Ex eo turris superest, vulgo *Torre di Patria*.

[d] *Sipontum item*] In Apulia Daunia, quæ nunc *Capitanata*, oppidum Sipontum fuit, sive Sipus, ut Græci vocant, non procul Cerbali ostio, qui nunc *Candelaro*, sub monte Gargano. A Saracenis eversa hæc urbs, eique successit Manfredonia. Nomen tamen retinet in ruinis, vulgo *Siponto*.

[e] *Tempsam item*] Tempsa vel Temese in Bruttiis ad oram maris Ausonii, inter Ocinari et Lameti amnium ostia: hodie specula tantum, vulgo *Torre Loppa* Cluverio, in extrema ad meridiem Calabria citeriori, non procul Martorano.

[f] *L. Cornelius Merula et C. Salonius deduxerunt*] Desiderari videtur tertii triumviri nomen: nisi Temsam colonos duumviri tantum præter morem deduxerunt.

[g] *Nare amni* [*Interamnæ*] *lac flux-*

pueros ingenuos Arimini sine oculis ac naso, et in Piceno agro non manus, non pedes habentem natum. Ea prodigia ex pontificum decreto procurata. Et sacrificium novemdiale factum, quod Hadriani[h] nuntiaverant, in agro suo lapidibus pluisse.

46. In Gallia L. Valerius Flaccus proconsul circa Mediolanum cum Gallis Insubribus et Boiis, qui Dorulaco duce ad concitandos Insubres Padum transgressi erant, signis collatis depugnavit. Decem millia hostium sunt cæsa. Per eos dies collega ejus M. Porcius Cato ex Hispania triumphavit. Tulit in eo triumpho argenti infecti viginti quinque millia pondo,[i] bigati centum viginti tria millia,[k] Oscensis quingenta quadraginta;[12] [l] auri pondo mille quadringenta.[m] Militibus ex præda divisit, in singulos, ducenos septuagenos æris,[n] triplex equiti.[13] Ti. Sempronius consul, in provinciam profectus, in Boiorum primum agrum legiones duxit. Boiorix tum regulus eorum, cum

lectionem Jac. Gron. ut testatur Doer. *Interamnæ* habent Gron. Doujat. Crev.

12 ‘ Crev. vitium latere arbitratur. Sed Drak. tam ad *bigati centum viginti tria millia,* quam ad *Oscensis quingenta quadraginta,* non *pondo,* sed *nummûm,* supplendum esse ratus, motas a Crevierio dubitationes tam hoc loco quam supra l. l. eximere studuit.’ *Doering.*—13 ‘ Videtur excidisse *duplex centuri-*

NOTÆ

isse] Tres in Italia hoc nomine civitates memorantur, in Umbria, in Volscis, et in Piceni agro Prætutiano. Ad hanc postremam referri hoc portentum, augurari licet.

[h] *Quod Hadriani*] Cum duplex Adria fuerit, altera in Venetia, altera in Piceno; pertinet, ni fallor, hoc prodigium ad Picenos Hadrianos; nam alii ab Roma longius distant.

[i] *Argenti infecti viginti quinque millia pondo*] Respondent huic summæ librarum Gallicarum nongenta millia.

[k] *Bigati centum viginti tria millia*] Si denarios accipiamus, non multum aberit ea quantitas a quinquaginta millibus librarum; erunt enim 49200. libræ.

[l] *Oscensis quingenta quadraginta*] Supple millia pondo: fiet non mediocris pecuniæ vis, centies octuagies centena millia librarum nostratium: *dix-huit millions de livres.*

[m] *Auri pondo mille quadringenta*] Redderent hodierna apud nos æstimatione septingenta octoginta quatuor librarum Francicarum millia. 784000. libræ.

[n] *Ducenos septuagenos æris*] Asses adhuc unciales fierent in pedites singulos, pecunia nostra, quindecim ferme libræ.

duobus fratribus tota gente concitata ad rebellandum, castra locis apertis[14] posuit; ut appareret dimicaturos, si hostis fines intrasset. Consul ubi, quantæ copiæ, quanta fiducia esset hosti, sensit, nuntium ad collegam mittit, 'ut, si videretur ei, maturaret venire: se tergiversando in adventum ejus rem extracturum.' Quæ causa consuli cunctandi, eadem Gallis (præterquam quod cunctatio hostium animos faciebat) rei maturandæ erat, ut, priusquam conjungerentur consulum copiæ, rem transigerent. Per biduum tamen nihil aliud, quam steterunt parati ad pugnandum, si quis contra egrederetur: tertio subiere[15] ad vallum, castraque ab omni simul parte aggressi sunt. Consul extemplo arma capere milites jussit. Armatos inde paulisper continuit, ut et stolidam fiduciam hosti augeret, et disponeret copias, quibus quæque portis erumperent. Duæ legiones duabus principalibus portis[p] signa efferre jussæ. Sed in ipso exitu ita conferti obstitere Galli, ut clauderent viam. Diu in angustiis pugnatum est. Nec dextris magis gladiisque gerebatur res, quam scutis corporibusque ipsis obnisi urgebant; Romani, ut signa foras efferrent; Galli, ut aut ipsi in castra penetrarent, aut exire Romanos prohiberent. Nec ante in hanc aut illam partem moveri acies potuerunt, quam Q. Victorius[16] primi pili centurio et C. Atinius tribunus militum, quartæ hic, ille secundæ legionis, (rem in asperis præliis sæpe tentatam,) signa ademta signiferis in hostes injecerunt.[17] Dum repetunt enise signum, priores secundani se porta ejecere.

47. Jam hi extra vallum pugnabant, quarta legione in

[p] *Per duas portas quæ ad latera castrorum juxta principia.*

oni.' J. F. Gron.—14 *Idoneis* Gron. Doujat.—15 'Vetus lectio *tertio vi subiere.* Mutavit Gelen. haud scio an volente Livio.' *J. F. Gron.* Add. *vi* Gron. Doujat. Crev.—16 Vet. lib. apud Sigon. *Q. Fictorius.*—17 *Jecerunt* Gron. Doujat. Crev.

NOTÆ

Ducenos septuagenos æris] Circiter 7. florenos Hollandicæ pecuniæ. Gron. putat excidisse post hæc verba, *duplex centurioni.* J. Clericus.

porta hærente, cum alius tumultus ex aversa parte [18] castrorum [p] est exortus. In portam quæstoriam [q] irruperant Galli, resistentesque pertinacius occiderant L. Postumium quæstorem, cui Tympano fuit cognomen, et M. Atinium et P. Sempronium, præfectos socium, et ducentos ferme milites. Capta ab ea parte castra erant, donec cohors extraordinaria,[q] missa a consule ad tuendam quæstoriam portam, et eos, qui intra vallum erant, partim occidit, partim expulit castris et irrumpentibus obstitit. Eodem fere tempore et quarta legio cum duabus extraordinariis cohortibus porta erupit. Ita simul tria prælia circa castra locis distantibus erant; clamoresque dissoni ad incertos suorum eventus a præsenti certamine animos pugnantium avertebant. Usque ad meridiem æquis viribus ac prope pari spe pugnatum est. Labor et æstus mollia [19] et fluida corpora Gallorum et minime patientia sitis cum decedere pugna [20] coëgisset, in paucos restantes impetum Romani fecerunt, fusosque compulerunt in castra. Signum inde receptui a consule datum est: ad quod pars major receperunt sese; pars, certaminis studio et spe potiundi castris hostium, perstitit ad vallum. Eorum paucitate contemta, Galli universi ex castris eruperunt.[1] Fusi inde Romani, quæ imperio consulis noluerant, suo pavore ac terrore castra repetunt. Ita varia hinc atque illinc nunc fuga, nunc

[q] *Sociorum delectorum cohors.*

18 'Apud Curionem reperio *ab adversa parte:* sed Mss. et And. *ex adversa parte.*' J. F. Gron.—19 'Ab And. usque ad Frob. *emollida* editum invenio; ut et scripti, nisi quod quidam *molida.* Forte *seminuda et fluida.*' J. F. Gron.

NOTÆ

[p] *Ex aversa parte castrorum*] *Aversam* interpretor pro diversa: prior enim pugna duplex ad principales portas, quibus aversum nihil in castris Romanorum, aut adversum proprie; nisi diversa pars dicatur quæ prætorio a tergo, vel quæ procul aberat a locis ubi primum pugnatum. Alias legitur *ex adversa parte;* forte quod castris hostium opposita.

[q] *In portam quæstoriam*] Hanc Lipsius eandem facit cum prætoria, cui opposita decumana. Alii cum hac confundunt, quam opponunt prætoriæ.

victoria[2] fuit. Gallorum tamen ad undecim millia, Romanorum quinque millia, sunt occisa. Galli recepere in intima finium sese.

48. Consul Placentiam legiones duxit. Scipionem alii, conjuncto exercitu cum collega, per Boiorum Ligurumque agros populantem isse,[3] quoad progredi sylvæ paludesque passæ sint, scribunt: alii, nulla memorabili re gesta, comitiorum causa rediisse Romam.[4] Eodem hoc anno T. Quintius Elatiæ, quo in hyberna reduxerat copias, totum hyemis tempus jure dicundo consumsit, mutandisque iis, quæ aut ipsius Philippi, aut præfectorum ejus licentia in civitatibus facta erant, cum, suæ factionis hominum vires augendo, jus ac libertatem aliorum deprimeret.[5] Veris initio Corinthum, conventu edicto, venit. Ibi omnium civitatium legationes in concionis modum circumfusas est allocutus; orsus ab inita primum Romanis amicitia cum Græcorum gente, et imperatorum, qui ante se in Macedonia fuissent, suisque rebus gestis. Omnia cum approbatione ingenti sunt audita, præterquam cum ad mentionem Nabidis ventum esset. Id minime conveniens liberanti Græciam videbatur, tyrannum reliquisse, non suæ solum patriæ gravem, sed omnibus circa civitatibus metuendum, hærentem visceribus nobilissimæ civitatis.[6]

49. Nec ignarus hujus habitus animorum Quintius, 'Si sine excidio Lacedæmonis fieri potuisset,' fatebatur, 'pacis cum tyranno mentionem admittendam auribus non fuisse. Nunc, cum aliter, quam ruina gravissima[7] civitatis, opprimi non posset, satius visum esse, tyrannum debilitatum, ac totis prope viribus ad nocendum cuiquam ademtis, relinqui, quam intermori vehementioribus, quam quæ pati

—20 Duk. conj. *excedere pugna*.—1 *Erumpunt* Gron. Doujat. Crev.—2 *Nunc victoria, nunc fuga* eæd.

3 In Gryph. et Cur. primis reperitur vulgatum *populatum isse*.—4 *Romam com. caus. rediisse* Kreyssig. Mox *ex quo in hyb.* Ms. Mog.—5 *Deprimerent* Kreyssig.—6 '*Hærent. visceribus nobiliss. civit.* hæc verba primum Gelenius ex cod. Mogunt. recepit, sed in nullo omnino alio cod. apud Drakenb. reperiuntur.' *Doering*.

7 *Gravissimæ* Crev. Doer. Kreyssig. prob. Jac. Gron. et Cler.

posset, remediis civitatem sinere, in ipsa vindicta libertatis perituram.' Præteritorum commemorationi subjecit, 'Proficisci sibi in Italiam, atque omnem exercitum deportare, in animo esse. Demetriadis Chalcidisque præsidia intra decimum diem audituros deducta; Acrocorinthum ipsis extemplo videntibus vacuam Achæis traditurum, ut omnes scirent, utrum Romanis, an Ætolis, mentiri mos esset; qui male commissam libertatem populo Romano sermonibus distulerint,[r] et mutatos pro Macedonibus Romanos dominos. Sed illis, nec quid dicerent, nec quid facerent, quicquam unquam pensi fuisse. Reliquas civitates monere, ut ex factis, non ex dictis, amicos pensent; intelligantque, quibus credendum, et a quibus cavendum sit. Libertate modice utantur. Temperatam eam salubrem et singulis, et civitatibus esse; nimiam et aliis gravem, et ipsis, qui habeant, effrænatam et præcipitem esse.[s] Concordiæ in civitatibus principes et ordines inter se, et in commune omnes civitates, consulerent. Adversus consentientes nec regem quenquam satis validum, nec tyrannum fore. Discordiam et seditionem omnia opportuna insidiantibus facere, cum pars, quæ domestico certamine inferior sit, externo potius se applicet, quam civi cedat. Alienis armis partam, externa fide redditam libertatem sua cura custodirent servarentque; ut populus Romanus dignis datam libertatem ac munus suum bene positum sciret.'

50. Has velut parentis voces cum audirent, manare omnibus gaudio lacrymæ, adeo ut ipsum quoque confunderent dicentem. Paulisper fremitus approbantium dicta fuit monentiumque aliorum alios, ut eas voces, velut oraculo missas, in pectora animosque demitterent. Silentio deinde facto, petiit ab iis, ut cives Romanos, si [8] qui apud eos in servitute essent, conquisitos intra duos menses mitterent ad se in Thessaliam. 'Ne ipsis quidem honestum esse, in

[r] *Diffamaverint dictis suis.*
[s] *Dissolutam seu inconsideratam esse ac periculosam casuique obnoxiam.*

8 'Τὸ *si*, quod dubitantis est, præter rem positum videtur; et vere illud in

liberata terra liberatores ejus servire.' Omnes acclamarunt, 'gratias se inter cetera etiam ob hoc agere, quod admoniti essent, ut tam pio, tam necessario officio fungerentur.' Ingens numerus erat bello Punico captorum, quos Hannibal, cum a suis non redimerentur, venum dederat. Multitudinis eorum argumentum sit,[9] quod Polybius scribit, centum talentis[r] eam rem Achæis stetisse; cum quingenos[10] denarios pretium in capita, quod redderetur dominis, statuissent. Mille enim ducentos ea ratione Achaia habuit. Adjice nunc pro portione, quot verisimile sit totam Græciam habuisse. Nondum conventus dimissus erat, cum respiciunt præsidium, ab Acrocorintho descendens, protenus ad portam duci atque abire. Quorum agmen imperator secutus, prosequentibus cunctis, servatorem liberatoremque acclamantibus, salutatis[11] dimissisque eis,[12] eadem, qua venerat, via Elatiam rediit. Inde cum omnibus copiis Ap. Claudium legatum dimittit. Per Thessaliam atque Epirum ducere Oricum jubet, atque ibi se opperiri: inde namque in animo esse, exercitum in Italiam trajicere. Et L. Quintio fratri, legato et præfecto classis, scribit, ut onerarias ex omni Græciæ ora eodem contraheret.

quibusdam codd. apud Drakenb. omittitur.' *Doering*.—9 *Est* Gron. Doujat. Crev.—10 'Altera lectio *quingentos*, quæ est in uno tantum cod. Lov. 4. suspecta est.' *Doering*.—11 *Acclamantibus. Salutatis* Gron. *Acclamantibus; salutatis* Doujat.—12 'Vett. librr. mirum in modum in hoc loco inter se discrepant. Me quidem in hoc loco, uti nunc ille legitur, nihil offendit præter pronomen *eis*, post *dimissisque*, positum; quo deleto oratio bene cohæret. Ea, qua J. F. Gron. hunc locum emendare tentavit, ratio, nimis violenta est. Drak. qui pariter in pronomine *eis* vitium latere intellexit, pro eo substituendum esse suspicatur *ad suos*, ut ad *rediit* referatur. Mihi vero τὸ *eis* ab homine, qui locum non recte caperet, intrusum videtur.' *Doering*.

NOTÆ

[r] *Centum talentis*] Priscianus, libro de ponderibus, ostendit *talentum* habere sex millia denariorum: sic mille ducenta quingenties repetita efficiunt sexcenta millia, seu viginti quatuor millia sestertium: unde recte colligit Gronovius post alios, idem fuisse denarium Romanum et drachmam Atticam: constat enim talentum esse sex drachmarum millia.

Centum talentis] Ex calculo P. Gassendi 223750. libræ Turonicæ, quorum sex conficiunt quinque florenos Hollandicos. *J. Clericus*.

51. Ipse, Chalcidem profectus, deductis non a Chalcide solum, sed etiam ab Oreo atque Eretria, præsidiis, conventum ibi Euboicarum civitatium habuit; commonitosque, in quo statu rerum accepisset eos, et in quo relinqueret, dimisit. Demetriadem inde proficiscitur; deductoque præsidio, prosequentibus cunctis, sicut Corinthi et Chalcide, pergit ire in Thessaliam; ubi non liberandæ modo civitates erant, sed ex omni colluvione et confusione in aliquam tolerabilem formam redigendæ. Nec enim temporum modo vitiis, ac violentia et licentia regia turbati erant, sed inquieto etiam ingenio gentis, nec comitia, nec conventum, nec concilium ullum, non per seditionem ac tumultum, jam inde a principio ad nostram usque ætatem, traducentes.[13] A censu maxime et senatum et judices legit, potentioremque eam partem civitatium[s] fecit, cui salva tranquillaque omnia magis esse expediebat.

52. Ita cum percensuisset Thessaliam, per Epirum in[14] Oricum, unde erat trajecturus, venit. Ab Orico copiæ omnes Brundisium transportatæ. Inde per totam Italiam ad Urbem prope triumphantes, non minore agmine rerum captarum, quam suo, præ se acto, venerunt. Postquam Romam ventum est, senatus extra urbem Quintio ad res gestas edisserendas datus est, triumphusque meritus ab lubentibus[15] decretus. Triduum triumphavit. Die primo arma, tela signaque ærea et marmorea transtulit, plura Philippo ademta, quam quæ ex civitatibus ceperat: secundo die[16] aurum argentumque, factum infectumque et

13 'Nisi leg. e Ms. Voss. *traducentis* sc. gentis.' *Rupert.* quod malit Duk. et habet Kreyssig.

14 In vet. lib. apud Sigon. τὸ *in* deest.—15 'Lectio *lubentibus* longe præferenda est alteri *ab adnuentibus*, in quibusdam codd. et editt. vett. exhibitæ. Lib. script. Voss. et Lov. 4. habent *ab luentibus*, quod nostram lectionem confirmat.' *Doering.* 'Mox τὸ *quæ* post *quam* delendum putabat Gron. Sed ita quoque cap. 49. et multis aliis locis inducendum esse monet Duk.' *Rupert.*—

NOTÆ

[s] *Potentioremque eam partem civitatium*] Hæc Servio Tullio regi Romano causa fuit instituendi classes, lib. I. c. 43.

signatum. Infecti argenti fuit decem et octo millia pondo,[17] [t] et ducenta septuaginta facti:[u] vasa multa omnis generis, cælata pleraque, quædam eximiæ artis; et ex ære multa fabrefacta: ad hoc clypea argentea decem. Signati argenti octoginta quatuor millia fuere Atticorum;[x] tetradrachma[18] [y] vocant: trium fere denariorum in singulis argenti est pondus. Auri pondo fuit tria millia septingenta quatuordecim,[z] et clypeum unum ex auro totum, et Philippei nummi aurei quatuordecim millia quingenti quatuordecim.[a] Tertio die coronæ aureæ, dona civitatium, translatæ centum quatuordecim; et hostiæ ductæ, et ante currum multi nobiles captivi obsidesque, inter quos Demetrius[b] regis Philippi filius fuit, et Armenes, Nabidis tyranni filius, Lacedæmonius. Ipse deinde Quintius in Urbem est invectus. Mili-

16 In vet. lib. apud Sigon. deest τὸ *die.*—17 'Forte *XLIII. m. p.* et mox *septingenta tredecim* pro *sept. quatuordecim,* e Plut. Flamin. pag. 377.' *Rupert.*—18 *Tetradrachmum* Gron. Doujat. Crev. Mox 'pro *trium* rescribendum esse *quatuor,* J. F. Gron. docuit; et pro *fere* rectius in Lov. 2. legitur

NOTÆ

[t] *Infecti argenti fuit decem et octo millia pondo*] Nempe sexcenta quadraginta octo librarum Francicarum millia.

[u] *Et ducenta septuaginta facti*] Efficiuntur septuagies et quater centena quinquaginta duo millia: Gall. *sept millions quatre cens cinquante deux mille livres.*

[x] *Signati argenti octoginta quatuor millia fuere Atticorum*] Hos Atticos nummos non multum excessisse putamus pretium dimidiati scuti argentei, quo nunc utimur: erunt ergo millia duo supra quadraginta scutorum argenteorum, sive librarum Francicarum centum viginti et sex millia.

[y] *Tetradrachma* [*tetradrachmum*] Vox ipsa quatuor drachmarum pondus et pretium notat. Drachma autem Attica apud Plin. Plut. aliosque, denario fere comparatur: unde non potuit Livius aliter scripsisse hoc loco quam *quatuor fere denariorum in singulis tetradrachmis pondus esse:* idque Budæus et Gronovius annotarunt ex ipso Livio, qui Polybium vertens, talentum Atticum ait esse sex millium denariorum: quemadmodum Atheniensibus dicebatur senum millium drachmarum.

[z] *Auri pondo fuit tria millia septingenta quatuordecim*] Efficit hæc summa Gall. 2042040. libras.

[a] *Et Philippei nummi aurei quatuordecim millia quingenti quatuordecim*] Jacobeis Anglicis hodiernis pondere haud multum inferiores, bonitate aliquantum, ni fallor, superiores Philippei erant: æstimentur ergo tredecim libris nostratibus cum dimidia; exsurgent 197939. libræ.

[b] *Inter quos Demetrius*] Non captivus sed obses a patre Philippo Romam missus.

tes secuti currum [19] frequentes, ut omni ex provincia exercitu deportato. His duceni quinquageni æris [c] in pedites divisi; duplex centurioni, triplex equiti. Præbuerunt speciem [20] triumpho [t] capitibus rasis [d] secuti, qui servitute exemti fuerant.

53. Exitu hujus anni Q. Ælius Tubero tribunus plebis ex senatus consulto tulit ad plebem, plebesque scivit, 'Ut Latinæ duæ coloniæ, una in Bruttios, altera in Thurinum agrum, deducerentur.' His deducendis triumviri creati, quibus in triennium imperium esset, in Bruttios Q. Nævius, M. Minucius Rufus, M. Furius Crassipes: in Thurinum agrum [e] Cn. Manlius,[1] Q. Ælius, L. Apustius. Ea bina comitia [f] Cn. Domitius prætor urbanus in Capitolio habuit. Ædes eo anno aliquot dedicatæ sunt: una Junonis Sospitæ [2] in foro olitorio,[g] vota locataque quadriennio ante a C. Cornelio consule Gallico bello; (censor idem dedicavit;) altera Fauni: [h] ædiles eam biennio ante ex mulctaticio argento faciendam locarant, C. Scribonius et Cn. Domitius, qui prætor urbanus eam dedicavit. Et ædem Fortunæ Primigeniæ [i] in colle Quirinali dedicavit Q. Marcius Ralla,

[t] *Ornamentum triumpho addiderunt.*

ferme.' Doering.—19 *Secuti currum milites* Kreyssig. Mox *ducenti* Gron. Doujat.—20 'Non est audiendus Glarean. qui *specimen* legit.' *J. F. Gron.*
1 *A. Manl.* edd. ante Sigon. Mox *P. Ælius* Gron. Crev.—2 '*Sospitæ* h. l. viri docti reposuere ex XXXII. 30. pro *Matutæ*, quod in omnibus Mss. et antt. edd. legitur. Sed non facile decerni posse, utrum h. l. *Sospitæ*, an XXXII. 30. *Matutæ* scribendum sit, jam docuit Duker. Illud tamen, ni fallor, pro-

NOTÆ

[c] *His duceni quinquageni æris*] Facit hæc summa libras nostras fere tredecim.

[d] *Capitibus rasis*] Id in manumissis solenne, ut quasi novi homines viderentur: quæ causa etiam circumagendi servos, cum per vindictam manumitterentur. Facit huc Satiricus, 'pulsandum vertice raso Præbebis quandoque caput.'

[e] *In Thurinum agrum*] Ager Thuriorum, sive Sybaritanæ urbis significatur.

[f] *Ea bina comitia*] De duabus coloniis deducendis.

[g] *Foro olitorio*] Inde dictum hoc forum quod ibi oleum veniret. Fuit inter forum boarium et Tiberim.

[h] *Altera Fauni*] Fuit in insula Tiberina, quæ ab Augusto postea ascripta est regioni 14. Transtiberinæ. Faunus autem idem ac Pan ovium custos.

[i] *Et ædem Fortunæ Primigeniæ*] Fuit

duumvir ad id ipsum creatus. Voverat eam decem annis ante Punico bello P. Sempronius Sophus;[k] locaverat idem censor.[3][l] Et in insula Jovis ædem C. Servilius duumvir dedicavit. Vota erat sex annis ante Gallico bello ab L. Furio Purpureone prætore; ab eodem postea consule locata. Hæc eo anno acta.

54. P. Scipio ex provincia Gallia ad consules surrogandos[u] venit.[4] Comitia consulum fuere, quibus creati sunt L. Cornelius Merula et Q. Minucius Thermus.* Postero die creati sunt prætores L. Cornelius Scipio, M. Fulvius Nobilior, C. Scribonius, M. Valerius Messalla, L. Porcius Licinus[5] et C. Flaminius. Megalesia, ludos sce-

[u] *Creandos per rogationem (sive interrogato populo) in locum eorum quorum annus exibat.*

babilius est.' *Rupert.*—3 'Pro *censor* leg. *consul*, et cognomen *Sophus* delendum, aut scribendum *consul* vel *Tuditanus;* nisi ei, ut multis Romanorum, duplex fuit cognomen.' *Rupert.* Vid. Not. Delph. inf. Kreyssig. add. *consul* post *Sophus*.

NOTÆ

et in Capitolio templum Fortunæ Primigeniæ. Cognominis hujus causæ plures afferuntur a Plut. in Quæst. vel quod urbi ortus sui initia suggesserit Fortuna: vel quod ea omnium rerum sit principium; aut etiam quod naturam ex fortuitis eventis constitui putarent, atque ordine quem eventus illi sortiuntur.

[k] *Sempronius Sophus*] Non video cur Glar. et Sigon. huic P. Sempronio *Sophi* nomen invideant: Pomponius certe jurisconsultus in lib. II. § 37. de Orig. Juris, ubi Romanos legum scientia peritos recenset, de P. Sempronio post Appios Claudios sic loquitur: 'Fuit post eos maximæ scientiæ Sempronius, quem populus Romanus Σοφόν; (id est, *sapientem;*) nec quisquam ante hunc aut post illum hoc nomine cognominatus est.' Is anno 449. consul fuit cum P. Sulpicio, ut constat ex lib. IX. c. 45. Postea etiam magister equitum, dictatore M. Valerio Corvo, iterum anno 452. Tum deinde censor anno 454. cum eodem P. Sulpicio. Itemque pontifex apud Nostrum lib. x. c. 9. Quidni ab hoc primo Sempronio ejus posteri cognomen Sophi acceperint, quemadmodum alii alia cognomina? Nihil autem vetat quominus duplici cognomine insignis fuerit hic Sempronius, ut Scipiones, aliique multi; et Sophus simul et Tuditanus dictus, tanquam ortus ab illo Sempronio Sopho, cui caput, tuditi vel malleo simile, Tuditani nomen indidit; sicut ex Atteio annotavit Festus Pompeius apud Pighium.

[l] *Locaverat idem censor*] Observat merito Pighius legendum esse, *locaverat idem consul*, id est, idem Sempronius, cum consul esset. Nam in consulatu primum voverat, teste Livio: censor autem fuerat quinquennio ante.

* A. U. C. 560.

nicos, C. Atilius Serranus,[6] L. Scribonius Libo ædiles curules primi fecerunt. Horum ædilium ludos Romanos primum senatus a populo secretus spectavit, præbuitque sermones,[x] sicut omnis novitas solet, aliis, ‘tandem, quod multo ante debuerit, tributum,’ censentibus, ‘amplissimo ordini;’ aliis, ‘demtum ex dignitate populi, quicquid majestati Patrum adjectum esset,’ interpretantibus, ‘et omnia discrimina talia, quibus ordines discernerentur, et concordiæ, et libertatis[7] æque minuendæ esse. Ad quingentesimum[m] quinquagesimum octavum annum in promiscuo spectatum esse. Quid repente factum, cur immisceri sibi in cavea Patres[n] plebem nollent? cur dives pauperem consessorem fastidiret? novam et superbam libidinem, ab nullius ante gentis senatu neque desideratam, neque institutam.’ Postremo ipsum quoque Africanum, quod consul auctor ejus rei fuisset, pœnituisse ferunt. Adeo, nihil motum ex antiquo, probabile est: veteribus,[8] nisi quæ usus evidenter arguit, stari malunt.

55. Principio anni, quo L. Cornelius, Q. Minucius consules fuerunt, terræ motus ita crebri nuntiabantur, ut non rei tantum ipsius, sed feriarum quoque ob id indictarum, homines tæderet. Nam neque senatus haberi, neque res publica administrari poterat, sacrificando expiandoque occupatis consulibus. Postremo, decemviris adire libros jussis, ex responso eorum supplicatio per triduum fuit.

[x] *Locum dedit diversis hominum sermonibus et judiciis.*

4 *Rediit* Gron. Doujat. Crev.—5 ‘*Licinius* ex Capitol. tab.’ *Sigon.*—6 Prænomen primus addidit Frob. a. 1535. *A. Atilius S.* conj. Drak.—7 Contra vett. codd. fidem vulgo legebatur *libertati.* Mox pro *octavum, sextum* conj. Sigon.—8 Conj. Doer. scripsisse Livium *Adeo nihil, mutatum ex antiquo, probabile est! veteribus, &c.* Mox ‘pro *malunt* cod. Voss. habet *malumus;* quod explicationi nostræ fere accommodatius est.’ *Doering.*

NOTÆ

[m] *Ad quingentesimum, &c.*] Hinc liquet calculum, quem secuti sumus, optimum esse. *J. Clericus.*

[n] *In cavea Patres*] *Cavea* proprie antrum est, sive specus, a cavitate desumto nomine, ubi ferarum cubilia. Sed hic sumitur pro area theatri, in qua subsellia spectantium, quæ velis tecta, speciem aliquam refert caveæ.

Coronati ad omnia pulvinaria supplicaverunt; edictumque est, ut omnes, qui ex una familia essent, pariter supplicarent. Item ex auctoritate senatus consules edixerunt, ne quis, quo die, terræ motu nuntiato, feriæ indictæ essent, eo die alium terræ motum nuntiaret. Provincias deinde consules prius, tum prætores sortiti. Cornelius Galliam, Minucius Ligures sortiti sunt: C. Scribonius urbanam,[9] M. Valerius peregrinam, L. Cornelius Siciliam, L. Porcius Sardiniam, C. Flaminius Hispaniam citeriorem, M. Fulvius Hispaniam ulteriorem.

56. Nihil belli eo anno expectantibus consulibus, literæ M. Cincii (præfectus[10] Pisis erat) allatæ: 'Ligurum viginti millia armatorum, conjuratione per omnia conciliabula universæ gentis facta, Lunensem primum agrum depopulatos, Pisanum deinde finem transgressos,[y] omnem oram maris peragrasse.' Itaque Minucius consul, cui Ligures provincia evenerat, ex auctoritate Patrum in Rostra ascendit,[11] et edixit, 'Ut legiones duæ urbanæ, quæ superiore anno conscriptæ essent, post diem decimum Arretii adessent. In earum locum se duas legiones urbanas scripturum.' Item sociis et Latino nomini, magistratibus[12] legatisque eorum, qui milites dare debebant, edixit, ut in Capitolio se adirent. Iis[13] quindecim millia peditum et quingentos equites, pro numero cujusque juniorum, descripsit, et inde e Capitolio protenus ire ad portam et, ut maturaretur res, proficisci ad delectum jussit. Fulvio Flaminioque terna millia Romanorum peditum et centeni equites in supple-

[y] *Postea ultra limites agri Pisani progressos, &c.*



9 'Lectio codicis Moguntini, *Cornelio Gallia, Minucio Ligures evenerunt,* haud conciliari potest cum sequentibus, nisi quis cum Drak. post *evenerunt,* repetere velit *sortiti sunt C. Scribonius cett.* J. F. Gron. in nostra quoque lectione voces *sortiti sunt* suspectæ sunt; unde scribendum putat: *Provincias deinde consules prius, tum prætores sortiti, Cornelius Galliam, Minucius Ligures, C. Scribonius urbanam cett.*' Doering. *Cornelio Gallia, Minucio Ligures evenerunt. Sortiti prætores, C. Scribonius urbanam, &c.* Kreyssig.

10 *Is* inserunt Crev. Drak. Doer.—11 'Thuan. *in rostre ascendit.* Haud dubie inversum pro *in rostra escendit.*' Jac. Gron. *Escendit* Kreyssig.—12 '*Sociis et Latini nominis* cod. Mogunt. *Sociorum et Latini nominis* Ms. Harl. *Sociis Latini nominis magistratibus* vel *et magistratibus* etiam legi posse monet

mentum, et quina millia socium Latini nominis et duceni equites decreti; mandatumque prætoribus, ut veteres dimitterent milites, cum in provinciam venissent. Cum milites, qui in legionibus urbanis erant, frequentes tribunos plebis[14] adissent, uti causas cognoscerent eorum, quibus aut emerita stipendia, aut morbus causæ essent, quo minus militarent; eam rem literæ Ti. Sempronii discusserunt, in quibus scriptum erat, 'Ligurum decem millia[15] in agrum Placentinum venisse, et eum usque ad ipsa coloniæ mœnia et Padi ripas cum cædibus et incendiis perpopulatos esse: Boiorum quoque gentem ad rebellionem spectare.' Ob eas res 'tumultum esse' decrevit senatus;[o] 'tribunos plebei[16] non placere causas militares cognoscere, quo minus ad edictum convenirent.'[z 17] Adjecerunt etiam, ut socii nominis Latini, qui in exercitu P. Cornelii, Ti. Sempronii fuissent, et dimissi ab iis consulibus essent, ut, ad quam diem L. Cornelius consul edixisset, et in quem locum edixisset Etruriæ, convenirent; et uti[18] L. Cornelius consul, in provinciam proficiscens, in oppidis agrisque, qua iturus esset, si quos ei videretur, milites scriberet armaretque et duceret secum; dimittendique ei, quos eorum quandoque vellet, jus esset.

57. Postquam consules, delectu habito, profecti sunt in provincias, tum T. Quintius postulavit, 'ut de his, quæ

[z] *Causas vacationis, seu immunitatis a militia, ob quas ab ea excusari postulabant.*

Drak.' *Rupert.* *Latini nominis* Gron. Doujat.—13 *Ex iis* eæd.—14 *Plebeios* eæd. *plebei* Crev.—15 *Quindecim* Gron. Doujat. Crev.—16 Interpunctio talis erat in edd. ante Sigon. *tumultum esse. Decrevit senatus trib. plebei, &c.*—17 '*Conveniretur* cod. Mogunt. sc. a scriptis militibus. In illo aliquid magis Romanum agnoscebat Gron.' *Rupert.* *Conveniretur* Kreyssig.—18 *Et ut* Gron. Doujat. Crev.

NOTÆ

[o] *Tumultum esse decrevit senatus*] Vacationes seu excusationes tempore belli valent, tumultu decreto a senatu cessant: unde apparet tumultum gravius quid esse. Et Cicero Philipp. VIII. tumultum definit 'perturbationem tantam, ut major timor oriatur,' quasi sit timor multus: 'itaque,' inquit, 'majores nostri tumultum Italicum, quod erat domesticus: tumultum Gallicum, quod erat Italiæ finitimus: præterea nullum tumultum nominabant.'

cum decem legatis ipse statuisset, senatus audiret, eaque, si videretur, auctoritate sua confirmaret. Id eos facilius facturos, si legatorum verba, qui ex universa Græcia et magna parte Asiæ, quique ab regibus venissent, audissent.' Hæ legationes a C. Scribonio prætore urbano in senatum introductæ sunt; benigneque omnibus responsum. Cum Antiocho quia longior disceptatio erat, decem legatis, quorum pars [18] in Asia aut Lysimachiæ apud regem fuerant, delegata est. T. Quintio mandatum, ut, adhibitis iis, legatorum regis verba audiret, responderetque iis, quæ ex dignitate atque utilitate populi Romani responderi possent. Menippus et Hegesianax principes regiæ legationis erant. Ex iis Menippus, 'Ignorare se,' dixit, 'quidnam perplexi sua legatio haberet, cum simpliciter ad amicitiam petendam jungendamque societatem venissent. Esse autem tria genera fœderum, quibus inter se [19] paciscerentur amicitias civitates regesque. Unum, cum bello victis dicerentur leges. Ubi enim omnia ei, qui armis plus posset, dedita essent, quæ ex iis habere victos, quibus mulctari eos velit, ipsius jus atque arbitrium esse. Alterum, cum pares bello æquo fœdere in pacem atque amicitiam venirent. Tunc enim repeti reddique per conventionem res, et, si quarum turbata bello possessio sit, eas aut ex formula juris antiqui, aut ex partis utriusque commodo componi. Tertium esse genus, cum, qui hostes nunquam fuerint, ad amicitiam sociali fœdere inter se jungendam coëant. Eos neque dicere, neque accipere leges; id enim victoris et victi esse. Ex eo genere cum Antiochus esset, mirari se, quod [20] Romani æquum censeant, ei leges dicere, quas Asiæ urbium liberas et immunes, quas stipendiarias esse velint; quas intrare præsidia regia regemque vetent. Cum Philippo enim hoste pacem, non cum Antiocho amico societatis fœdus ita sanciendum esse.'

18 *Aut* inserit Kreyssig.—19 'Pro *inter se*, quod bene ad rem ex codice Mogunt. receptum est, in aliis omnibus codd. et vett. editt. inepte legitur *integre*.' Doering.—20 Malebat Gron. *quid* vel *qui*.

58. Ad ea Quintius: 'Quoniam vobis distincte agere libet, et genera jungendarum amicitiarum enumerare, ego quoque duas conditiones ponam, extra quas nullam esse regi nuntietis amicitiæ cum populo Romano jungendæ. Unam, si nos nihil, quod ad urbes Asiæ attinet, curare velit, ut et ipse omni Europa abstineat. Alteram, si se ille Asiæ finibus non contineat, et in Europam transcendat, ut et Romanis jus sit, Asiæ civitatium amicitias et tueri, quas habeant, et novas complecti.' 'Enimvero id auditu etiam,' dicere, 'indignum esse,' Hegesianax, 'Thraciæ et Chersonesi urbibus arceri Antiochum; quæ Seleucus proavus ejus,[p] Lysimacho rege bello victo et in acie cæso, per summum decus parta reliquerit;[q] pari cum laude partim ab Thracibus possessa[1] armis receperit Antiochus, partim deserta, sicut ipsam Lysimachiam, et revocatis cultoribus frequentaverit, et, quæ strata ruinis atque incendiis erant, ingentibus impensis ædificaverit. Quid igitur simile esse, ex ea possessione, ita parta, ita recuperata, deduci Antiochum, et Romanos abstinere Asia, quæ nunquam eorum fuerit? Amicitiam Romanorum expetere Antiochum; sed quæ impetrata gloriæ sibi, non pudori, sit.' Ad hæc Quintius, 'Quandoquidem,' inquit, 'honesta pensamus, sic ut aut sola, aut prima certe, pensari decet principi orbis terrarum populo et tanto regi; utrum tandem videtur honestius, liberas velle omnes, quæ ubique sunt, Græciæ

1 'Proprie h. l. dicendum erat, *quas Seleucus . . . partas . . . possessas . . . desertas . . . stratæ;* et ita leg. suspicari malim, aut *oppidis* pro *urbibus*, quam cum Gron. *quæ Seleucus . . . recepisse Antiochum . . . frequentasse . . . ædificasse.* Sed nil forte mutandum, et brevius *quæ cet.* in fervore orationis et affectu dictum pro arceri omnibus iis, quæ cet. Verba *et locis* post *urbibus* excidisse suspicabatur Crev. Similis vero anomaliæ exempla laudavit Drak.'

NOTÆ

p *Seleucus proavus ejus*] Seleucus primus, cognomine Nicator, Syriæ et Orientis rex, hujus Antiochi magni non proavus, sed abavus: fuit etenim Seleuci filius Antiochus Soter, ex quo et noverca Stratonice Demetrii natus Antiochus Θεὸς, ex hoc vero Seleucus Callinicus Antiochi magni pater.

q *Parta reliquerit*] Successoribus possidenda.

urbes, an servas et vectigales facere? Si sibi Antiochus pulchrum esse censet, quas urbes proavus belli jure habuerit, avus paterque nunquam usurpaverint pro suis, eas repetere in servitutem; et [2] populus Romanus, susceptum patrocinium libertatis Græcorum non deserere, fidei constantiæque suæ ducit esse. Sicut a Philippo Græciam liberavit, ita et [3] ab Antiocho Asiæ urbes, quæ Graii nominis sint, liberare in animo habet. Neque enim in Æolidem [r] Ioniamque [s] coloniæ in servitutem regiam missæ sunt; sed stirpis augendæ causa gentisque vetustissimæ per orbem terrarum propagandæ.'

59. Cum hæsitaret Hegesianax, nec infitiari posset, honestiorem causam libertatis, quam servitutis, prætexi titulo; [a] [4] 'Quin mittimus ambages,' inquit P. Sulpicius, qui maximus natu ex decem legatis erat. 'Alteram ex duabus conditionibus, quæ modo diserte a Quintio datæ [5] sunt, [t]

[a] *Libertatis titulum honestiorem causam præbere Romanis, quam servitutis titulum Antiocho.*

Rupert. Ex Moguntino *eadem ab Thracibus possessa partim.*—2 Malit Rupert. *at* vel *contra.*—3 Ab edd. ante Sigon. τὸ *et* abest.

4 '*Prætexi titulo,* in titulum, ut sit titulus, prætextus; nisi potius del. *titulo,* vel leg. *honestiorem libertatis q. s. p. titulum.*' Rupert.—5 'Scribe *latæ:* ita enim loquebantur Livius et alii; Gron. probb. Crev. et Drak. Sed

NOTÆ

[r] *In Æolidem*] Æolis Asiæ proprie dictæ provincia, inter Mysiam et Ioniam ad Ægæum mare, dicta fuit ab Æolidis sive Græcis, qui conjunctim cum Orestis posteris, eam regionem coloniis suis occuparunt, in quibus Cyme, Myrina, &c. juxta Iones, auctore Velleio Paterculo lib. I.

[s] *Ioniamque*] Ionia Asiæ quoque Propriæ regio maritima, inter Æolidem et Cariam, a Græcis Ionibus nomen accepit, qui Peloponneso pulsi ab Achæis, in Atticam, antiquam patriam, reversi fuerant; atque inde ducibus Nileo aliisque Codri regis liberis, trajecto mari Ægæo, in ora Lydiæ Cariæque urbes plurimas exstruxerunt, Ephesum, Colophonem, Miletum, &c. Hodie *Quiscon* appellari aiunt. Non abs re igitur nunc Quintius ait harum provinciarum urbes, quæ coloniæ sint, non eo animo conditas fuisse, ut regibus servirent, sed stirpis augendæ causa, et propagandæ Græcorum gentis: quanquam antea Persis paruerant magna ex parte.

[t] *Datæ sunt*] Usitatius est 'conditiones ferre,' quam 'conditiones dare:' quapropter probabili ratione hic scribi vult Gron. *latæ* pro *datæ:* non tamen ambigendum quin Latine dicatur 'conditiones dare:' et eodem sensu 'dare leges,' non minus quam 'leges ferre;' ut 'dare veniam,' 'dare potestatem' et 'accipere.' Sic apud

legite; aut supersedete de amicitia agere.' 'Nos vero,' inquit Menippus, 'nec volumus, nec possumus pacisci quicquam, quo regnum Antiochi minatur.' Postero die Quintius legationes universas Græciæ Asiæque cum in senatum introduxisset, ut scirent, quali animo populus Romanus, quali Antiochus erga civitates Græciæ essent, postulata et sua, et regis exposuit. 'Renuntiarent civitatibus suis, populum Romanum, qua virtute quaque fide libertatem eorum a Philippo vindicaverit, eadem ab Antiocho, nisi decedat Europa, vindicaturum.' Tum Menippus deprecari et Quintium et Patres institit, 'Ne festinarent decernere, quo decreto turbaturi orbem terrarum essent. Tempus et sibi sumerent, et regi ad cogitandum darent. Cogitaturum, cum renuntiatæ conditiones essent; et impetraturum aliquid, aut pacis causa consensurum.'[6] Ita integra dilata res est. Legatos mitti ad regem eosdem, qui Lysimachiæ apud eum fuerant, placuit, P. Sulpicium, P. Villium,[7] P. Ælium.

60. Vixdum ii profecti erant, cum a Carthagine legati, bellum haud dubie parare Antiochum, Hannibale ministro, attulerunt, injeceruntque curam, ne simul et Punicum bellum excitaretur. Hannibal, patria profugus, pervenerat ad Antiochum, sicut ante dictum est; et erat apud regem in magno honore, nulla alia arte, nisi quod volutanti diu consilia de Romano bello nemo aptior super tali re particeps sermonis esse poterat. Sententia ejus una atque eadem semper erat, 'ut in Italia bellum gereretur. Italiam et commeatus et militem præbituram externo hosti. Si nihil ibi moveatur, liceatque populo Romano viribus et copiis

scriptores et variant orationem.' *Rupert.*—6 'Melius sane τῷ *impetraturum* respondet *concessurum*, quod est in duobus scriptis apud Gronovium.' *Doering.* *Concessurum* Kreyssig.—7 'Forte librarii, cum in quibusdam libris pro *P. Villium* perperam scriptum esset *P. Ælium*, ex uno legato duos fecerunt.' *Duk.* *P. Ælium* ignorat Hearnii l. I. et multi Mss. pro *P. Villium* habent *P. Julium.*

NOTÆ

Nostrum l. XXVII. 'est ejus qui dat, non qui petit, conditiones dicere pacis.'

Italiæ extra Italiam bellum gerere; neque regem, neque gentem ullam parem Romanis esse.' Sibi centum tectas naves et decem[8] millia peditum, mille equites deposcebat. 'Ea se classe primum Africam petiturum. Magnopere confidere, et Carthaginienses ad rebellandum ab se compelli posse. Si illi cunctentur, se aliqua parte Italiæ bellum excitaturum Romanis. Regem cum ceteris omnibus transire in Europam debere, et in aliqua parte Græciæ copias continere, neque trajicientem, et[9] (quod in speciem famamque belli satis sit) paratum trajicere.'

61. In hanc sententiam cum adduxisset regem, præparandos sibi ad id popularium animos ratus, literas, ne quo casu interceptæ palam facerent conata, scribere non est ausus. Aristonem quendam Tyrium nactus[10] Ephesi, expertusque solertiam levioribus ministeriis, partim donis, partim spe præmiorum oneratum, quibus etiam ipse rex annuerat, Carthaginem cum mandatis mittit; edit nomina eorum, quibus conventis opus esset; instruit etiam secretis notis, per quas haud dubie agnoscerent sua mandata esse. Hunc Aristonem Carthagine obversantem non prius amici, quam inimici Hannibalis, qua de causa venisset, cognoverunt. Et primo in circulis conviviisque celebrata sermonibus res est: deinde in senatu quidam, 'Nihil actum esse,' dicere, 'exilio Hannibalis, si absens quoque novas moliri res solicitandoque animos hominum turbare statum civitatis posset. Aristonem quendam,[u] Tyrium advenam, instructum mandatis ab Hannibale et ab Antiocho rege, venisse: certos homines quotidie cum eo secreta colloquia serere, et in occulto colloqui,[11] quod mox in omnium perniciem erupturum

8 'Ita Ms. Mog. non *sedecim*, ut reliqui.' *Rupert.*—9 *Sed* ex edd. Asc. anni 1513. et 1516. in alias edd. propagatum est; ut testatur Doer. 'Haud apte *at* pro *et* conj. Benedict.' *Rupert.* *Et* del. Gron. Crev.

10 Ita cod. Mogunt. Reliqui *natum.*—11 '*Et in occulto colloqui* forte glossa: certe verba a præcc. nil differunt.' *Rupert.* *Serere, et in occulto colloqui;*

NOTÆ

[u] *Aristonem quendam*] Mercator hic fuit, et commercii prætextu missus Carthaginem ab Hannibale ad amicos.

esset.' Conclamare omnes, 'Vocari Aristonem debere, et quæri, quid venisset, et, nisi expromeret, cum legatis Romam mitti. Satis pro temeritate unius hominis suppliciorum pensum esse.[b] Privatos suo periculo peccaturos. Rem publicam non extra noxam modo, sed etiam extra famam noxæ, conservandam esse.' Vocatus Aristo[12] purgare sese, et firmissimo propugnaculo uti, quod literarum nihil[13] ad quenquam attulisset. Ceterum nec causam adventus satis expediebat, et in eo maxime hæsitabat, quod cum Barcinæ solum factionis hominibus collocutum eum arguebant. Orta deinde altercatio est, aliis pro speculatore comprehendi jam et custodiri jubentibus, aliis negantibus tumultuandi causam esse. 'Mali rem exempli esse, de nihilo hospites corripi. Idem Carthaginiensibus et Tyri et in aliis emporiis, in quæ frequenter commeent, eventurum.' Dilata eo die res est. Aristo, Punico ingenio[x] inter Pœnos usus, tabellas conscriptas celeberrimo loco supra sedem quotidianam magistratuum[14] prima vespera suspendit. Ipse de tertia vigilia navem conscendit et profugit. Postero die, cum Sufetes ad jus dicendum consedissent, conspectæ tabellæ demtæque et lectæ. Scriptum erat, ARISTONEM PRIVATIM AD NEMINEM, PUBLICE AD SENIORES (ita senatum vocabant) MANDATA HABUISSE. Publicato crimine, minus intenta de paucis quæstio erat. Mitti tamen legatos Romam, qui rem ad consules et ad[15] senatum deferrent, placuit; simul qui de injuriis Masinissæ quererentur.

62. Masinissa postquam et infames Carthaginienses, et

[b] *Carthaginienses satis malorum pertulisse ob temeritatem unius Hannibalis.*

---

quod Gron. Doujat. *Serere; et in occulto coqui, quod* Kreyssig.—12 'Sic primum ex codice Mogunt. edidit J. F. Gron. nam in ceteris codd. omnibus legitur *Ariston.*' Doering.—13 *Nihil literarum* Gron. Doujat. Crev.—14 *Magistratus* Gron. Crev. Mox vet. lib. apud Sigon. *ipse deinde tertia.* Deinde *Suffetes* ut sup. edd. ante Sigon.—15 *Ad* del. Gron. Doujat. Crev.

NOTÆ

[x] *Punico ingenio*] Ut qui Tyri in capite Phœniciæ natus: unde Pœnis Carthaginiensibus origo.

inter se ipsos discordes sensit, principes propter colloquia[16] Aristonis senatui, senatum propter indicium ejusdem Aristonis populo suspectum; locum injuriæ esse ratus, agrum maritimum eorum et depopulatus est, et quasdam urbes vectigales Carthaginiensium sibi coëgit stipendium pendere. Emporia vocant eam regionem.[y] Ora est minoris Syrtis et agri uberis; una civitas ejus Leptis: ea singula in dies talenta vectigal Carthaginiensibus dedit. Hanc tum regionem et totam infestam Masinissa, et ex quadam parte dubiæ possessionis, sui regni, an Carthaginiensium esset, effecerat: et quia simul ad purganda crimina, et questum de se Romam eos ituros comperit; qui et illa onerarent suspicionibus, et de jure vectigalium disceptarent, legatos et ipse Romam mittit.[17] Auditi de Tyrio advena primum Carthaginienses curam injecere Patribus, ne cum Antiocho simul et Pœnis bellandum esset. Maxime ea suspicio crimen urgebat, quod, quem comprehensum Romam mitti placuisset, nec ipsum, nec navem ejus custodissent. De agro deinde cum regis legatis disceptari cœptum. Carthaginienses jure finium causam tutabantur, ‘quod intra eos terminos esset, quibus P. Scipio victor agrum, qui juris esset Carthaginiensium, finisset;’ et confessione regis, ‘qui, cum Aphirem[18] profugum[z] ex regno suo, cum parte Numidarum vagantem circa Cyrenas, persequeretur, precario ab se iter per eum ipsum agrum, tanquam haud dubie[19] Carthaginiensium juris, petisset.’ Numidæ, ‘et de terminatione Sci-

16 *Principibus propter colloq.* Gelen. et edd. ante Sigon. Mox *judicium* pro *indicium* ante Sigon.—17 *Misit* Gron. Doujat. Crev.—18 *Anthirem* cod.

NOTÆ

[y] *Emporia vocant eam regionem*] Hæc loca Polybio lib. III. versus majorem Syrtim, κατὰ τὴν μακρὰν Σύρτιν: Livio vero hic ad minorem Syrtim: sed Leptis magna, quæ et Tripolis, inter utramque, et majori propior cis fluvium Cyniphum, (qui nunc *Macres*,) ad quem Cynips regio totius Africæ fertilissima. Leptis enim parva inter Adrumetum et Tapsum ad Byzacium pertinens, Carthagini propior aliquantum.

[z] *Aphirem profugum*] Polybius *Aphtheratum* vocat in Legationibus apud Henricum Valesium.

pionis mentiri eos,' arguebant, 'et, si quis veram originem juris exigere vellet, quem proprium agrum Carthaginiensium in Africa esse? Advenis, quantum secto bovis tergo amplecti loci potuerint, tantum ad urbem communiendam precario datum. Quicquid Byrsam [a] sedem suam excesserint, vi atque injuria partum habere. Neque eum,[20] de quo agatur, probare eos posse, non modo semper, ex quo cœperint, sed ne diu quidem eos [1] possedisse. Per opportunitates, nunc illos, nunc reges Numidarum, usurpasse jus; semperque penes eum possessionem fuisse, qui plus armis potuisset. Cujus conditionis res fuerit, priusquam hostes Romanis Carthaginienses, socius atque amicus rex Numidarum esset, ejus sinerent esse; nec se interponerent, quo minus, qui possent, tenerent.' Responderi legatis utriusque partis placuit, missuros se in Africam, qui inter populum Carthaginiensem et regem in re præsenti disceptarent. Missi P. Scipio Africanus et C. Cornelius Cethegus et M. Minucius Rufus; audita inspectaque re, suspensa omnia, neutro inclinatis sententiis, reliquere. Id utrum sua sponte fecerint, an quia mandatum ita fuerit, non tam certum est, quam videtur tempori aptum fuisse, integro certamine [2] eos relinqui. Nam, ni ita esset, unus Scipio, vel notitia rei, vel auctoritate, ita de utrisque meritus, finire nutu disceptationem potuisset.

Mogunt.—19 Malit Gron. *haud dubii*.—20 'Genuinam lectionem *eum* (sc. agrum) pro vulgari *enim*, primum a Jac. Gronovio ex cod. Thuan. prolatam, plures codd. apud Drakenb. confirmant.' *Doering*. *Enim* Gron. Doujat.—1 'Pro *eos*, ut recte monet Crevierius, ratio grammatica postulabat *se*.' Doering.—2 Duk. malebat *certamini*. (ita Lov. 3.)

NOTÆ

[a] *Quicquid Byrsam*] De hac secti corii fabula et Byrsæ arcis conficto ex Græca lingua nomine, alibi dictum.

T. LIVII PATAVINI

HISTORIARUM

AB URBE CONDITA

LIBER XXXV.

BREVIARIUM.

Cap. 1. In Hispania citeriore res male gerit Sex. Digitius prætor, in ulteriore autem prospere P. Cornelius Cn. F. Scipio Nasica prætor; qui et pro prætore Lusitanos vincit. 2. C. Flaminius prætor, in Hispaniam citeriorem profecturus, tumultuarios ibi milites scribere jubetur. 3. In Liguria Q. Minucius consul novos et ex multis hominum generibus collectos milites Pisas ducit, sed in aciem exire non audet. 4. Consul alter L. Cornelius Merula vastat agros Boiorum, 5. eosque ad Mutinam vincit. 6. Idem comitiorum causa Romam arcessitur, et literis M. Claudii Marcelli legati arguitur in culpa fuisse, quod multi perierint milites, hostiumque exercitus non plane sit deletus. 7. Fœneratorum fraus et avaritia coërcetur. In Hispaniis C. Flaminius et M. Fulvius prætores feliciter res gerunt. 8. L. Cornelius Merula consul frustra postulat, ut supplicatio triumphusque decernatur. 9. Censura Sex. Ælii Pæti et C. Cornelii Cethegi. Inundatio Tiberis. Prodigia procurata. Ædicula Victoriæ Virginis dedicata a Catone; et colonia Latina in agrum Thurinum deducta.

10. Consulatum, quem petunt multi et potentes patricii plebeiique, adipiscuntur L. Quintius Flamininus et Cn. Domitius Ahenobarbus: prætoresque creantur. Ædilitas insignis M. Æmilii Lepidi et L. Æmilii Paulli. 11. Q. Minucius consul faucibus saltus, a Ligurum exercitu obsessis, liberatur fraude Numidarum equitum. 12. Ætoli et Græciæ gentes et Nabin, Philippum Antiochumque ad bellum Romanis inferendum incitant. 13. Nabis ad Gythium, et Antiochus ad Pisidas oppugnandos proficiscitur. 14. P. Villius, cum P. Sulpicio ad Antiochum missus, Ephesi sæpe congreditur cum Hannibale; qui ob id vilior fit regi et suspectior. In eadem legatione P. Scipionem Africanum fuisse tradit Claudius, ibidemque cum Hannibale sermonem de maximis imperatoribus contulisse. 15. Rex cer-

tior factus de morte Antiochi filii, quem ipse veneno sustulisse credebatur, omisso, quod inchoaverat bello, mœstus Ephesum redit, ibique, per luctum regia clausa, cum Minione, principe amicorum, secreta agitat consilia. 16. Minio solus disceptat cum legatis Romanorum. 17. Hi omnium incerti Romam redeunt; iisque dimissis rex consilium habet de bello Romano. 18. Alexander Acarnan ejus gerendi non tam necessitatem, quam rationem edocet. 19. Hannibal vero, non adhibitus in consilium, purgat se, et scita oratione movet regem sibique reconciliat.

20. Romæ legiones et provinciæ magistratibus decernuntur. 21. Prodigiorum causa supplicatur. Q. Minucius Ligures fundit, et eorum castella vicosque pervastat. 22. A. Atilius prætor cum classe adversus Nabin mittitur, et consules Boiorum populantur agros. In utraque etiam Hispania C. Flaminius et M. Fulvius procoss. res prospere gerunt. 23. Patribus vero minus curæ sunt bella, quæ geruntur, quam quod jam parari ab Antiocho et Ætolis rumores primum, deinde Attalus, Eumenis frater, mox alii atque alii nuntii afferunt. 23. 24. Hinc decernunt, ut legati in Græciam, legiones in Epirum, classisque in Siciliam mittantur, et comitia consularia primo quoque habeantur tempore. Consules (P. Cornelius Cn. F. Scipio et M'. Acilius Glabrio) et prætores creantur.

25. Nabis agros vastat Achæorum: quorum in concilio bellum adversus eum decernitur et mandatur Philopœmeni prætori. 26. Clarissimus hic imperator, sed rudis in re navali, occurrit modicæ Laconum classi, et quadriremi vetere vectus, quæ primo statim incursu ad novam hostium navem divellitur, vix in levi speculatoria nave effugit. 27. Mox vero nocte comburit castra tyranni, ad Pleias posita, et depopulata Tripoli Laconica exercitum Lacedæmonem ducit; quo et Nabis, expugnato Gythio, cum expedito exercitu proficiscitur. 28. Mirabili, ut semper, solertia ducit agmen locaque capit et communit. 29. 30. Pugna bis orta, tyranni exercitum in castra primum, et postero die in urbem compellit, multisque hostibus cæsis et agris eorum vastatis domum redit. 31. Interea legati Romanorum circumeunt sociorum urbes. 32. Ætoli magis in dies nudant defectionem, et Thoas, princeps eorum, Menippusque, legatus Antiochi, eam magnopere suadent in concilio Panætolico. 33. Atheniensibus et Quintio nequicquam Ætolos Romanæ societatis admonentibus, decretum fit, quo arcessitur Antiochus ad liberandam Græciam. 34. Ætoli consilium capiunt, Demetriadem, Chalcidem Lacedæmonemque occupandi; et Diocles fraude expugnat Demetriadem. 35. Alexamenus, a Nabide, tanquam dux auxiliorum, ab Ætolis missorum, benigne exceptus, eum interficit. 36. Tum ipse occupat regiam, et Ætoli, velut capta Lacedæmone, in prædam vertuntur. Qua rei indignitate moti Lacedæmonii Ætolos cum duce obtruncant; 37. et mox scita Philopœmenis oratione societati Achæorum adjunguntur. Iisdem diebus Thoas frustra Chalcidem aut dolo capere aut improviso opprimere conatur; 38. et ad justum bellum oppugnationemque urbis munitæ haudquaquam par, infecta re, domum redit. 39. Quintius præsidium Chalcidem, sed frustra Villium Demetriadem mittit ad animos Magnetum tentandos.

40. Boii Cn. Domitio se dedunt; et ager Ligurum late vastatur a L. Quin-

tio. Vibonem colonia deducitur: et Roma terretur diutino terræ motu ingentique incendio. 41. Fama de Antiochi bello et cura Patribus in dies crescente, agitatur de provinciis magistratuum designatorum. Ædes duæ Jovi in Capitolio dedicantur; et judicia in fœneratores multa severe fiunt. 42. Thoas Ætolus iisdem mendaciis, quibus erexerat multorum in Græcia animos, Antiochi spem inflat, et prohibet, quo minus Hannibal ab eo classi præficiatur. 43. Rex, Demetriadis defectione ab Romanis elatus, non ultra differre profectionem in Græciam constituit, et cum classe exercituque decem millium peditum Demetriadem, indeque Lamiam venit. 44. Ibi in concilio orationem habet; 45. et, auctore Thoante, cui nequicquam contradicit Phæneas prætor, dux belli appellatur. 46. Postero die consultat cum apocletis Ætolorum, unde bellum ordiatur, et primum Chalcidem, sed frustra, tentat. 47. Deinde solicitare placet Philopœmenem, Achæorum principem, Bœotorum gentem, et Amynandrum, regem Athamanum. 48. In Achaia, coram T. Quintio, Ægii concilium datur Antiochi Ætolorumque legatis, Menippo et Archidamo, qui in immensum extollunt vires regis, et Romanos ipsumque Quintium maledictis proscindunt. 49. Is vaniloquorum hominum orationes refutat. 50. Achæi bellum regi Ætolisque indici jubent, et auxilia Athenas, ubi haud procul seditione res est, Chalcidemque mittunt. 51. Antiochus tamen hoc Eubœæ caput, et mox Salganea aliasque ejus insulæ urbes expugnat.

1. PRINCIPIO anni, quo hæc gesta sunt, Sex. Digitius prætor in Hispania citeriore cum civitatibus iis, quæ post profectionem M. Catonis permultæ rebellaverant, crebra magis, quam digna dictu, prælia fecit, et adeo pleraque adversa, ut vix dimidium militum, quam quod acceperat,[1] [a] successori tradiderit. Nec dubium est, quin omnis Hispania sublatura animos fuerit, ni alter prætor P. Cornelius Cn. F. Scipio [b] trans Iberum multa secunda prælia fecisset: quo terrore non minus quinquaginta oppida ad eum defecerunt. Prætor hæc gesserat Scipio. Idem pro prætore,[2] Lusitanos,[c] pervastata ulteriori provincia, cum ingenti præ-

1 'Tò *quod* abest a Ms. Voss. et Harl. prob. Gron. Alii delent *quam*, et alii pro *quam quod* legendum putant *quos*. Mea qualicumque sententia nihil mutandum, et brevius illud dictum pro vix dimidio tantum militum, quam id quod, h. e. quantum acceperat.' *Rupert.*—2 *Idem proprætor* olim legebatur.—

NOTÆ

a *Quam quod acceperat*] Potest tolli *τὸ quod*, ex Gron.

b *P. Cornelius Cn. F. Scipio*] Is scilicet qui Nasica cognomine, et vir optimus a senatu fuerat judicatus.

c *Lusitanos*] A Lusitania dicti Lu-

da domum redeuntes, in ipso itinere aggressus, ab hora tertia diei ad octavam incerto eventu pugnavit, numero militum impar, superior aliis: nam et acie frequenti[d] armatis adversus longum et impeditum turba pecorum agmen, et recenti milite adversus fessos longo itinere concurrerat. Tertia namque vigilia exierant hostes. Huic nocturno itineri tres diurnæ horæ accesserant; nec ulla quiete data, laborem viæ prælium exceperat. Itaque principio pugnæ vigoris aliquid[3] in corporibus animisque fuit, et turbaverant primo Romanos; deinde æquata paulisper pugna est. In hoc discrimine ludos Jovi, si vi[4] fudisset cecidissetque hostes, proprætor vovit. Tandem gradum acrius intulere Romani, cessitque Lusitanus; deinde prorsus terga dedit: et, cum institissent fugientibus victores, ad duodecim millia hostium sunt cæsa; capti quingenti quadraginta, omnes fere[5] equites; et signa militaria capta centum triginta quatuor. De exercitu Romano septuaginta et tres amissi. Pugnatum[6] haud procul Ilipa urbe[e] est. Eo victorem opulentum prædæ exercitum[f] P. Cornelius reduxit. Ea omnis ante urbem exposita est; potestasque dominis suas

3 'Non perspicue satis expressa est hæc sententia. An scripsit fortasse Livius? *Itaque principio tantum pugnæ vigoris aliquid cett.* vel, *Ita quidem principio pugnæ vigoris aliquid cett.*' Doering.—4 Tò *vi* del. Kreyssig.—5 *Ferme* Gron. Doujat. Crev.—6 *Inde* olim inserebatur. Mox in quibusdam

NOTÆ

sitani. Ea Hispaniæ regio versus occasum extrema, pars ulterioris fuit. Ei respondet hodie tum *Portugallia* (excepta regione septemtrionali, quæ ultra Durium, pars olim Galleciæ fuit) tum occidua Castellæ et Estremaduræ pars. Itaque longior est Portugallia quam vetus Lusitania; latior fuit Lusitania quam hodierna Portugallia.

[d] *Et acie frequenti*] Frequentem dicit, non ex multitudine (numero enim impar erat Romanus) sed quod conferta esset acies, atque ad pugnandum instructa et composita.

[e] *Ilipa urbe*] Cum plura fuerint oppida Hispaniæ, quibus nomen Ilipa aut Ilipula, quorum nullum in Lusitania, omnia in Bætica, ego hic indicari puto eam urbem quam Ptolemæus Ilipulam in Turdetanis ponit, Plinius Læpiam in conventu Gaditano; quæ hodie *Niebla* est Sansoni, aliis *Lepe;* non procul ostio Anæ fluvii ad Lusitaniæ fines.

[f] *Opulentum prædæ exercitum*] Sic idem Livius lib. IX. c. 36. 'Victor Romanus opulentus rerum omnium in castra rediit.'

res cognoscendi facta.[7] Cetera vendenda quæstori data: quod inde refectum est,[a] [8] militi divisum.

2. Nondum ab Roma profectus erat C. Flaminius prætor, cum hæc in Hispania gerebantur. Itaque tam adversæ, quam secundæ res per ipsum amicosque ejus magnis sermonibus celebrabantur; et tentaverat, quoniam bellum ingens in provincia exarsisset, et exiguas reliquias exercitus ab Sex. Digitio, atque eas ipsas plenas pavoris ac fugæ accepturus esset, ut unam sibi ex urbanis legionibus decernerent: ad quam cum militem ab se ipso scriptum ex senatus consulto adjecisset, eligeret ex omni numero sex millia[9] et quingentos pedites et equites trecentos. 'Ea se legione (nam in Sex. Digitii exercitu haud multum spei esse) rem gesturum.' Seniores negare, 'ad rumores, a privatis temere in gratiam magistratuum confictos, senatus consulta facienda esse. Nisi quod aut prætores ex provinciis scriberent, aut legati renuntiarent, nihil ratum haberi debere. Si tumultus in Hispania esset, placere, tumultuarios milites extra Italiam scribi a prætore.' Mens ea senatus fuit, ut in Hispania tumultuarii milites legerentur. Valerius Antias et in Siciliam navigasse delectus causa C. Flaminium scribit, et ex Sicilia Hispaniam petentem, tempestate in Africam delatum, vagos milites de exercitu P. Africani sacramento rogasse; his duarum provinciarum delectibus tertium in Hispania adjecisse.

3. Nec in Italia segnius Ligurum bellum crescebat. Pisas jam quadraginta millia[10] hominum, affluente quotidie multitudine ad famam belli spemque prædæ, circumsedebant. Minucius consul Arretium die, quem dixerat[11] ad conveniendum militibus, venit. Inde quadrato agmine ad

[a] *Quantum pecuniæ provenit ex vendita præda.*

vett. edd. legitur *præda.*—7 *Est* add. Kreyssig.—8 *Effectum est* dedit Gelen. pro *revectum est*, quod erat in Ald. et Frob. et Savet. *Repertum est* habet Naud.
9 'Hanc lectionem bene ex cod. Mogunt. revocavit Drak. Nam secundum vulgarem lectionem *tria millia*, lectæ legionis numerus nimis est exiguus.' *Doering.* *Tria* Gron. Doujat. Crev.
10 *Millibus* Gron. Doujat. Crev.—11 *Edixerat* ed. Ald. et cett. ante Drak.

Pisas duxit; et, cum hostes mille passuum ab oppido [12] trans fluvium movissent castra, consul urbem, haud dubie servatam adventu suo, est ingressus. Postero die et ipse trans fluvium fere quingentos passus [13] ab hoste posuit castra. Inde levibus præliis a populationibus agrum sociorum tutabatur. In aciem exire non audebat, novo milite, et ex multis generibus hominum collecto, necdum noto satis inter se, ut [14] fidere alii aliis possent. Ligures multitudine freti et in aciem exibant, parati de summa rerum decernere; et abundantes militum numero passim multas manus per extrema finium ad prædandum emittebant: et, cum coacta vis magna pecorum prædæque esset, paratum erat præsidium,[g] per quod in castella eorum vicosque ageretur.

4. Cum bellum Ligustinum ad Pisas constitisset, consul alter L. Cornelius Merula per extremos Ligurum fines exercitum in agrum Boiorum induxit, ubi longe alia belli ratio, quam cum Liguribus, erat. Consul in aciem exibat, hostes pugnam detrectabant; prædatumque, ubi nemo obviam exiret, discurrebant Romani; Boii diripi sua impune, quam tuendo ea conserere certamen, malebant. Postquam omnia ferro ignique satis evastata [15] erant, consul agro hostium excessit, et ad Mutinam agmine incauto, ut inter pacatos,[16] ducebat. Boii, ubi egressum e finibus suis hostem sensere, sequebantur silenti agmine, locum insidiis quærentes. Nocte prætergressi castra Romana saltum,

ut et Gron. Doujat. Crev. *Quam dixerat* Kreyssig.—12 *Cum hostes non plus passuum tribus millibus ab oppido* Gron. Doujat. Crev. *Cum hostes non plus mille passuum ab oppido* Kreyssig. Mox *τὸ consul* delendum putat Rupert.—13 Rectius judice Doer. plures codd. exhibent *ferme*. *Ferme mille passus* Gron. Doujat. Crev. *quingentos fere passus* Kreyssig.—14 ‘ Particulam *vix*, præter omnem vett. codd. auctoritatem in pluribus editt. ante *fidere* positam, superfluam plane esse, facile apparebit. Nihilominus hujus particulæ patrocinium suscepit Crev.’ *Doering*.

15 Cod. Mog. habet *evastata*; sed ceteri fere omnes *vastata*.—16 ‘ Codex Moguntinus addit *agros*, quod Drak. qui alias tam strenue codicis Moguntini

NOTÆ

[g] *Paratum erat præsidium*] Gallice : *ils avoient une puissante escorte pour emmener dans leurs bourgs et villages le grand nombre de betail qu'ils avoient pris, et le butin qu'ils avoient fait.*

qua transeundum erat Romanis, insederunt. Id cum parum occulte fecissent, consul, qui multa nocte solitus erat movere castra, ne nox terrorem in tumultuario prælio augeret, lucem expectavit, et, cum luce moveret, tamen turmam equitum exploratum misit. Postquam relatum est, quantæ copiæ et in quo loco essent, totius agminis sarcinas in medium conjici jussit, et triarios [17] vallum circumjicere; [h] cetero exercitu instructo ad hostem accessit. Idem et Galli fecerunt, postquam apertas esse insidias, et recto ac justo prælio, ubi vera virtus vinceret, dimicandum viderunt.

5. Hora secunda ferme concursum est. Sinistra sociorum [18] ala et extraordinarii prima [i] in acie pugnabant. Præerant duo consulares legati, M. Marcellus et Ti. Sempronius, prioris anni consul. Novus consul nunc ad prima signa erat, nunc legiones continebat in subsidiis, ne certaminis studio prius procurrerent,[19] quam datum signum esset. Equites earum extra aciem in locum patentem Q. et P. Minucios tribunos militum educere jussit. Inde, cum signum dedisset, impetum ex aperto facerent.[20] Hæc agenti nuntius venit a Ti. Sempronio Longo, 'non sustinere extraordinarios impetum Gallorum, et cæsos permultos esse, et, qui supersint, partim labore, partim metu remisisse ardorem pugnæ. Legionem alteram ex duabus, si videretur, summitteret, priusquam ignominia acciperetur.' Secunda legio missa est,

causam agit, pro glossatoris alicujus additamento habet.' *Doering.*—17 Conj. J. F. Gron. *eo triarios.*

18 'Vox *equitum,* quæ in omnibus librr. Mss. post *sociorum* conspicitur, recte jam Lipsio in secundo libro de Milit. Rom. Dial. 7. visa est intrusa esse ab homine, qui ex equitibus tantum alas constare opinaretur. Qua quidem Lipsii sententia Crevierio et aliis probata, expunxit hanc vocem Drak.' *Doering. Equitum* add. Gron. Doujat. Crev.—19 *Concurrerent* Gron. Doujat. Crev.—20 Tentat J. F. Gron. *facere,* ut ad præcedens *jussit* referatur.—

NOTÆ

[h] *Triarios vallum circumjicere*] An vallos, quibus onerati incedere Romani solebant, abjicere: an potius vallo castra munire?

[i] *Et extraordinarii prima*] Extraordinarii equites ac pedites dicebantur apud Romanos ex sociorum numero selecti veterani, et voluntarii milites, qui ante prætorium sive tabernaculum imperatoris in castris tendebant, in certamine circa eundem pugnare soliti.

et extraordinarii recepti. Tum redintegrata est pugna. Cum[1] et recens miles, et frequens ordinibus legio successisset, et sinistra[2] ala ex prælio subducta est; dextra in primam aciem subiit. Sol ingenti ardore torrebat minime patientia æstus corpora Gallorum: densis tamen ordinibus nunc alii in alios, nunc in scuta incumbentes, sustinebant impetus Romanorum. Quod ubi animadvertit consul, ad perturbandos ordines eorum C. Livium Salinatorem, qui præerat alariis equitibus,[k] quam concitatissimos equos immittere jubet; et legionarios equites in subsidiis esse. Hæc procella equestris primo confudit et turbavit, deinde dissipavit aciem Gallorum; non tamen, ut terga darent. Obstabant duces, hastilibus cædentes terga trepidantium, et redire in ordines cogentes: sed interequitantes alarii non patiebantur.[b] Consul obtestabatur[3] milites, 'Ut paululum anniterentur: victoriam in manibus esse. Dum perturbatos[4] et trepidantes viderent, instarent. Si restitui ordines sissent, integro rursus eos prælio et dubio dimicaturos.' Inferre vexillarios jussit signa. Omnes connisi tandem averterunt hostem. Postquam terga dabant, et in fugam passim effundebantur, tum ad persequendos eos legionarii equites immissi. Quatuordecim mille Boiorum eo die cæsa sunt; vivi capti mille nonaginta duo: equites septingenti viginti unus, tres duces eorum, signa militaria ducenta duodecim, carpenta sexaginta tria. Nec Romanis incruenta victoria fuit. Supra quinque millia militum, ipsorum aut

[b] *Impediebat impressio alariorum, ne Boii perturbati in ordines redirent.*

1 *Pugna; cum* Gron. Doujat. *pugna cum* Crev.—2 *Successit. Sinistra* Gron. Doujat. Crev.—3 'Pro *orabat*, quod vulgo edebatur, jam ab Aldo ex cod. Mogunt. recepta est nostra lectio *obtestabatur*. Eleganter autem J. F. Gron. pro *obtestabatur* legendum esse suspicatur *obtestatus*, ut, deleta post *dimicaturos* distinctione majore, cum *jussit vexillarios signa inferre*, cohæreat.' Doe-

NOTÆ

[k] *Alariis equitibus*] Generaliter quidem *ala* de equitibus dicitur: sed hi *alarii* opponuntur equitibus legionariis sive Romanis: unde apparet fuisse e sociorum numero, qui in utroque cornu fuere, soli plerumque in sinistro: in dextro vero ad lævum latus equitatus Romani, cujus minor numerus.

sociorum, sunt amissa, centuriones tres et viginti, præfecti socium quatuor, et M. Genucius et M. Marcius, tribuni[5] militum secundæ legionis.

6. Eodem fere tempore duorum consulum literæ allatæ sunt, L. Cornelii de prælio ad Mutinam cum Boiis facto, et Q. Minucii a Pisis: 'Comitia suæ sortis esse.[c] Ceterum adeo suspensa omnia in Liguribus se habere, ut abscedi inde, sine pernicie sociorum et damno rei publicæ, non possit. Si ita videretur Patribus, mitterent ad collegam, ut is, qui profligatum bellum haberet, ad comitia Romam rediret: si id facere gravaretur, quod non suæ sortis id negotium esset, se quidem facturum, quodcumque senatus censuisset; sed etiam atque etiam viderent, ne magis[6] e re publica esset interrregnum iniri,[1] quam ab se in eo statu relinqui provinciam.' Senatus C. Scribonio negotium dedit, ut duos legatos ex ordine senatorio mitteret ad L. Cornelium consulem, qui literas collegæ ad senatum missas deferrent ad eum, et nuntiarent, 'senatum, ni is ad magistratus surrogandos Romam veniret, potius, quam Q. Minucius a bello integro avocaretur, interregnum iniri passurum.' Missi legati renuntiarunt, 'L. Cornelium ad magistratus surrogandos Romam venturum.' De literis L. Cornelii, quas scripserat secundum prælium cum Boiis factum, disceptatio in senatu fuit, quia privatim plerisque senatoribus legatus M. Claudius scripserat, 'Fortunæ populi Romani

[c] *Q. Minucius scribebat sibi sorte obtigisse ut comitiis consularibus præesset.*

ring.—4 *Turbatos* Gron. Doujat. Crev. Mox eæd. *sivissent.*—5 Moguntino debetur *et M. G. et M. M. tribunus.* Vulgo aberat *M. Genucius;* Modius affert *et Genucius eques.* Kreyssig. habet *et M. Genucius, et Q. et M. Marcii.*
6 'Pro *ne magis*, quod in cod. Mogunt. reperitur, ceteri codd. omnes apud Hearn. Crev. et Drakenb. constanter servant *si magis;* quod recte

NOTÆ

[1] *Interregnum iniri*] Comitia magistratuum creandorum a summo magistratu habenda erant, consule, dictatore, aut interrege. Igitur ita occupatis bello consulibus ut non liceret in urbem excurrere, vel creandus eam in rem erat dictator, vel dicendi interreges, qui post quinque dies summæ potestatis sibi succederent, ut per eorum aliquem comitia haberi possent.

et militum virtuti gratiam habendam, quod res bene gesta esset. Consulis opera et militum aliquantum amissum, et hostium exercitum, cujus delendi oblata fortuna fuerit, elapsum.[7] Milites eo plures perisse, quod tardius ex subsidiis, qui laborantibus opem ferrent, successissent. Hostes e manibus emissos, quod equitibus legionariis et tardius datum signum esset, et persequi fugientes non licuisset.'

7. De ea re nihil temere decerni placuit: ad frequentiores consultatio dilata est.[8] [m] Instabat enim cura alia, quod civitas fœnere laborabat; et quod, cum multis fœnebribus legibus constricta avaritia esset, via fraudis inita erat, ut in socios, qui non tenerentur iis legibus, nomina transcriberent: [d] ita libero fœnere obruebant debitores. Cujus coërcendi[9] cum ratio quæreretur,[e] diem finiri placuit[f] [10] Feralia,[n] quæ proxime fuissent,[g] [o] ut, qui post eam

[d] *Sub nomine alicujus Latini, sive socii alterius, qui legibus Romanis obnoxius non esset, pecuniam civibus crederent.*

[e] *Cum quæreretur modus inspiciendi fœnoris, et discernendi nomina ac veros creditores.*

[f] *Præfinitus est dies.*

[g] *Jus diceretur de pecunia quæ mutua data esset post diem Feralium ultimorum.*

defendi posse puto.' *Doering.*—7 Pro *elapsum* habent *non deletum* edd. ante Sigon.

8 *Delata est* edd. ante Gron.—9 *Cernendi* Gron. Doujat. Crev.—10 ' Recte rejecta est altera lectio *diem inire placuit*, quam ex codice suo protulerat Modius.' *Doering.* Mox pro *Feralia* in quibusd. codd. legitur *fœneralia* vel *fœne-*

NOTÆ

[m] *Dilata est*] Alias *delata.*

[n] *Feralia*] Hoc est ante diem 8. vel 11. Kalendas Martias. Vide Ciceronem ad Atticum l. III. Ep. 14. l. IV. Ep. 1. et ad eas interpretes. *J. Clericus.*

[o] *Feralia, quæ proxime fuissent*] Male Moguntini editique alii eos secuti, *fœneralia* scripserunt; quæ nulla fuere, nec fœnoris Deus cui celebrarentur. Omnes scripti habent *Feralia*, quod nomen est festi celebrari consueti IX. Kal. Martias: qua die in Kalendario notantur. Quanquam Ovid. ad XIII. Kal. Mart. refert. Erant autem ex Varrone et Festo Diis manibus, sive Inferis, sacrata festa, a ferendis epulis, vel a feriendis pecudibus appellata. Macrob. I. Saturnal. 13. eorum institutionem refert ad Numam: Ovidius II. Fastor. num. 16. ad Æneam. Notat idem eo die religiosum fuisse nubere, aut sacra Diis superis facere, nisi quod magicum quoddam sacrum Deæ Mutæ sive Tacitæ ab anu inter puellas thure ac vino fiebat, ad compescendas maledicorum linguas.

diem socii civibus Romanis credidissent pecunias, profiterentur, et ex ea die pecuniæ creditæ, quibus debitor vellet legibus,[p] jus creditori diceretur. Inde, postquam professionibus detecta est magnitudo æris alieni, per hanc fraudem contracti, M. Sempronius tribunus plebis ex auctoritate Patrum plebem rogavit, plebesque scivit, ut cum sociis ac nomine Latino pecuniæ creditæ jus idem, quod cum civibus Romanis, esset. Hæc in Italia domi militiæque acta. In Hispania nequaquam tantum belli fuit, quantum auxerat fama. C. Flaminius in citeriori Hispania oppidum Illuciam in Oretanis[q] cepit; deinde in hyberna[11] milites deduxit: et per hyemem prælia aliquot, nulla memoria digna, adversus latronum magis, quam hostium, excursiones, vario tamen eventu, nec sine militum jactura, sunt facta. Majores res gestæ a M. Fulvio. Is apud Toletum oppidum[r] cum Vaccæis Vettonibusque[12][s] et Celtiberis

bria.—11 Omnes ante Ald. *hybernacula.*—12 '*Vectonibusque* præstantiores Mss. et edd. Livii, Cæsaris, Plinii, aliorumque. Sed Οὐέττονες dicuntur Græcis, et *Vettones* in Gruteri Inscr.' *Rupert.* *Vectonibusque* omnes præter Rupert.

NOTÆ

p *Quibus debitor vellet legibus*] Romanis vel socialibus, si forte fœnebres ejus populi leges ex quo supposititius creditor, minus graves essent debitori: nisi malis fieri potuisse ut conditiones quibus privatus aliquis debitor cum creditore suo contraxisset, leviores essent publicis Romanorum fœnebribus, quod opinor valde rarum.

q *Illuciam in Oretanis*] Qui Illici pro Illucia sumunt, Contestanos, qui in regno Valentiæ, magna ex parte confundunt cum Oretanis, qui in Castella. Nicol. Sanson in tabula Hispaniæ veteris Titulciam Antonini eandem facit cum Nostri Illucia, ponitque in Carpesiis longe trans Tagum, et interpretatur Illescas, non procul Madrito: sed hæc quoque longius ab Oretanis. Quid si pro *Illucia* legamus *Biatiam*, quæ ab Ptolemæo tribuitur Oretanis, apposita dextræ Bætis ripæ, hodieque *Baëça* in extremis Andalusiæ finibus?

r *Apud Toletum oppidum*] Ad Tagum fluvium Carpetanorum caput eo tempore, postea Gothorum Hispaniæ regum sedes, hodieque Castellæ novæ regia urbs, ut Burgi Castellæ veteris. Archiepiscopum habet, qui inter totius orbis Christiani præsules vix cuiquam divitiis cedit; regni Castellani cancellarius, Hispaniæ primatem se dicit, in cujus umbilico sita hæc civitas: multum de veteri frequentia ipsi decessit ab translata Madritum regia.

s *Vettonibusque* [*Vectonibusque*] *Vectones* seu *Vettones* Lusitanis proximi ad ortum, et Lusitaniæ contributi, partem provinciæ Legionensis et Extremaduræ complectebantur, ubi Sal-

signis collatis dimicavit; exercitum earum gentium fudit fugavitque; regem Hilermum vivum cepit.

8. Cum hæc in Hispania gerebantur,[13] comitiorum jam appetebat dies. Itaque L. Cornelius consul, relicto ad exercitum M. Claudio legato, Romam venit. Is in senatu cum de rebus ab se gestis disseruisset, quoque in statu[14] provincia esset; questus est cum Patribus conscriptis, quod, tanto bello una secunda pugna tam feliciter perfecto, non esset habitus Diis immortalibus honos. Postulavit deinde, ut supplicationem simul triumphumque decernerent. Prius tamen, quam relatio fieret, Q. Metellus, qui consul dictatorque fuerat, 'Literas eodem tempore,' dixit, 'et consulis L. Cornelii ad senatum, et M. Marcelli ad magnam partem senatorum, allatas esse, inter se pugnantes; eoque dilatam esse consultationem, ut præsentibus auctoribus earum literarum disceptaretur. Itaque expectasse sese, ut consul, qui sciret ab legato suo adversus se scriptum aliquid, cum ipsi veniendum esset, deduceret eum[15] secum Romam; cum etiam verius esset, Ti. Sempronio imperium habenti tradi exercitum, quam legato. Nunc videri esse amotum de industria, ne ea,[16] quæ scripsisset, præsens diceret, aut argueret coram, et, si quid vani afferret, argui posset, donec ad liquidum veritas explorata esset. Itaque nihil eorum, quæ postularet consul, decernendum in præsentia censere.' Cum pergeret nihilo segnius referre, ut supplicatio decerneretur, triumphantique sibi[17] Urbem invehi liceret; M. et C. Titinii tribuni plebis, se intercessuros, si de ea re fieret senatus consultum, dixerunt.

9. Censores erant priore anno creati Sex. Ælius Pætus

13 *Dum hæc in Hispania agerentur* Gron. Doujat. Crev.—14 *A se gestis . . . quoque statu* edd. ante Gron.—15 Mog. *duceret eum.*—16 *Qui ea* Gron. Doujat. Crev.—17 Add. *in* eæd.

NOTÆ

mantica, Placentia, &c. a Tormesi ac Durio ad Tagum. Lucanus 'profugos a gente vetusta Gallorum' nominat.

et C. Cornelius Cethegus.[18] Cornelius lustrum condidit. Censa sunt civium capita centum quadraginta tria millia, septingenta quatuor. Aquæ ingentes eo anno fuerunt, et Tiberis loca plana Urbis inundavit. Circa portam Flumentanam etiam collapsa quædam ruinis sunt; et porta Cœlimontana fulmine icta est, murusque circa multis locis de cœlo tactus. Et Ariciæ et[19] Lanuvii et in Aventino lapidibus pluit; et a Capua nuntiatum est, examen vesparum ingens in forum advolasse, et in Martis æde consedisse. Eas collectas cum cura, et igni crematas esse. Horum prodigiorum causa decemviri libros adire jussi, et novemdiale sacrum factum, et supplicatio indicta est, atque Urbs lustrata. Iisdem diebus ædiculam Victoriæ Virginis,[20] prope ædem Victoriæ, M. Porcius Cato dedicavit biennio post, quam vovit. Eodem anno coloniam Latinam in agrum Thurinum[1 t] triumviri deduxerunt Cn. Manlius Vulso, L. Apustius Fullo, Q. Ælius Tubero, cujus lege deducebatur. Tria millia peditum iere, trecenti equites: numerus exiguus pro copia agri. Dari potuere tricena jugera in pedites, sexagena in equites. Apustio auctore tertia pars agri demta est, quo postea, si vellent, novos colonos ascribere possent. Vicena jugera pedites, quadragena equites acceperunt.

10. In exitu jam annus erat, et ambitio magis, quam unquam alias, exarserat consularibus comitiis. Multi et potentes petebant patricii plebeiique: P. Cornelius Cn. filius Scipio, qui ex Hispania provincia nuper decesserat magnis rebus gestis, et L. Quintius Flamininus, qui classi

18 *Cn. Corn. Ceth.* edd. ante Sigon. Mox *ducenta* pro *centum* conj. Pigh.—19 *Et* del. Gron. Doujat. Crev.—20 *Vict. Victricis* conj. Ursin.—1 Vid. Not. Delph. inf.

NOTÆ

[t] *In agrum Thurinum* [*Ferentinum*] Scripti *in castrum Ferentinum* vel *Terentinum*. Sigon. non abs re legendum putat, *in agrum Thurinum:* cujus mentio supra l. XXXIV. c. 53. ubi Q. Ælius Tubero tribunus plebis ex senatusconsulto plebiscitum fecisse dicitur, ut Latinæ duæ coloniæ, una in Bruttios, altera in Thurinum agrum deducerentur, iidemque triumviri deductores nominantur.

in Græcia præfuerat, et Cn. Manlius Vulso; hi patricii. Plebeii autem C. Lælius, Cn. Domitius, C. Livius Salinator, M'. Acilius. Sed omnium oculi in Quintium Corneliumque conjecti. Nam et in unum locum petebant[2] ambo patricii, et rei militaris gloria recens utrumque commendabat. Ceterum ante omnia certamen accendebant fratres candidatorum,[u] duo clarissimi ætatis suæ imperatores. Major gloria in Scipione, et, quo major, eo propior invidiam.[3] Quintii recentior, ut qui eo anno triumphasset. Accedebat, quod alter decimum jam prope annum assiduus in oculis hominum fuerat; quæ res minus verendos magnos homines ipsa satietate facit: consul iterum post devictum Hannibalem censorque fuerat.[4] In Quintio nova et recentia omnia ad gratiam erant: nihil nec petierat a populo post triumphum, nec adeptus erat: 'pro fratre germano, non patruele, se petere' aiebat; 'pro legato et participe administrati[5] belli. Se terra, fratrem mari, rem gessisse.' His obtinuit,[x] ut præferretur candidato, quem Africanus frater[y] ducebat;[6] quem Cornelia gens, Cornelio consule comitia habente; quem tantum præjudicium senatus, virum e civitate optimum judicatum, qui matrem Idæam Pessinunte venientem in Urbem acciperet. L. Quintius et Cn. Domitius Ahenobarbus consules facti.* Adeo ne in plebeio quidem consule, cum pro C. Lælio

2 'Pro *petebant* in edit. Froben. anni 1531. legitur *tenebant*, et in codd. Lov. 3. Harl. Mead. 1. et Gaertn. apud Drakenb. *pendebant;* unde, Livium fortasse *in unum locum tendebant*, scripsisse suspicarer, nisi idem infra quoque c. 24. 'patricii tres in unum locum petierunt.' *Doering.* 'Suspicarer *hi* pro *in*, nisi eadem dictio repeteretur inf. cap. 24.' *Rupert.*—3 *Gloria Scipionis ... propior invidiæ* Gron. Doujat. Crev. Pro *et quo major*, malit Drak. *sed quo major.*—4 'Ante *consul* excidisse videtur *et;* forteque leg. *hominum, (quæ res ... facit) et consul ... fuerat.*' Rupert.—5 *Administrandi* Crev.—6 Ed. Grut. ult. et seqq. *deducebat;* quod Gron. Doujat. Crev. Vet. lib.

NOTÆ

[u] *Fratres candidatorum*] Non tamen eodem gradu; nam hic P. Scipio non germanus erat, sed patruelis tantum frater Africani: Lucius autem Quintius frater germanus T. Flaminii.

[x] *His [Is] obtinuit*] Alias *his obtinuit;* id est, his de causis.

[y] *Africanus frater*] Nempe patruelis, ut dixi.

* A. U. C. 561.

niteretur, Africanus valuit. Postero die prætores creati L. Scribonius Libo, M. Fulvius Centumalus, A. Atilius Serranus, M. Bæbius Tamphilus,[7] L. Valerius Tappo,[8] Q. Salonius Sarra. Ædilitas insignis eo anno fuit M. Æmilii Lepidi et L. Æmilii Paulli.[9] Multos pecuarios damnarunt: ex ea pecunia clypea inaurata in fastigio Jovis ædis posuerunt. Porticum unam extra portam Trigeminam, emporio ad Tiberim adjecto; alteram a porta Fontinali[z] ad Martis aram, qua in Campum iter esset, perduxerunt.

11. Diu nihil in Liguribus dignum memoria gestum erat. Extremo ejus anni bis in magnum periculum res adducta est. Nam et castra consulis oppugnata, ægre sunt defensa; et non ita multo post, per saltum angustum cum duceretur agmen Romanum, ipsas fauces exercitus Ligurum insedit. Qua cum exitus non pateret, converso agmine redire instituit consul.[10] Et ab[11] tergo fauces saltus occupatæ a parte hostium erant, Caudinæque cladis memoria non animis modo, sed prope oculis, obversabatur. Numidas octingentos ferme equites inter auxilia habebat. Eorum præfectus consuli pollicetur, 'Se parte, utra vellet, cum suis erupturum. Tantum uti diceret, utra pars frequentior vicis esset. In eos se impetum facturum, et nihil prius quam flammam tectis injecturum, ut is pavor cogeret Ligures excedere saltu, quem obsiderent, et discurrere ad opem ferendam suis.' Collaudatum eum consul spe præmiorum onerat. Numidæ equos conscendunt, et obequitare stationibus hos-

apud Sigon. *fraterque ducebant.*—7 *Centimalus . . . Seranus . . . Pamphilus* edd. ante Sigon.—8 *Tappus* Gron. Doujat. Crev.—9 'Voss. *M. Lepidi Æmilii et P. Æmilii Paulli.* Suspicor fuisse *M. Lepidi et L. Paulli Æmiliorum.* Sic certe solet Livius.' *J. F. Gron.*

10 'Post *consul* excidit *sed,* aut potius more Livii per ἀσύνδετον omissum. Illud suspicabatur Gron. hoc Drak.' *Rupert.*—11 *A* Gron. Doujat. Crev.—

NOTÆ

[z] *Alteram a porta Fontinali*] Priscis temporibus Fontinalis dicta fuit porta trans Tiberim, quæ postea Septimiana versus Vaticanum campum. Vel eadem fuit cum Triumphali, vel non multum ab ea distans. Fontinalia porro in genere dicuntur fontium sacra, ut notat Sextus Pompeius.

tium, neminem lacessentes, cœperunt. Nihil primo aspectu contemtius. Equi hominesque paululi et graciles; discinctus et inermis eques, præterquam quod jacula secum portat; equi sine frænis, deformis ipse cursus rigida cervice et extento capite currentium. Hunc contemtum de industria augentes, labi[12] ex equis, et per ludibrium spectaculo esse. Itaque, qui primo intenti paratique, si lacesserentur, in stationibus fuerant, jam inermes sedentesque pars maxima spectabant. Numidæ adequitare, dein refugere, sed propius saltum paulatim evehi; velut quos impotentes regendi equi invitos efferrent.[13] Postremo subditis calcaribus inter medias stationes[14] hostium erupere, et, in agrum latiorem evecti, omnia propinqua viæ tecta incendunt. Proximo deinde vico inferunt ignem; ferro flammaque omnia pervastant. Fumus primo conspectus, deinde clamor trepidantium in vicis auditus, postremo seniores puerique refugientes tumultum in castris fecerunt. Itaque sine consilio, sine imperio, pro se quisque currere ad sua tutanda;[15] momentoque temporis castra relicta erant, et obsidione liberatus consul, quo intenderat, pervenit.

12. Sed neque Boii, neque Hispani, cum quibus eo anno bellatum erat, tam inimice infesti[16] erant Romanis, quam Ætolorum gens. Ii post deportatos ex Græcia exercitus primo in spe fuerant, et Antiochum in vacuam Europæ possessionem venturum, nec Philippum, aut Nabin quieturos. Ubi nihil usquam moveri viderunt, agitandum aliquid miscendumque rati, ne cunctando senescerent consilia, concilium Naupactum indixerunt. Ibi Thoas prætor eorum, conquestus injurias Romanorum statumque Ætoliæ, 'quod omnium Græciæ gentium civitatiumque in-

12 'Forte leg. *Hunc contemtum ut de i. augerent, et labi cet.*' Rupert.—13 *Velut impotentes regendi equos invitos* edd. ante Gron. qui pro *efferrent* conj. *auferrent.*—14 '*Per medias* edd. ante Drak. *per intermissas st. h.* conj. Oudend. ad Frontin. prob. Duk.' *Rupert.* *Per medias* Gron. Doujat. Crev.—15 *Tuenda* Gron. Crev.

16 'Ita omnes fere Mss. forte et Mog. probb. Gron. Duk. et Cort. ad Sallust. Cat. Hinc illud recepi pro vulg. *tam inimici infestique*; quod tamen firmari potest.' *Rupert.* 'In cod. Lov. 6. apud Drakenb. et Victor. apud Crev. post *tam* additur *tunc;* rectius fortasse *tum.*' Doering. *Tam inimici*

honoratissimi post eam victoriam essent, cujus causa ipsi fuissent,'[a] legatos censuit circa reges mittendos, qui non solum tentarent animos eorum, sed suis quemque stimulis moverent ad Romanum bellum. Damocritus ad Nabin, Nicander ad Philippum, Dicæarchus frater prætoris ad Antiochum est missus. Tyranno Lacedæmonio Damocritus, 'ademtis maritimis civitatibus enervatam tyrannidem,' dicere. 'Inde militem, inde naves navalesque socios habuisse. Inclusum suis prope muris Achæos videre dominantes in Peloponneso. Nunquam habiturum recuperandi sua occasionem,[17] si eam, quæ tum esset, prætermisisset. Nullum exercitum Romanum in Græcia esse; nec propter Gythium, aut maritimos alios Laconas, dignam causam existimaturos Romanos, cur legiones in Græciam rursus[18] transmittant.' Hæc ad incitandum animum tyranni dicebantur, ut, cum in Græciam Antiochus trajecisset, conscientia violatæ per sociorum injurias Romanæ amicitiæ, conjungeret se cum Antiocho.[19] Et Philippum Nicander haud dissimili oratione incitabat. Erat etiam major orationi materia, quo ex altiore fastigio rex, quam tyrannus, detractus erat, quoque plures ademtæ res. Ad hoc vetusta regum Macedoniæ fama, peragratusque orbis terrarum victoriis ejus gentis referebatur. 'Et tutum vel incepto,[20] vel eventu se consilium afferre. Nam neque, ut ante se moveat Philippus, quam Antiochus cum exercitu transierit in Græciam, suadere; et, qui sine Antiocho adversus Romanos Ætolosque tam diu sustinuerit bellum, ei, adjuncto Antiocho, sociis Ætolis, qui tum graviores hostes, quam Ro-

infestique omnes edd. præter Rupert.—17 'Gron. conj. *n. h. suam occ.* deleto voc. *recuperandi*, quod a Voss. Ms. abest, et interpositum videri potest ex verbis extremis hujus cap. Idem Gron. nec non Duk. et Crev. mox τὸ *propter* ante *Gythium* delendum putabant. Forte leg. *nec profecto Gythium cet.*' Rupert.—18 *Rursum* Gron. Doujat. Crev.—19 Hoc Aldo debetur. Nam And. Romæ, Med. Tarvis. et bis Venetiis dederunt, *Romæ amicitias jungerent cum Antiocho*. All. Mss. aliter. J. F. Gron. tentat *conscientia violatæ per sociorum injurias Romanæ*, (sc. amicitiæ) *amicitiam jungeret cum Antiocho*. —20 Conj. *inceptu* Ant. Periz. et Bauer.

NOTÆ

[a] *Cujus causa ipsi fuissent*] Quod fœdere cum Romanis inito eos in Græciam quasi induxissent.

mani, fuerint, quibus tandem viribus resistere Romanos nos posse?' Adjiciebat de duce Hannibale, nato adversus Romanos hoste, qui plures et duces et milites eorum occidisset, quam quot superessent. Hæc Philippo Nicander. Alia Dicæarchus Antiocho, et omnium primum, 'prædam de Philippo Romanorum esse' dicere, 'victoriam Ætolorum,[h] et aditum in Græciam Romanis nullos alios, quam Ætolos, dedisse; et ad vincendum vires eosdem præbuisse.' Deinde quantas peditum equitumque copias præbituri Antiocho ad bellum essent; quæ loca terrestribus copiis, quos portus maritimis. Tum de Philippo et Nabide libero mendacio abutebatur: 'paratum utrumque ad rebellandum esse, et primam quamque occasionem recuperandi ea, quæ bello amisissent, arrepturos.' Ita per totum simul orbem terrarum Ætoli Romanis concitabant bellum. Reges tamen aut non moti, aut tardius moti sunt.

13. Nabis extemplo circa omnes vicos maritimos dimisit, ad seditiones in iis miscendas; et alios principum[i] donis ad suam causam perduxit, alios pertinaciter in societate Romana manentes occidit. Achæis omnium maritimorum Laconum[1] tuendorum a T. Quintio cura mandata erat. Itaque extemplo et ad tyrannum legatos miserunt,[2] qui admonerent fœderis eum Romani, denuntiarentque, ne pacem, quam tantopere petisset, turbaret; et auxilia ad Gythium, quod jam oppugnabatur a tyranno, et Romam, qui ea nuntiarent, legatos miserunt. Antiochus rex, ea hyeme Raphiæ[3] in Phœnice[b] Ptolemæo regi Ægypti filia

[h] *Dicebat Dicæarchus Antiocho Romanos Philippi, communibus armis devicti, spolia cepisse, licet victoria per Ætolos esset reportata.*
[i] *Spartanorum primores.*

1 In quibusd. vett. codd. legitur *locorum;* in Lov. 3. apud Drak. *latronum.* Mox *ab* pro *a* Gron. Doujat. Crev.—2 'Tò *miserunt,* quia sub fine totius periodi idem repetitur, ut supervacuum et putide inculcatum, delendum putabat Crevierius.' *Doering.*—3 'Vett. librr. in hujus oppidi nomine admodum variant. In margine edit. Venet. anni 1495. propositæ fuerunt lectiones *Raphaneæ* et *Raphiæ,* quarum posteriorem receperunt Moguntini.' *Doering.*—

NOTÆ

[b] *Raphiæ in Phœnice*] Raphiam ad Ægypti confinia, Ptol. Samariæ assignat, Plinius Idumeæ, Strabo cum Rhinocoluræ proximam, urbem Syriæ Nostro Phœniciæ: proprie tamen Palæstinæ urbs fuit.

in matrimonium data,[c] cum Antiochiam se recepisset, per Ciliciam,[d] Tauro monte superato,[e] extremo jam hyemis Ephesum pervenit: inde principio veris, Antiocho filio[f] misso in Syriam[g] ad custodiam ultimarum partium regni, ne quid, absente se, ab tergo moveretur, ipse cum omnibus terrestribus copiis ad Pisidas, qui circa Sidam[4] [h] incolunt, oppugnandos est profectus. Eo tempore legati Romani P. Sulpicius et[5] P. Villius, qui ad Antiochum

4 Vid. Not. Delph. inf. *Sindam* emend. Jac. Gron.—5 *Et* del. Gron. Dou-

NOTÆ

[c] *Filia in matrimonium data*] Ptolemæum v. Epiphanem cognomine, Antiochus sibi reconciliavit, filia Cleopatra in matrimonium data, et velut in dotem redditis Cœlesyria, Phœnice, ac Judæa. Mater fuit hæc Cleopatra Ptolemæorum Philopatoris et Physconis.

[d] *Per Ciliciam*] Cilicia a Cilice, ut volunt dicta, Agenoris filio, Phœnicis fratre; regio est Asiæ Minoris, mari suo sejuncta ab insula Cypro, reliquis lateribus, Tauro monte cincta, quo a Pamphylia et Pisidia distinguebatur ad occidentem, a Cappadocia et minori Armenia ad septemtrionem, a Syria versus orientem. Dividebatur in campestrem, quæ ad ortum, et Trachæam sive asperam, quæ ad occasum. Caput urbium Tarsus fuit: hodie sub Turcis *Caramania* stricte sumto nomine vocatur.

[e] *Tauro monte superato*] Maximus Asiæ mons Taurus a Lycia Minoris Asiæ provincia ad extremos versus orientem Seres protenditur, variosque hinc inde per totam Asiam ramos spargit diversis nominibus. In Cilicia proprie Taurus; in Armenia Minore Antitaurus; in Syria Amanus; in Armenia Majore Gordiæus; in ejusdem et Mesopotamiæ confinio Niphates; in Iberia et Albania Caucasus; in Bactriana Paropamisus; in Scythia Imaus; aliisque alibi appellationibus.

[f] *Antiocho filio*] Duo fuere Antiochi Magni eodem nomine filii: hic prior natu, qui ex voluntate patris sororem Laodicen uxorem duxerat, ejusdem jussu brevi post necatus est, ut videbimus cap. 15. Alter fuit cognomento Epiphanes, qui in Syria regnavit post Seleucum Philopatorem fratrem natu maximum.

[g] *In Syriam*] Duplicem habet acceptionem nomen Syriæ: et late quidem sumta Phœniciam et Palæstinam cum Syria proprie dicta complectitur; atque Orientis appellatione sub Romano imperio fere intelligebatur. At Syria magis proprie dicta, continebat Syriam strictissime sumtam, (ubi Antiochia,) Cœlesyriam, sive Syriam cavam, Decapolim, Comagenen et Palmyrenen, aliaque minorum regionum vocabula: a mari Phœnicio seu Syriaco ad Euphratem protensa. Hodie Christianis *Soria*, Persis *Suristan*, Turcis dominantibus et Arabibus incolis *Scham*, tracto nomine ab urbe Damasco: primaria tamen civitas habetur *Alepum*, orientalibus *Chalab*, quæ veterum, non Berrhæa, nec Hierapolis, sed Chalybon; ut nomen ipsum demonstrat, extra regimen Arabico more pronuntiatum; est enim *Chalebon*: inde olim vinum Chalybonites.

(sicut ante dictum est) missi erant, jussi prius Eumenem adire, Elæam venere;[i] inde Pergamum (ibi regia Eumenis fuit) escenderunt.[6] Cupidus belli adversus Antiochum Eumenes erat, gravem, si pax esset, accolam tanto potentiorem regem credens; eundem, si motum bellum esset, non magis parem Romanis fore, quam Philippus fuisset, et aut funditus sublatum iri, aut, si pax victo daretur, multa illi detracta sibi accessura; ut facile deinde se ab eo sine ullo Romano auxilio tueri posset. Etiam, si quid adversi casurum foret, satius esse Romanis sociis quamcumque fortunam subire, quam solum aut imperium pati Antiochi, aut abnuentem vi atque armis cogi. Ob hæc, quantum auctoritate, quantum consilio valebat, incitabat Romanos ad bellum.

14. Sulpicius æger Pergami substitit. Villius, cum Pisidiæ bello occupatum esse regem audisset, Ephesum profectus, dum paucos ibi moratur dies,[7] dedit operam, ut cum Hannibale, qui tum ibi forte erat, sæpe congrederetur; ut animum ejus et tentaret, si qua posset, et metum demeret periculi ei quicquam ab Romanis esse. His colloquiis aliud quidem actum nihil est: secutum tamen sua sponte est,[8] velut consilio petitum esset, ut vilior ob ea



jat. Crev.—6 'Plurimi Mss. et edd. antt. *descenderunt:* quidam *ascenderunt*, prob. Gelen. quia ad mediterranea ascendatur. Pro *ibi* quidam Mss. et edd. ante Ald. *ubi.*' Rupert. *Ascenderunt* Gron. Doujat. Crev.

7 'Vox *profectus* deest in plurimis codd. apud Drak. unde is legendum fortasse suspicatur *Ephesi dum paucos moratur dies.*' Doering.—8 'Alterum *est*

NOTÆ

[h] *Ad Pisidas, qui circa Sidam*] Asiæ Minoris regio fuit Pisidia, Pamphyliæ finibus apud auctores non paucos comprehensa. Horum urbs e præcipuis Selge: unde Gelenius, cum in veteribus libris scriptum esset *qui circa Sicam,* vel *Sitam,* correxerat hic *qui circa Selgam:* sed Glar. legere maluit *qui circa Sidam.* Et fuit Sida urbs Pamphyliæ maritima, vicina Pisidiæ, non procul ostio Eurymedontis; cujus loco Moletius et the-vetus *Scandalor* hodie ponunt. Ab hac urbe cognominatus Antiochus Sidetes.

[i] *Elæam venere*] Majoris Mysiæ (quæ Asiæ Minoris regio) urbs Elæa, non procul ostio Caici ad sinum Elæaticum ex ea dictum, e regione Mitylenes, quæ urbs Lesbi insulæ: a Ptolemæo tribuitur Æolidi, diciturque Pergami navale, inter Pitanen et Myrinam: vulgo hodie, ut volunt, *l'Alea.*

regi Hannibal et suspectior ad omnia fieret. Claudius, secutus Græcos Acilianos libros,[k] P. Africanum in ea fuisse legatione tradit, eumque Ephesi collocutum cum Hannibale. Et sermonem etiam unum refert, quo quærenti Africano, 'quem fuisse maximum imperatorem Hannibal crederet?' respondisse,[9] 'Alexandrum Macedonum regem; quod parva manu innumerabiles exercitus fudisset, quodque [10] oras, quas visere supra spem humanam esset, peragrasset.' [11] Quærenti deinde, 'quem secundum poneret?' 'Pyrrhum,' dixisse. 'Castra metari primum docuisse. Ad hoc neminem elegantius loca cepisse, præsidia disposuisse; [12] artem etiam conciliandi sibi homines eam habuisse, ut Italicæ gentes regis externi, quam populi Romani, tamdiu principis in ea terra, imperium esse mallent.' Exequenti, 'quem tertium duceret?' haud dubie 'semet ipsum' dixisse. Tum risum obortum Scipioni, et subjecisse: [13] 'quidnam tu diceres, si me vicisses?' 'Tum me vero,' inquit, 'et ante Alexandrum,[l] et ante Pyrrhum, et ante omnes alios imperatores esse.' Et perplexum Punico astu responsum, et improvisum[14] assentationis genus Scipionem movisse, quod e grege se imperatorum velut inæstimabilem secrevisset.

15. Villius ab Epheso Apameam processit.[m] Eo et An-

dele; Gron. Forte et leg. *effectum tamen.*' Rupert. 'Repetitio τοῦ *est* loquendi generi Liviano haud repugnat. Nec placere potest *tum*, quod pro *est* in cod. Lov. 16. apud Drakenb. et in Vict. apud Crev. exhibetur.' *Doering.*—9 *Respondisset* edd. ante Sigon.—10 *Ultimas* add. Gron. Doujat. Crev. Kreyssig.—11 *Victoriis peragrasset* conj. Crev.—12 Malit Rupert. *et aciem disp.*—13 'In Lov. 2. apud Drakenb. et in editt. Sigonii legitur, *Tum risu oborto Scipionem subjecisse;* et sane sic bene orationis æqualitati consultum est.' *Doering.*—14 Apud Frob. et all. τὸ *improvisum* omissum.

NOTÆ

[k] *Græcos Acilianos libros*] Annalium C. Acilii meminit Plutarchus in Romulo: eos e Græco in Latinum sermonem Claudius Quadrigarius vertit, Livio teste lib. xxv. cap. 39.

[l] *Tum me vero, inquit, et ante Alexandrum*] Eadem habes apud Appianum in Syriacis, et Plutarchum.

[m] *Apameam processit*] Plures fuere Apameæ a Seleuco Nicatore conditæ in Asia, de nomine prioris uxoris. Hæc, cognomine Cibotos, quæ vox Græce arcam significat, antea Celænæ dicebatur, ad Marsiam fluvium sita, qui in Mæandrum fluit, in ea Phrygiæ magnæ parte quam Combus-

tiochus, audito Romanorum legatorum adventu, occurrit. Apameæ congressis disceptatio eadem ferme fuit, quæ Romæ inter Quintium et legatos regis fuerat. Mors nuntiata Antiochi, filii regis, quem missum paulo ante dixeram in Syriam, diremit colloquia. Magnus luctus in regia fuit, magnumque ejus juvenis desiderium. Id enim jam specimen sui dederat, ut, si vita longior contigisset, magni justique regis in eo indolem fuisse appareret. Quo carior acceptiorque omnibus erat, eo mors ejus suspectior fuit, gravem successorem eum instare senectuti suæ patrem credentem per spadones quosdam, talium ministeriis facinorum acceptos regibus, veneno sustulisse. Eam quoque causam clandestino facinori adjiciebant, quod, cum [15] Seleuco filio Lysimachiam dedisset, Antiocho quam similem daret sedem,[n] ut procul ab se honore eum quoque ablegaret,[16] [o] non habuisset. Magni tamen luctus species per aliquot dies regiam tenuit; legatusque Romanus, ne alieno tempore incommodus obversaretur, Pergamum concessit. Rex Ephesum, omisso, quod inchoaverat, bello, rediit. Ibi, per luctum regia clausa, cum Minione quodam, qui princeps amicorum ejus erat, secreta consilia agitavit. Minio, ignarus omnium externorum viresque æstimans regis ex rebus in Syria aut Asia gestis,[p] non causa modo superi-

15 'In Thuan. non reperitur τὸ *cum*. Sed et postea *habuisse* non *habuisset*, et videtur elegantius.' *Jac. Gron.*—16 Vid. Not. Delph. inf.

NOTÆ

tam appellabant, inter Laodicæas duas, eam quæ ad Mæandrum in Caria, et eam quæ Combusta dicebatur: hodie *Apasmis*.

[n] *Quam similem daret sedem*] Etsi Antiochi Enthei tempore Theodotus Bactrianam, eoque mortuo Arsaces et Tiridates Parthiam Seleucidarum imperio exemissent: hic tamen Antiochus præter Syriam, Asiæ quoque Minoris magnam partem, et cum Babylonia Mediam ac Persidem obtinuit; et Media ac Persis procul ab Antiochia ejus regia sedem idoneam Antiocho huic filio præbere potuissent: unde hæc interficiendi filii causa minus idonea videri potest.

[o] *Honore eum quoque ablegaret*] *Honore* hic idem est ac per speciem honoris; atque in scriptis sic legitur. Sigon. et Gelen. scribendum censuere, *per honorem*, quod minus Latine dici eis videretur, *honore eum ablegare*; id tamen defendit Gron. IV. Observ. 16.

[p] *Ex rebus in Syria aut Asia gestis*] Antiochus Magni cognomine diceba-

orem esse Antiochum, quod nihil æqui postularent Romani, sed bello quoque superaturum credebat. Fugienti regi disceptationem cum legatis, seu jam experto eam minus prosperam, seu mœrore recenti confuso, professus Minio, se, quæ pro causa essent, dicturum, persuasit, ut a Pergamo arcesserentur legati.

16. Jam convaluerat Sulpicius: itaque ambo Ephesum venerunt. Rex a Minione excusatus, et absente eo res agi cœpta est. Ibi præparata oratione Minio, 'Specioso titulo,' inquit, 'uti vos, Romani, Græcarum civitatium liberandarum video: sed facta vestra orationi non conveniunt; et aliud Antiocho juris statuistis,[17] alio ipsi utimini. Qui enim magis Smyrnæi Lampsacenique Græci sunt, quam Neapolitani et Rhegini et Tarentini, a quibus stipendium, a quibus naves ex fœdere exigitis? Cur Syracusas atque in alias Siciliæ Græcas urbes prætorem quotannis, cum imperio et virgis et securibus, mittitis? Nihil aliud profecto dicatis, quam armis superatis vos iis has leges imposuisse. Eandem de Smyrna et Lampsaco civitatibusque, quæ Ioniæ aut Æolidis sunt, causam ab Antiocho accipite. Bello superatas a majoribus, et stipendiarias ac vectigales factas, in antiquum jus repetit. Itaque ad hæc ei responderi velim, si ex æquo disceptatur, et non belli causa quæritur.' Ad ea Sulpicius, 'Fecit verecunde,' inquit, 'Antiochus, qui, si alia pro causa ejus non erant, quæ dicerentur, quemlibet ista, quam se, dicere maluit. Quid enim simile habet civitatium earum, quas comparasti, causa? Ab Rheginis et Neapolitanis et Tarentinis, ex quo in nostram venerunt potestatem, uno et perpetuo tenore juris, semper[18] usurpato, nunquam intermisso, quæ

17 Malit Jac. Gron. *statuitis*.—18 *Juris semper* sine distinc. Gron. Doujat.

NOTÆ

tur, non immerito: nam et rebellantes Achæum Sardibus in Asia Minori, Molonem et Alexandrum fratres in Media et Perside trans Tigrim bello ad necem adegerat, iisque commissas ceperat provincias, et adversus Parthos atque Ægyptios prospere pugnaverat, erepta Cilicia, Cœlesyria,

ex fœdere debent, exigimus. Potesne tandem dicere, ut ii populi non per se, non per alium quenquam fœdus mutaverunt,[19] sic Asiæ civitates, ut semel venerunt in majorum Antiochi potestatem, in perpetua possessione regni vestri permansisse, et non alias earum in Philippi, alias in Ptolemæi fuisse potestate, alias per multos annos nullo ambigente libertatem usurpasse? Nam si, quod aliquando servierunt, temporum iniquitate pressi, jus post tot sæcula asserendi eos in servitutem faciet;[20] quid abest, quin actum nobis nihil sit, quod a Philippo liberavimus[1] Græciam, et repetant posteri ejus Corinthum, Chalcidem, Demetriadem et Thessalorum totam gentem? Sed quid ego causam civitatium ago, quam, ipsis agentibus, et nos et regem ipsum cognoscere æquius est?'

17. Vocari deinde civitatium legationes jussit, præparatas jam ante et instructas ab Eumene, qui, quantumcumque virium Antiocho decessisset, suo id accessurum regno ducebat. Admissi plures, dum suas quisque nunc querelas, nunc postulationes inserit, et æqua iniquis miscent,[2] e disceptatione altercationem fecerunt. Itaque, neque remissa ulla re, neque impetrata, æque ac venerant, omnium incerti legati Romam redierunt. Rex, dimissis iis, consilium de bello Romano habuit. Ibi alius alio ferocius; quia, quo quisque asperius adversus Romanos locutus esset, eo spes gratiæ major erat. Alius superbiam[3] postulatorum incre-

Crev.—19 *Mutaverint* omnes edd. præter Rupert. qui *mutaverunt* recepit ex Ms. Gaertn. et emend. Duk. Mox *et* post *sic* add. Gron. Doujat. Crev.—20 *Facit* eæd.—1 'Malim *liberarimus:* sed enim plurima sic mutanda sunt, ut paulo ante *ut semel venerint*, et c. 17. extr. *cum petierint* vel *peterent*.' Bauer.

2 'Legere possis *ingerit*, sc. regi ejusve legato, ut III. 68. *expostulationes* legit Drak. et mox *et æqua iniquis miscent* pro vulg. *æqua iniquis miscentes.* Illud certe non placet: nam et *expostulationes* idem significant, quod *querelæ*, et in seqq. *neque remissa ulla re, neque impetrata*, prius manifesto *querelas*, posterius, etsi per chiasmum, respicit *postulationes*.' Bauer. 'Recte, opinor: sed ad *inserit* e seqq. intell. *disceptationi*.' Rupert. *Æqua iniquis miscentes* Gron. Doujat. Crev. *Nunc expostulationes inserit, et æq. iniq. misc.* Doer. Kreyssig.—3 'Minus placet interpunctio Drak. *Ibi alius alio ferocius* (*quia*

NOTÆ

Judæa, aliisque provinciis. Itaque non tantum in Syria et in Asia Minori, sed etiam in Asia magna egregium se ducem hactenus gesserat.

pare, tanquam Nabidi victo, sic Antiocho, maximo Asiæ regum, imponentium leges. 'Quanquam Nabidi tamen dominationem in patriam suam et patriam Lacedæmonem[q] remissam. Antiocho si Smyrna et Lampsacus imperata faciant, indignum videri.' Alii, 'parvas et vix dictu dignas belli causas tanto regi eas civitates esse; sed initium semper a parvis injusta imperandi fieri:[4][r] nisi crederent, Persas, cum aquam terramque ab Lacedæmoniis petierunt, gleba terræ et haustu aquæ[s] eguisse. Per similem tentationem Romanis[5] de duabus civitatibus agi; et alias civitates, simul duas jugum exuisse vidissent, ad liberatorem populum defecturas. Si non libertas servitute potior sit, tamen omni præsenti statu spem cuique novandi res suas blandiorem esse.'

18. Alexander Acarnan in consilio[6] erat, Philippi quondam amicus, nuper relicto eo secutus opulentiorem regiam Antiochi; et, tanquam peritus Græciæ, nec ignarus Romanorum, in eum gradum amicitiæ regis, ut consiliis quoque

... *major erat*) *alius superbiam* cet. ut vox *alius* ante *superbiam* vel delenda sit, vel propter hyperbaton sive alia interposita perspicuitatis causa repetita.' *Rupert.* Eadem apud Doer. et Kreyssig. interpunctio quæ apud Drak.—4 Vid. Not. Delph. inf. *Semper per jus injusta impetrandi fieri* Gron. *Impetrandi* et habet Doujat.—5 'Non opus est, ut cum J. F. Gron. præpositio *a* τῷ *Romanis* præponatur. Mox pro *et alias* mallt Crev. *sed alias*; sed bene se habet *et* pro etiam.' *Doering.* *At alias* vel *sed alias* tentat Rupert.

6 *Concilio* Gron. Doujat. Crev. Mox, 'alii *Philippo* offerunt. Utrumque

NOTÆ

[q] *Et patriam Lacedæmonem*] Rem auget hæc repetitio et nominis expressio, quod indignum videatur Lacedæmonem, quæ libertatis adeo semper studiosa fuerit, tyranno addictam.

[r] *Sed initium semper a parvis injusta imperandi* [*impetrandi*] *fieri*] In Reg. majori est, *parvis injusta imperandi*, et in alio Reg. qui Naudæi fuit, *injusta impetrandi*, ubi a 2da manu inter lineas inserta est litera *a*, ut sit *initium semper a parvis, &c.* quemadmodum legebat Ruben. cum vulgo in editis esset *initium semper per jus injusta impetrandi.* Tolerari potest Naudæana scriptura, etiam sine præpositione, ut initium injusta et magna impetrandi fiat petitis atque impetratis parvis rebus.

[s] *Gleba terræ et haustu aquæ*] Aliud volebat postulatum Persarum aquam terramque petentium: his quippe nominibus significabatur confessio subjectionis; quemadmodum cum quis herbam porrigere proverbio dicitur, quod victoriæ agnitæ symbolum habebatur.

arcanis interesset, acceptus erat.[7] Is, tanquam non, utrum bellandum esset, nec ne, consuleretur, sed ubi et qua ratione bellum gereretur, 'Victoriam se haud dubiam proponere animo' affirmabat, 'si in Europam transisset rex, et in aliqua Græciæ parte sedem bello cepisset. Jam primum Ætolos, qui umbilicum Græciæ incolerent, in armis eum inventurum, antesignanos ad asperrima quæque belli paratos. In duobus velut cornibus Græciæ Nabin a Peloponneso concitaturum omnia, repetentem Argivorum urbem, repetentem maritimas civitates, quibus eum depulsum Romani Lacedæmoniis muris inclusissent; a Macedonia Philippum, ubi primum bellicum cani audisset, arma capturum. Nosse se spiritus ejus, nosse animum: scire, ferarum modo, quæ claustris aut vinculis teneantur, ingentes jam diu iras eum in pectore volvere. Meminisse etiam se, quoties in bello precari omnes Deos solitus sit, ut Antiochum sibi darent adjutorem. Cujus voti si compos nunc fiat, nullam moram rebellandi facturum. Tantum non cunctandum, neque cessandum esse. In eo enim victoriam verti, si et loca opportuna, et socii præoccuparentur. Hannibalem quoque sine mora mittendum in Africam esse ad distringendos Romanos.'

19. Hannibal non adhibitus[8] in consilium, propter colloquia cum Villio suspectus regi, et in nullo postea honore habitus, primo eam contumeliam tacitus tulit; deinde melius esse ratus, et percunctari causam repentinæ alienationis, et purgare se, tempore apto,[9] [t] quæsita simpliciter iracundiæ causa auditaque, 'Pater Hamilcar,' inquit, 'Antioche, parvum admodum me, cum sacrificaret, altaribus admotum jure jurando adegit, nunquam amicum fore populi

recte. Prætulerim tamen *Philippo.*' Doering.—7 'Τὸ *erat,* quia jam præcessit, delendum putat Dukerus.' *Doering.*
8 Additur *est* in edd. ante Sigon. Mox *concilium* Gron. Doujat.—9 Malit

NOTÆ

[t] *Tempore apto*] Conjicit Gron. *tempore capto,* sed non minus huic loco aptum, quod vulgo legitur.

Romani. Sub hoc sacramento sex et triginta annos militavi: hoc me in pace patria mea expulit:[a] [10] hoc patria extorrem in tuam regiam adduxit: hoc duce,[11] [u] si tu spem meam destitueris, ubicumque vires, ubi arma esse sciam, huc veniam, toto orbe terrarum quærens aliquos Romanis hostes. Itaque, si quibus tuorum meis criminibus apud te crescere libet,[b] aliam materiam crescendi ex me [12] quærant. Odi odioque sum Romanis. Id me verum dicere, pater Hamilcar et Dii testes sunt. Proinde, cum de bello Romano cogitabis, inter primos amicos Hannibalem habeto. Si qua res te ad pacem [13] compellet, in id consilium alium, cum quo deliberes, quærito.' Non movit modo talis oratio regem, sed etiam reconciliavit Hannibali. Ex consilio ita discessum est, ut bellum gereretur.

20. Romæ destinabant quidem sermonibus hostem Antiochum, sed nihil dum ad id bellum præter animos parabant. Consulibus ambobus Italia provincia decreta est, ita ut inter se compararent sortirenturve, uter comitiis ejus anni præesset: ad utrum ea non pertineret cura, ut paratus esset, si quo eum extra Italiam opus esset ducere legiones. Huic consuli permissum, ut duas legiones scriberet novas, et socium Latini nominis viginti millia et equites octingentos.[14] Alteri consuli duæ legiones decretæ, quas L. Cornelius consul superioris anni habuisset, et socium ac Latini nominis ex eodem exercitu [15] quindecim millia et equites

[a] *Juramentum illud effecit ut extra patriam profectus sim, &c.*
[b] *Si aliqui e familiaribus tuis sunt qui quærant apud te gratia augeri me accusando.*

J. F. Gron. *capto.*—10 *Extulit* Gron. Doujat.—11 Malit J. F. Gron. *hoc ducente.*—12 *Quam ex me* Gron. Doujat. Crev.—13 Thuan. *in pacem;* teste Jac. Gron.

14 *Nongentos* Gron. Doujat. Crev.—15 'In omnibus vett. editt. post *exercitu* additur *pedites,* pro quo J. Fr. Gronovius, ut Latinitatem juvaret, *peditum* scribendum esse suspicatus est. At Dukerus vulgatam lectionem *pedites* defendi posse putat, si ad *millia* suppleatur vel *numero,* vel præpositio *ad.*'

NOTÆ

[u] *Hoc duce*] Figurate dixit sacramento duce, quasi jurijurando personam affingens.

quingenti. Q. Minucio cum exercitu, quem in Liguribus habebat, prorogatum imperium. Additum, in supplementum ut quatuor millia peditum Romanorum scriberentur et centum quinquaginta equites; et sociis eodem quinque millia peditum imperarentur, ducenti quinquaginta equites.[c] Cn. Domitio extra Italiam, quo senatus censuisset, provincia evenit, L. Quintio Gallia et comitia habenda. Prætores[16] [x] deinde provincias sortiti; M. Fulvius Centumalus urbanam, L. Scribonius Libo peregrinam, L. Valerius Tappo[17] Siciliam, Q. Salonius Sarra Sardiniam, M. Bæbius Tamphilus Hispaniam citeriorem, A. Atilius Serranus ulteriorem. Sed his duobus primum senatus consulto, deinde plebis etiam scito permûtatæ[18] provinciæ sunt. Atilio classis et Macedonia, Bæbio Bruttii decreti. Flaminio Fulvioque in Hispaniis prorogatum imperium. Bæbio Tamphilo in Bruttios duæ legiones decretæ, quæ priore anno urbanæ fuissent; et ut[19] sociis eodem millia peditum quindecim imperarentur et quingenti equites. Atilius triginta naves quinqueremes facere jussus, et ex navalibus veteres deducere, si quæ utiles essent, et scribere navales socios. Et consulibus imperatum, ut ei duo millia socium ac Latini nominis et mille pedites darent[20] Romanos. Hi duo prætores et duo exercitus, terrestris navalisque, adversus

[c] *Et imperarentur sociis quinque millia peditum scribenda, ut in Ligures etiam Q. Minucio mitterentur.*

Doering. *Pedites* add. Gron. Doujat. Crev.—16 Vid. Not. Delph. inf.—17 *Tappus* Gron. Doujat. Crev.—18 Pet. et Voss. *primum SC. deinde plebei jam permutatæ.*—19 *Ut et* Gron. Doujat. Crev.—20 In antiquis editt. vulgo

NOTÆ

[x] *Et comitia habenda. Prætores*] In omnibus scriptis et editis est *comitia habita:* sensus tamen exigit ut cum Gelenio scribamus *comitia habenda:* quibus verbis significatur cura comitiorum anni proximi: quod manifeste sequitur ex iis quæ initio hujus cap. dicta sunt, decretum fuisse ut Coss. inter se compararent sortirenturve uter comitiis hujus anni præesset, quæ sane nondum habita. At τὸ *prætorum*, quod sequitur in melioribus, ad sequentia refertur; nec necesse est mutari in *prætores.* Significat enim ex prætoribus M. Fulvium provinciam urbanam sortitum esse, L. Scribonium peregrinam, &c.

Nabin, aperte jam oppugnantem socios populi Romani, dicebantur parari. Ceterum legati ad Antiochum missi expectabantur; et,[1] priusquam ii redissent, vetuerat Cn. Domitium consulem senatus ab Urbe discedere.

21. Prætoribus Fulvio et Scribonio, quibus, ut jus dicerent Romæ, provincia erat, negotium datum, ut, præter eam classem, cui Atilius præfuturus erat, centum quinqueremes pararent. Priusquam consul prætoresque in provincias proficiscerentur, supplicatio fuit prodigiorum causa. Capram sex hædos uno fœtu edidisse, ex Piceno nuntiatum est; et Arretii puerum natum unimanum; Amiterni terra pluisse;[2] Formiis portam murumque de cœlo tacta; et (quod maxime terrebat) consulis Cn. Domitii bovem locutum,[3] ROMA CAVE TIBI. Ceterorum prodigiorum causa supplicatum est; bovem cum cura servari alique haruspices jusserunt. Tiberis, infestiore quam priore impetu[4] [y] illatus Urbi, duo pontes,[5] ædificia multa, maxime circa portam Flumentanam,[z] evertit. Saxum ingens, sive imbribus, sive motu terræ leviore quam ut alioqui sentiretur, labefactatum, in vicum Jugarium[a] ex Capitolio procidit, et multos oppressit. In agris passim inundatis pecua[6] ablata, villarum strages facta est. Priusquam L. Quintius consul in provinciam perveniret, Q. Minucius in agro Pisano cum Liguribus signis collatis pugnavit: novem millia hostium occidit; ceteros fusos fugatosque in castra compulit. Ea

edebatur *et consuli imperatum, ut ei . . . daret;* ut Gron. Doujat. Crev.—1 Vocula *et* in ultima ed. Gruteri, et deinde in plurimis edd. In Gron. Doujat. Crev. omissa est.

2 Barber. et edd. ante Curionem *terram pluisse* vel *pluvisse.*—3 Antiqua lectio erat, *et, quod maxime terrebat consulem Cn. Domitium, bovem loquutum.*—4 'Tan. Faber tentabat *infestiore, quam priore anno, impetu,* et J. Fr. Gron. *infestiore, quam prius impetu.* Neutrum opus est.' *Doering.*—5 *Duos pontes* olim legebatur.—6 Omnes fere codd. apud Drak. exhibent *pecora.*

NOTÆ

[y] *Quam priore impetu*] Apertius locutus esset Livius, si scripsisset *infestiore quam priore anno impetu,* quemadmodum legi vellet Tan. Faber.

[z] *Circa portam Flumentanam*] Affluenti proxima Tiberi et campo Martio erat hæc porta, cui nunc fere respondet *Porta del Popolo.*

[a] *In vicum Jugarium*] Vicus Jugarius ea Capitolii parte fuit, in qua

usque in noctem magno certamine oppugnata defensaque sunt. Nocte clam profecti Ligures: prima luce Romanus vacua castra invasit. Prædæ minus inventum est, quod subinde spolia agrorum capta domos mittebant. Minucius nihil deinde laxamenti hostibus dedit. Ex agro Pisano in Ligures profectus, castella vicosque eorum igni ferroque pervastavit. Ibi præda Etrusca, quæ missa a populatoribus fuerat, repletus est miles Romanus.

22. Sub idem tempus legati ab regibus Romam reverterunt. Qui cum nihil, quod satis maturam causam belli haberet, nisi adversus Lacedæmonium tyrannum, attulissent, quem et Achæi legati nuntiabant [7] contra fœdus maritimam oram Laconum oppugnare; Atilius prætor cum classe missus est in Græciam ad socios tuendos. Consules, quando nihil ab Antiocho instaret, proficisci ambo [8] in provincias placuit. Domitius ab Arimino, qua proximum fuit, Quintius per Ligures in Boios venit. Duo consulum agmina diversa late agrum hostium pervastarunt. Primo equites eorum pauci cum præfectis, deinde universus senatus, postremo in quibus aut fortuna aliqua, aut dignitas erat, ad mille quingenti ad consules transfugerunt. Et in utraque Hispania eo anno res prospere gestæ. Nam et C. Flaminius oppidum Litabrum,[9] [b] munitum opulentumque, vineis expugnavit, et nobilem regulum Corribilonem vivum cepit; et M. Fulvius proconsul [10] cum duobus exercitibus hostium



7 *Annuntiabant* Gron. Doujat. Crev.—8 Vet. lib. apud Sigon. *ambos.*—9 Tentat Moral. in Chron. et in Antiq. *Britablum.*—10 *Proprætor* omnino

NOTÆ

porta Carmentalis; in regione postea octava fori scilicet Romani.

[b] *Oppidum Litabrum*] In Hispania citeriori fuit, ut ex c. 7. hujus libri colligitur. Eum locum apud Segobiam Arevacorum urbem Moralis ponit, quod mirum mihi videtur, quandoquidem Toletum, quod citra Arevacos, et minus distat ab Ibero flumine, hoc adhuc tempore fuisse Hispaniæ ulteriori attributum, inde colligo quod ibi M. Fulvius ejus provinciæ prætor cum Vectonibus aut Vaccæis dimicasse scribitur, eodem cap. 7. hujus lib. *Liboræ* nomen in Carpetanis infra Toletum ad Tagum minus placet. In Arevacis ponit Briet. Litabrum aut Britablum, et interpretatur *Marcotea.*

duo secunda prælia fecit; oppida duo Hispanorum, Vesceliam [c] Holonemque,[11] [d] et castella multa expugnavit: alia voluntate ad eum defecerunt. Tum in Oretanos progressus, et ibi duobus potitus oppidis, Noliba [e] et Cusibi,[f] ad Tagum amnem ire pergit. Toletum ibi parva urbs [g] erat, sed loco munito.[12] Eam cum oppugnaret, Vettonum magnus exercitus [h] Toletanis subsidio venit. Cum his signis collatis prospere pugnavit, et, fusis Vettonibus, operibus Toletum cepit.

23. Ceterum eo tempore minus ea bella, quæ gerebantur, curæ Patribus erant, quam expectatio nondum cœpti cum Antiocho belli. Nam etsi per legatos identidem omnia explorabantur, tamen rumores, temere sine ullis auctoribus orti, multa falsa veris miscebant. Inter quæ allatum erat, cum in Ætoliam venisset [13] Antiochus, extemplo classem eum in Siciliam missurum. Itaque senatus, etsi prætorem Atilium cum classe miserat in Græciam, tamen, quia non copiis modo, sed etiam auctoritate opus erat ad tuendos [i] sociorum

legendum esse Duk. existimabat.—11 'In multis Mss. *Helonemque;* unde Jac. Gron. emend. *Belonemque.*' Rupert. Paulo supra *duo* del. Gron. Doujat. Crev.—12 *Munita* eæd.

NOTÆ

[c] *Vesceliam*] Indicatur forte *Vesci* seu *Vescis* Plinio et Ptolemæo cognitum oppidum Turdulorum, in extremis versus ortum Bæticæ finibus. Nigro *Velez*, aliis *Huesca*, Sansoni *Vergix*.

[d] *Holonemque*] Significari puto *Alonas* Contestanorum oppidum, quod Melæ est Alon, ad sinum Illicitanum: hodie *Xixona* in regno Valentiæ, aut inde non procul. Brietio, post Ferrarium, Alane, seu Holone, est *Alicante*.

[e] *Noliba*] Brietius Nolibam sive Nolebiam Oretanis ascribit, et circa Malagam fuisse vult; quod stare non potest: siquidem *Malaga*, quæ olim Malaca, est in Bastulis Pœnis qui Bæticæ populi maritimi. Num potius *Almodovar* aut *Molina?*

[f] *Cusibi*] In Oretanis quoque fuisse patet ex hoc loco; et fallor nisi fuit ubi *la Puebla de Alcocer*.

[g] *Toletum ibi parva urbs*] Videtur tamen caput Carpetanorum jam tum fuisse, etsi tunc parva: certe non parum deinde hæc urbs crevit Hispaniæ Carthaginiensis metropolis facta, et postea Gothorum regia.

[h] *Vettonum* [*Vectonum*] *magnus exercitus*] Vectones seu Vettones, ulterioris Hispaniæ populi, Lusitanis ad ortum: ubi nunc regni Legionensis pars australis, et Estremadura.

[i] *Ad tuendos*] Recte conjiciebat J. F. Gron. *tenendos;* hoc est, ad eos tenendos in Romano fœdere. *J. Clericus.*

animos,[14] [k] T. Quintium et Cn. Octavium et Cn. Servilium et P. Villium legatos in Græciam misit, et, ut M. Bæbius ex Bruttiis ad Tarentum et Brundisium promoveret legiones, decrevit, ut inde, si res posceret, in Macedoniam trajiceret; et ut [15] M. Fulvius prætor classem navium viginti [16] mitteret ad tuendam Siciliæ oram; et ut cum imperio esset, qui classem eam duceret; (duxit L. Oppius Salinator, qui priore anno ædilis plebis fuerat;) et ut idem prætor L. Valerio collegæ scriberet, 'Periculum esse, ne classis regis Antiochi ex Ætolia in Siciliam trajiceret: itaque placere senatui, ad eum exercitum, quem haberet, tumultuariorum militum ad duodecim millia [17] [l] et quadringentos equites scribere eum, quibus oram maritimam provinciæ, qua vergeret in Græciam, tueri posset.' Eum delectum prætor non ex Sicilia ipsa tantum, sed etiam ex circumjacentibus insulis habuit; oppidaque omnia maritima, quæ in Græciam versa erant, præsidiis firmavit. Addidit alimenta rumoribus adventus Attali, Eumenis fratris, qui nuntiavit, Antiochum regem Hellespontum cum exercitu transisse, et Ætolos ita se parare, ut sub adventum ejus in armis essent. Et Eumeni absenti, et præsenti Attalo gratiæ actæ; et ædes liberæ, locus, lautia [18] [m] decreta, et munera data, equi duo,

13 Voss. *ut in Ætoliam venisset.*—14 'Valde arridet J. F. Gron. vel potius Tan. Fabri conjectura *ad tenendos sociorum animos.*' Doer.—15 Creviero displicebat repetita particula *ut.*—16 'Ita e Ms. Mogunt. et multis aliis h. l. et cap. 24. pro vulg. *c. n. triginta* recepi, mirorque idem haud fecisse Drak. qui tamen hanc lect. ex XXXVI. 2. probabilem fieri monet, et ubivis fere codicem Mog. sequitur.' *Rupert. Triginta* Gron. Doujat. Crev. c. Drak. Mox τὸ *ut* ante *cum imperio* del. Gron. Doujat. Crev.—17 In plerisque ante Drak. et in Gron. Doujat. Crev. additur *pedites;* pro quo omnino scribendum putat Gron. *peditum.*—18 *Ædes liberæ Attalo, ac lautia* edd. ante Sigon.

NOTÆ

[k] *Ad tuendos sociorum animos*] Fatetur Gron. verbum *tueri* interdum sumi pro alere, sustentare: dubitat tamen cum Tan. Fabro, an non scriptum fuerit, *ad tenendos sociorum animos;* id est, retinendos.

[l] *Ad duodecim millia* [*pedites*] Videtur Gronovio insititium esse nomen *pedites,* cum militum nomen, paulo ante scriptum, id significet.

[m] *Ædes liberæ, locus, lautia*] Locus, opinor, intelligitur in spectaculis publicis, velut in orchestra ubi ludi scenici fiebant.

bina equestria arma, et vasa argentea centum pondo[n] et aurea viginti pondo.[o]

24. Cum alii atque alii nuntii bellum instare afferrent, ad rem pertinere visum est, consules primo quoque tempore creari. Itaque senatus consultum factum est, ut M. Fulvius prætor literas extemplo ad consulem mitteret, quibus certior fieret, senatui placere, provincia exercituque tradito legatis, Romam reverti eum, et ex itinere præmittere edictum, quo comitia consulibus creandis ediceret. Paruit his literis consul,[p] et, præmisso edicto, Romam venit. Eo quoque anno magna ambitio fuit, quod patricii tres in unum locum petierunt,[q] P. Cornelius Cn. F. Scipio, qui priore anno repulsam tulerat, et L. Cornelius Scipio et Cn. Manlius Vulso. P. Scipioni,[r] ut dilatum viro tali, non negatum, honorem appareret, consulatus datus est. Additur[19] ei de plebe collega M'. Acilius Glabrio.* Postero die prætores creati, L. Æmilius Paullus, M. Æmilius Lepidus, M. Junius Brutus, A. Cornelius Mammula, C. Livius, et L. Oppius; utrique eorum Salinator[20] cognomen erat. Oppius is erat, qui classem viginti[1] navium in Siciliam duxerat. Interim dum novi magistratus sortirentur provincias, M. Bæbius a Brundisio cum omnibus copiis transire in Epirum est jussus, et circa Apolloniam copias continere; et M. Fulvio prætori urbano negotium datum est, ut quinqueremes novas quinquaginta faceret.

19 *Additus* Gron. Doujat. Crev.—20 'Citra necessitatem malebat J. F. Gron. *Salinatori.*' Doering.—1 *Triginta* ut sup. Gron. Doujat. Crev. c. Drak.

NOTÆ

n *Vasa argentea centum pondo*] Intellige tria millia librarum nostrarum cum sexcentis, si materia spectetur, præter artificis operam.

o *Aurea viginti pondo*] Si ponderis tantum et metalli ratio habeatur, reddentur undecim millia ac ducentæ libræ.

p *Paruit his literis consul*] L. Quintius is fuerit, an Cn. Domitius, difficile est pronuntiare.

q *In unum locum petierunt*] Duorum consulum alter necessario e plebe creandus erat; ideoque oportebat in idem munus consulare omnes candidatos patricios concurrere.

r *P. Scipioni*] Qui Nasica dictus.

* A. U. C. 562.

25. Et populus quidem Romanus ita se ad omnes conatus Antiochi præparabat. Nabis jam non differebat bellum, sed summa vi Gythium oppugnabat; et, infensus[2] Achæis, quod miserant obsessis præsidium, agros eorum vastabat. Achæi, non antea ausi capessere bellum, quam ab Roma revertissent legati, ut, quid senatui placeret, scirent, post reditum legatorum et Sicyonem[3] concilium edixerunt, et legatos ad T. Quintium miserunt, qui consilium ab eo peterent. In concilio omnium ad bellum extemplo capessendum inclinatæ sententiæ erant: literæ T. Quintii cunctationem injecerunt, quibus auctor erat prætorem classemque Romanam expectandi. Cum principum alii in sententia permanerent, alii utendum ejus, quem ipsi consuluissent, consilio censerent; multitudo Philopœmenis sententiam expectabat. Prætor is tum erat, et omnes eo tempore et prudentia[4] et auctoritate anteibat. Is præfatus, 'Bene comparatum apud Achæos[5] esse,[s] ne prætor, cum de bello consuluisset, ipse sententiam diceret,' statuere quam primum ipsos, quid vellent, jussit. 'Prætorem decreta eorum cum fide et cura executurum, annisurumque, ut, quantum in consilio humano positum esset, nec pacis eos pœniteret, nec belli.' Plus ea oratio momenti ad incitandos ad bellum habuit, quam si aperte suadendo cupiditatem res gerendi ostendisset. Itaque ingenti consensu bellum decretum est: tempus et ratio administrandi ejus libera prætori permissa sunt. Philopœmen, præterquam quod ita Quintio placeret, et ipse existimabat, classem Romanam expectandam, quæ a mari Gythium tueri posset; sed metuens, ne dila-

2 In quibusd. librr. vett. *infestus.* Mox 'Duk. pro *antea* malebat *ante; τὸ a* ob sequens statim *a* temere fortasse geminatum esse existimans.' *Doering.* —3 Male in cod. Voss. *Sicyone*, ut testatur Doer.—4 Buslid. et Voss. *et providentia.*—5 Vid. Not. Delph. inf. *Ætolos* Gron. Doujat. Crev. Doer. c. Drak.

NOTÆ

[s] *Apud Achæos* [*Ætolos*] *esse*] Lege *apud Achæos*: nam in Achæorum non Ætolorum concilio hæc agebantur, et hic mos apud liberos populos fere omnes receptus. Denique Philopœmeni Achæorum prætori servandus erat mos patrius, non Ætolicus.

tionem res non pateretur, et non Gythium solum, sed præsidium quoque missum ad tuendam urbem amitteretur, naves Achæorum deduxit.

26. Comparaverat et tyrannus modicam classem ad prohibenda, si qua obsessis mari summitterentur, præsidia, tres tectas naves et lembos pristesque,[t] tradita vetere classe ex fœdere Romanis. Harum novarum tum navium agilitatem ut experiretur, simul ut omnia[6][u] satis apta ad certamen essent, provectos in altum quotidie remigem militemque simulacris navalis pugnæ exercebat, in eo ratus verti spem obsidionis, si præsidia maritima interclusisset. Prætor Achæorum, sicut terrestrium certaminum arte quemvis clarorum imperatorum vel usu vel ingenio æquabat, ita rudis in re navali erat; Arcas mediterraneus homo,[d] externorum etiam omnium, nisi quod in Creta præfectus auxiliorum militaverat, ignarus. Navis erat quadriremis vetus, capta annis octoginta[7][x] ante, cum Crateri uxorem Nicæam[y] ab Naupacto Corinthum veheret. Hujus fama

[d] *In Arcadia natus, quæ regio mare nulla ex parte attingit.*

6 *Harum ut novar. .... agilitatem experiretur, simul omnia* Gron. Doujat. Crev.—7 *Octo* edd. ante Ald. *quadraginta* conj. Sigon. e Plut. Mox *a Nau-*

NOTÆ

[t] *Pristesque*] Pristis genus est piscis marini longissimi, et pro longitudine angusti corporis: ab ejus similitudine naves oblongæ pristes dicebantur, ut Æn. v. 'Velocem Mnestheus agit acri remige pristin.' Notat Servius 'pistricem' dici de bellua, 'pistrin' de navi: sed Virg. de Scylla monstro marino dixit, 'postrema immani corpore pistris.' Et vero deducitur utrumque a Græco πρίζειν, quod est *secare*, a secandis nempe fluctibus.

[u] *Simul ut omnia* [*simul omnia*] Vulgo legitur, *simul ut omnia*, belle, ni fallor, ad sensum: in scriptis desideratur particula *ut:* sed satis intelligitur.

[x] *Annis octoginta*] Ita legendum concordibus libris, etsi Plutarchus quadraginta tantum annos numeret. Nam non alius facile occurrit Craterus, cui hæc conveniant, quam Demetrii Poliorcetæ filius, Antigoni Gonatæ Macedoniæ regis frater, cujus meminit Prologus 26. Trogi Pompeii, et Phlegon Trallianus de Admirandis cap. 32. laudati a Gron. Ætas autem Antigoni Gonatæ, qui a Pyrrho pulsus ac deinde restitutus est, convenit cum Olympiade 120. et cum anno urbis 480. unde ad hunc annum numerantur anni octoginta pleni.

[y] *Uxorem Nicæam*] Verum hoc videtur nomen, quamvis libri manu exarati *Nicalam* habeant.

motus (fuerat enim nobile in classe regia quondam navigium) deduci ab Ægio putrem jam[8] admodum et vetustate dilabentem jussit. Hac tum prætoria nave præcedente classem, cum in ea Patrensis Tiso præfectus classis veheretur, occurrerunt a Gythio Laconum naves: et primo statim incursu ad novam et firmam navem vetus, quæ per se ipsa omnibus compagibus aquam acciperet, divulsa est; captique omnes, qui in nave erant. Cetera classis, prætoria nave amissa, quantum quæque remis valuit, fugerunt.[9] Ipse Philopœmen in levi speculatoria[10] nave fugit; nec ante fugæ finem, quam Patras ventum est,[11] fecit. Nihil ea res animum militaris viri et multos experti casus imminuit. Quin contra, si in re navali, cujus esset ignarus, offendisset, eo plus in ea, quorum usu calleret, spei nactus, breve id tyranno gaudium se effecturum affirmabat.

27. Nabis, cum prospera elatus re,[12] tum spem etiam haud dubiam nactus, nihil jam a mari periculi fore, et terrestres aditus claudere opportune positis præsidiis voluit. Tertia parte copiarum ab obsidione Gythii abducta, ad Pleias[13] [z] posuit castra. Imminet is locus et Leucis et Acriis,[14] [a] qua videbantur hostes exercitum admoturi. Cum ibi stativa essent, et pauci tabernacula haberent, multitudo alia casas ex arundine[15] textas fronde, quæ umbram modo præberet, texissent; priusquam in conspectum hosti[16] veniret Philopœmen, nec opinantem eum[b] improviso genere belli aggredi statuit. Navigia parva in stationem occultam

pacto Kreyssig.—8 *Putrem eam* edd. ante Sigon. et mox *ac tum* pro *hac tum*.—9 *Fugit* Lov. 5. et edd. principes exhibent; ut testatur Doer.—10 *Piscatoria* omnes codd. præter Mog. et edd. ante Ald.—11 *Sit* Gron. Doujat. Crev.

12 *Re elatus* Kreyssig.—13 Vid. Not. Delph. inf.—14 *Acris* Gron. Doujat. Crev. In Crev. min. *Acriis* legitur.—15 *Arundinibus* eæd.—16 *Hostium*

NOTÆ

[z] *Ad Pleias*] Lege *ad Bœas*, quod nomen est loci, juxta Acrias et Leucas in Laconica ex Polyb. lib. v. et Pausan. in Lacon. Sigonius *ad Elium* legendum putat, quam etiam urbem in Laconia memorat Polybius.

[a] *Et Acriis* [*Acris*] Lege *Acriis*, ex auctoribus iisdem. Etenim Acriæ una fuit e septemdecim urbibus Eleutherolaconum ad sinum Laconicum.

[b] *Nec opinantem eum*] Nabin scilicet.

agri Argivi contraxit: in ea expeditos milites, cætratos plerosque, cum fundis et jaculis et alio levi genere armaturæ, imposuit. Inde littora legens, cum ad propinquum castris hostium promontorium venisset, egressus callibus notis, nocte Pleias pervenit; et, sopitis vigilibus, ut in nullo propinquo metu, ignem casis ab omni parte castrorum injecit. Multi prius incendio absumti sunt, quam hostium adventum sentirent; et, qui senserant, nullam opem ferre potuerunt. Ferro flammaque omnia absumta: perpauci tamen ex tam ancipiti peste ad Gythium in majora castra perfugerunt. Ita perculsis hostibus, Philopœmen protenus ad depopulandam Tripolim Laconici agri,[c] qui proximus finem Megalopolitarum[17] est, duxit; et, magna vi pecorum hominumque inde abrepta, priusquam a Gythio tyrannus præsidium agris mitteret, discessit. Inde Tegeam[18] exercitu contracto, concilioque eodem et Achæis et sociis indicto, in quo et Epirotarum et Acarnanum fuere principes, statuit, quoniam satis et suorum a pudore maritimæ ignominiæ restituti animi, et hostium conterriti essent, ad Lacedæmonem ducere: eo modo uno ratus ab obsidione Gythii hostem abduci posse. Ad Caryas primum in hostium terra posuit castra. Eo ipso die Gythium expugnatum est. Cujus rei ignarus Philopœmen, castra ad Barbosthenem (mons est decem millia passuum ab Lacedæmone) promovit. Et Nabis, recepto Gythio, cum expedito exercitu inde profectus, cum præter Lacedæmonem raptim duxisset, Pyrrhi (quæ vocant) castra occupavit; quem peti locum ab Achæis, non dubitabat. Inde hostibus occurrit. Obtinebant autem longo agmine propter angustias viæ prope quinque millia passuum. Cogebatur agmen ab equitibus, et maxime a parte auxiliorum;[19]

Gron. Doujat. Crev. Doer. c. Drak.—17 Malit J. F. Gron. *Megapolitanum.*—18 Olim legebatur *Inde Telegam.* *Idem Tegeam* Gron. Doujat.—19 ' Inge-

NOTÆ

[c] *Tripolim Laconici agri*] Hæc Tripolis Laconica ad septemtrionem Spartæ in occidua Laconiæ regione fuit, Eurotam inter et Alpheum; ad fines Megalopolis Arcadiæ urbis.

quod existimabat Philopœmen, tyrannum mercenariis militibus, quibus plurimum fideret, ab tergo suos aggressurum. Duæ res simul inopinatæ perculerunt eum: una, præoccupatus, quem petebat, locus; altera, quod primo agmini occurrisse hostem cernebat, ubi, cum per loca confragosa iter esset, sine levis armaturæ præsidio signa ferri non videbat posse.

28. Erat autem Philopœmen præcipuæ in ducendo agmine locisque capiendis solertiæ atque usus; nec belli tantum temporibus, sed etiam in pace, ad id maxime animum exercuerat. Ubi iter quopiam faceret, et ad difficilem transitu saltum venisset, contemplatus ab omni parte loci naturam, cum solus iret,[20] secum ipse agitabat animo; cum comites haberet, ab iis quærebat, 'si hostis eo loco apparuisset; quid, si a fronte, quid, si ab latere hoc aut illo, quid, si ab tergo adoriretur, capiendum consilii foret? Posse instructos recta acie, posse inconditum agmen, et tantummodo aptum viæ,[1] occurrere. Quem locum ipse capturus esset,' cogitando aut quærendo exequebatur,[e] 'aut quot armatis, aut quo genere armorum (plurimum enim interesse) usurus; quo impedimenta, quo sarcinas, quo turbam inermem rejiceret; quanto ea, aut quali præsidio custodiret; et utrum pergere, qua cœpisset ire via, an eam,[2] qua venisset, repetere[d] melius esset; castris quoque quem locum caperet, quantum munimento amplecteretur loci, qua opportuna aquatio, qua pabuli lignorumque copia esset, qua postero die castra moventi tutum maxime iter, quæ forma agminis foret.' His curis cogitationibus-

[e] *Pergebat quærere et interrogare.*

niose Jac. Perizonius legendum esse conjecit, *et maxima parte auxiliorum.*' Doering. Mox *a tergo* Gron. Doujat. Crev.

20 *Erat* Gron. Doujat. Mox *a tergo* Gron. Doujat. Crev.—1 'Debebat *viæ aptum:* nam *viæ* hic præcipua notio et ratio est; Bauer. Hæc forte nimis

NOTÆ

[d] *An eam, [ea,] qua venisset, repetere*] Immo *eam,* inquit Gron. sed *ea* adverbialiter sumi potest.

que ita ab ineunte ætate animum agitaverat, ut nulla ei nova in tali re cogitatio esset. Et tum omnium primum agmen constituit: dein Cretenses auxiliares et, quos Tarentinos vocabant, equites, binos secum trahentes equos, ad prima signa misit; et, jussis equitibus subsequi, super torrentem, unde aquari possent, rupem occupavit. Eo impedimenta omnia et calonum turbam conjectam [3] armatis circumdedit, et pro natura loci castra communivit. Tabernacula statuere in aspretis et inæquabili solo difficile erat. Hostes quingentos passus aberant. Ex eodem rivo utrimque [4] cum præsidio levis armaturæ aquati sunt; et, priusquam (qualia in [5] propinquis castris solent) contraheretur certamen, nox intervenit. Postero die apparebat pugnandum pro aquatoribus circa rivum esse. Nocte in valle a conspectu hostium aversa, quantam multitudinem locus occulere poterat, condidit, cætratorum.

29. Luce orta, Cretensium levis armatura et Tarentini equites super torrentem prælium commiserunt. Telemnastus [6] [e] Cretensis popularibus suis, equitibus Lycortas Megalopolitanus [f] præerat. Cretenses et hostium auxiliares,[g] equitumque idem genus Tarentini, præsidio aquatoribus erant. Aliquamdiu dubium prælium fuit, ut eodem ex parte utraque hominum genere et armis paribus. Procedente certamine, et numero vicere tyranni auxiliares, et quia ita præceptum a Philopœmene præfectis erat, ut, modico edito prælio, in fugam inclinarent, hostemque ad insidiarum locum pertraherent. Effuse [7] secuti fugientes [h] per convallem

subtilia.' *Rupert.*—2 *Ea* Gron. Doujat.—3 *Collectam* Mog. et quædam edd. —4 'Veteres codd. variant; alii *utrimque*, alii *utrique* offerunt. Parum sane interest, utram lectionem sequaris; sed Crevierio magis placet *utrique*.' Doering.—5 'Mallem abesset *in*.' Duk. Deest in Lov. 6.

6 *Letennastus* primæ edd. *Latemnastus* Gron. Doujat. Crev. Vid. Not.

NOTÆ

[e] *Telemnastus* [*Latemnastus*] Ita plerique: in Colb. est *Latomnastus*.

[f] *Lycortas Megalopolitanus*] Num Polybii historici pater?

[g] *Et hostium auxiliares*] Hinc Cretenses Latemnasto duce, inde equites Tarentini dicti, duce Lycorta, pro aquatoribus quisque suis pugnabant.

[h] *Secuti fugientes*] Lacedæmonii Achæos.

plerique et vulnerati, et interfecti sunt, priusquam occultum hostem viderent. Cætrati ita, quantum latitudo vallis patiebatur, instructi sederant, ut facile per intervalla ordinum fugientes suos acciperent. Consurgunt deinde ipsi integri, recentes, instructi; et in hostes inordinatos, effusos, labore etiam et vulneribus fessos, impetum faciunt. Nec dubia victoria fuit. Extemplo terga dedit tyranni miles; et haud paulo concitatiore cursu, quam secutus erat, fugiens, ad castra est compulsus. Multi cæsi captique in ea[8] fuga sunt. Et in castris quoque foret trepidatum, ni Philopœmen receptui cani jussisset; loca magis confragosa, et, quacumque temere processisset, iniqua, quam hostem, metuens. Inde et ex fortuna pugnæ, et ex ingenio ducis conjectans, in quo tum is pavore esset, unum de auxiliaribus[9] specie transfugæ mittit ad eum, qui pro comperto afferret: Achæos statuisse postero die ad Eurotam amnem, qui prope ipsis affluit mœnibus,[1] progredi,[10] ut intercluderent iter; ne aut tyrannus, cum vellet, receptum ad urbem haberet, aut commeatus ab urbe in castra portarentur; simul etiam tentaturus,[11] si quorum animi solicitari ad defectionem a tyranno possent. Non tam fidem dictis perfuga fecit, quam perculso metu relinquendi castra causam probabilem præbuit. Postero die Pythagoram cum auxiliaribus et equitatu stationem agere pro vallo jussit. Ipse, tanquam in aciem cum robore exercitus egressus, signa ocyus ferri ad urbem jussit.

30. Philopœmen, postquam citatum agmen per angustam et proclivem viam duci raptim vidit, equitatum omnem et Cretensium auxiliares in stationem hostium, quæ pro castris erat, emittit. Illi, ubi hostes adesse, et a suis se desertos viderunt, primo in castra recipere se conati sunt; deinde,

Delph. inf.—7 *Pertraherent; effuse* Gron. Crev.—8 Vet. lib. apud Sigon. omittit τὸ *ea*.—9 Quidam librr. vett. teste Doer. habent *ex auxiliaribus*.—10 *Procedere* Gron. Doujat. Crev.—11 ‘In quibusdam librr. vett. legitur vel *tentaturos*, vel *tentaturum*; sed utraque lectio substituta videtur ab homine, qui orationis nexum non satis perspiceret.’ *Doering*. *Tentaturos* Crev.

NOTÆ

[1] *Ipsis affluit mœnibus*] Spartæ.

postquam instructa acies tota Achæorum admovebatur, metu ne cum ipsis castris caperentur, sequi suorum agmen aliquantum prægressum insistunt. Extemplo cætrati Achæorum in castra impetum faciunt (et diripiunt [12]): ceteri ad persequendos hostes ire pergunt. Erat iter tale, per quod vix tranquillum ab hostili metu agmen expediri posset. Ut vero ad postremos prælium ortum est, clamorque terribilis a tergo paventium ad prima signa est perlatus, pro se quisque, armis abjectis, in circumjectas itineri sylvas diffugiunt, momentoque temporis strage armorum septa via est, maxime hastis; quæ, pleræque adversæ [13] cadentes, velut vallo objecto iter impediebant. Philopœmen, utcumque possent, instare et persequi auxiliaribus jussis, (utique enim equitibus haud facilem futuram fugam) ipse gravius agmen via patentiore ad Eurotam amnem deduxit. Ibi castris sub occasum solis positis, levem armaturam, quam ad persequendum reliquerat hostem, opperiebatur. Qui ubi prima vigilia venerunt, nuntiantes, tyrannum cum paucis ad urbem penetrasse, ceteram multitudinem inermem toto sparsam vagari saltu, corpora curare eos jubet. Ipse ex cetera copia militum (qui, quia priores in castra venerant, refecti et cibo sumto, et modica quiete erant) delectos, nihil præter gladios secum ferentes, extemplo educit; et duarum portarum itineribus, quæ Pheras,[14] [k] quæque Barbosthenem ferunt,



12 Conj. Rupert. *et ea diripiunt*. Hæ duæ voces additæ e Mogunt. delend. putat Gron. In ed. Crev. delentur.—13 ‘Pro *adversæ* præter rem Dukerus malebat *transversæ*. Si quid mutandum sit, pro *adversæ* legerim equidem *obversæ*; sed ne id quidem opus est; nam *hastæ adversæ* jam sunt quarum cuspides obvertuntur. Ceterum distinctionem minorem non post *quæ*, sed post *pleræque* posui. Secundum vulgarem enim hujus loci in omnibus, quas inspexi, editt. distinctionem *quæ, pleræque adversæ cadentes, velut cett.*, oratio pro *pleræque adversæ cadentes*, postulat *plerisque adversis cadentibus*. Dictum autem est *quæ pleræque*, pro quarum pleræque.’ *Doering*.—14 ‘Vett. edd. *Phecas*, et Mss. *Phocas, Phagas, Phachas*, sed Buslid. *Pharas*.’ Rupert. Vid.

NOTÆ

[k] *Quæ Pheras*] Sigon. *Pharin* legit ex Stephano, cui *Pharis* est urbs Laconiæ: suffragatur et Pausanias, qui Amyclas et *Pharin* conjungit: estque Pharis oppidum quinque aut sex passuum millibus a Sparta meridiem versus, interfluente Eurota. Verum Henricus Valesius malebat *Pharas*, oppidum Messeniæ circa ostia Pamisi, quod et *Pheræ*.

eos instruxit; qua ex fuga recepturos sese hostes credebat. Nec eum opinio fefellit. Nam Lacedæmonii, quoad lucis superfuit quicquam, deviis callibus medio saltu se recipiebant. Primo vespere ut lumina in castris hostium conspexere, e regione eorum occultis semitis se tenuerunt: ubi ea sunt prægressi,[15] jam tutum rati, in patentes vias descenderunt. Ibi excepti ab insidente hoste passim ita multi cæsi captique sunt, ut vix quarta pars de toto exercitu evaserit. Philopœmen, incluso tyranno in urbem, insequentes dies prope triginta vastandis agris Laconum absumsit, debilitatisque ac prope fractis tyranni viribus, domum rediit, æquantibus eum gloria rerum Achæis imperatori Romano, et, quod ad Laconicum bellum attineret, præferentibus etiam.

31. Dum inter Achæos et tyrannum bellum erat, legati Romanorum circumire sociorum urbes, soliciti, ne Ætoli partis alicujus animos ad Antiochum avertissent.[16] Minimum operæ in Achæis adeundis consumserunt; quos, quia Nabidi infesti erant, ad cetera quoque satis fidos censebant esse. Athenas primum, inde Chalcidem, inde in Thessaliam iere: allocutique concilio frequenti Thessalos,[1] Demetriadem iter direxere.[17] Eo Magnetum concilium indictum est. Accuratior ibi habenda oratio fuit, quod pars principum alienati a Romanis, totique Antiochi et Ætolorum erant; quia, cum reddi filium obsidem[m] Philippo allatum esset, stipendiumque impositum remitti, inter cetera vana allatum erat, Demetriadem quoque ei redditiros Romanos esse. Id ne fieret, Eurylochus, princeps Magnetum, fac-

Not. Delph. inf.—15 *Ubi prætergressi ea sunt* Gron. Doujat. Crev.
16 Male, judice Doer. in quibusd. librr. vett. *advertissent.*—17 '*Direxere* omnes Mss. præter Mog. et edd. ante Ald. unde recepi pro vulg. *flexere*, quod servavit Drak. quoniam *dirigere iter* aut raro admodum, aut numquam apud Livium occurrit. Sed eo probabilius est, τὸ *flexere* glossatoribus deberi, et *direxere* in illud mutatum esse.' *Rupert.* Omnes edd. præter Rupert.

NOTÆ

[1] *Thessalos*] Proprie dictos, qui et Thessaliotæ, a Magnetibus distincti; alias sub Thessalorum nomine comprehenduntur Magnetes.

[m] *Reddi filium obsidem*] Demetrium, de quo supra lib. XXXIII. cap. 30.

tionisque ejus quidam, omnia novari Ætolorum Antiochique adventu, malebant. Adversus eos ita disserendum erat, ne, timorem vanum iis demendo, spes incisa Philippum abalienaret;[n] in quo plus ad omnia momenti, quam in Magnetibus, esset. Illa tantum commemorata, 'cum totam Græciam beneficio libertatis obnoxiam Romanis esse, tum eam civitatem præcipue.[o] Ibi enim non præsidium modo Macedonum fuisse, sed regiam exædificatam,[p] ut præsens semper in oculis habendus esset dominus. Ceterum nequicquam ea facta, si Ætoli Antiochum in Philippi regiam adducerent, et novus et incognitus pro vetere et experto habendus rex esset.' Magnetarchen summum magistratum vocant. Is tum Eurylochus erat; ac potestate ea fretus, negavit dissimulandum sibi et Magnetibus esse, quæ fama vulgata de reddenda Demetriade Philippo foret. Id ne fieret, omnia et conanda et audenda Magnetibus esse. Et inter dicendi contentionem inconsultius evectus projecit, 'Tum quoque specie liberam Demetriadem esse: re vera omnia ad nutum Romanorum fieri.' Sub hanc vocem fremitus variantis multitudinis fuit partim assensum, partim indignationem,[18] [q] dicere id ausum eum. Quintius quidem adeo exarsit ira,



flexere.—18 Vid. Not. Delph. inf. *Assentientium* et *indignantium* edd. antt. et Mss. Lov. 2. 5. Harl. Victor. prob. Doujat. qui recepit in ed. c. Crev. et

NOTÆ

[n] *Spes incisa Philippum abalienaret*] Ut enim timor Magnetibus demeretur, negandum erat fore ut Romani Philippo Demetriadem restituerent: contra vero ad retinendum in amicitia Philippum, spes ei facienda erat ejus urbis reddendæ.

[o] *Tum eam civitatem præcipue*] Civitatis nomine intellige populum Magnetum.

[p] *Regiam exædificatam*] Apud Demetriadem, ubi Philippus frequenter degere solitus.

[q] *Partim assensum, partim indignationem* [*partim assentientium, partim indignantium*] Gronov. ex Barb. et Petav. scribit *partim assensum, partim indignationem,* quibuscum convenit Reg. major, et refert ad fremitum *multitudinis variantis,* hoc est, alternantis, et inter se confundentis hæc duo. Mihi tamen magis arridet vulgata lectio, quæ constructioni convenientior. Longius enim distarent illa, *partim assensum, partim indignationem,* a participio *variantis:* cum scriptum sit apud Livium, *fremitus variantis multitudinis fuit, partim,* &c. ac minus commode interjectum esset *τὸ fuit* inter *variantis* et *partim assen-*

ut, manus ad cœlum tendens, Deos testes ingrati ac perfidi animi Magnetum invocaret. Hac voce perterritis omnibus, Zeno, ex principibus unus, magnæ tum ob eleganter [19] actam vitam auctoritatis, tum quod semper Romanorum haud dubie partis fuerat, ab Quintio [20] legatisque aliis flens petiit, 'ne unius amentiam civitati assignarent. Suo quemque periculo furere. Magnetas [1] non libertatem modo, sed omnia, quæ hominibus sancta caraque sint, T. Quintio et populo Romano debere. Nihil quenquam ab Diis immortalibus precari posse, quod non Magnetes ab illis haberent; et in corpora sua citius per furorem sæKvituros, quam ut Romanam amicitiam violarent.'

32. Hujus orationem subsecutæ multitudinis preces sunt. Eurylochus ex concilio itineribus occultis ad portam, atque inde protenus in Ætoliam profugit. Jam enim, et id magis in dies, Ætoli defectionem nudabant; eoque ipso forte tempore Thoas, princeps gentis,[2] [z] quem miserant ad Antiochum, redierat, indeque Menippum secum adduxerat, regis legatum. Qui, priusquam concilium iis daretur, impleverant omnium aures terrestres navalesque copias commemorando; 'ingentem vim peditum equitumque venire; ex India elephantos:[3] ante omnia'[f] (quo maxime moveri cre-

[f] *Præter vel supra cetera.*

Doer.—19 *Cum ob eleg.* edd. ante Sigon. 'Vet. lib. *magnæ tum cum ob.* id est, magnæ eo temporis auctoritatis. All. *Magnetum* per vitium.' *Sigon.*—20 *Ab T. Quintio* Gron. Doujat. Crev.—1 *Magnetes* Gron. Crev.
2 Sigon. conj. *princeps legationis.* Vid. Not. Var.—3 '*Accitos* e cod. Mog. adjecere Aldus et reliqui ante Gron. Mox *ante omnia,* præcipue ex c. Mog.

NOTÆ

sum: quod ipse Gronov. sentiens, ordinem vocabulorum mutavit, ut sensum suum explicaret. At nihil erit quod nos remoretur, si ex recepta scriptura legamus *fremitus variantis multitudinis fuit, partim assentientium, partim indignantium.* Et parum apta loquendi forma, *assensum aut indignationem dicere id ausum eum,* præ illa, *indignantium ausum eum id dicere.*

[z] *Thoas, princeps gentis*] Principem legationis ejus nominat etiam Appianus Thoantem, antea missum ad Antiochum ab Ætolis. Dicæarchum dixerat Livius, qui prætoris nimirum Thoantis frater appellatur, hujus lib. cap. 12. Simile veri est prætorem ipsum cum fratre profectum fuisse ad Antiochum.

debant multitudinis animos) 'tantum advehi auri, ut ipsos emere Romanos possit.' Apparebat, quid ea oratio in concilio motura esset.[g] Nam et venisse eos, et, quæ agerent, omnia Romanis legatis deferebantur; et, quanquam prope abscisa res[4] erat,[r] tamen non ab re esse Quintio visum est, sociorum aliquos legatos interesse ei concilio, qui admonerent Romanæ societatis Ætolos, qui vocem liberam mittere adversus regis legatum auderent. Athenienses maxime in eam rem idonei visi sunt, propter et[5] civitatis dignitatem, et vetustam societatem cum Ætolis. Ab iis Quintius petiit, ut legatos ad Panætolicum concilium[s] mitterent. Thoas primus in eo concilio renuntiavit legationem.[t] Menippus post eum intromissus, 'Optimum fuisse omnibus, qui Græciam Asiamque incolerent,' ait, 'integris rebus Philippi potuisse intervenire Antiochum: sua quemque habiturum fuisse, neque omnia sub nutum ditionemque Romanam perventura. Nunc quoque,' inquit, 'si modo vos,[6] quæ inchoastis, consilia constanter perducitis ad exitum, poterit, Diis juvantibus et Ætolis sociis, Antiochus quamvis inclinatas Græciæ res restituere in pristinam dignitatem. Ea autem in libertate posita est, quæ suis stat viribus,[h] non ex alieno arbitrio pendet.' Athenienses, qui-

[g] *Quanti momenti futurus, vel quantos motus excitaturus esset in concilio Ætolorum sermo ejusmodi.*

[h] *Dignitas vere Græciæ consistit in libertate propriis viribus fundata.*

restituit Drak. Reliqui Mss. exhibent *ad omnia*, sc. incepta felicius perficienda; nisi potius cum Gron. *ad* dictum accipias pro super aut præter.' *Rupert. Ad omn.* Gron. Doujat. Crev.—4 Tentabat Duk. *spes.*—5 *Et propter* Gron. Doujat.—6 *Nunc quoque inquit, Si modo vos* edd. ante Sigon. quem vid.

NOTÆ

[r] *Quanquam prope abscisa res erat*] Gall. *quoique l'affaire fût presque rompue, et hors de toute apparence de pouvoir réussir.*

[s] *Panætolicum concilium*] Concilium fuit omnium Ætoliæ populorum; unde nomen Panætolia, eadem ratione qua Panathenæa vocabantur festa omnium Atheniensium communia in honorem Minervæ.

[t] *Renuntiavit legationem*] Gall. *fit rapport de son ambassade.* Aliud enim proprie est renuntiare legationem, id est, referre quæ gesta sunt in legatione; aliud renuntiare legationi, quod est repudiare: quo sensu quandoque sumitur renuntiandi verbum, etiam cum accusandi casu.

bus primis, post regiam legationem, dicendi, quæ vellent, potestas facta est, mentione omni regis prætermissa, Romanæ societatis Ætolos meritorumque in universam Græciam T. Quintii admonuerunt, 'ne temere eam celeritate nimia consiliorum everterent. Consilia calida [7] et audacia prima specie læta, tractatu dura, eventu tristia esse. Legatos Romanos et in iis T. Quintium haud procul inde abesse. Dum integra omnia essent, verbis potius de iis, quæ ambigerentur, disceptarent, quam Asiam Europamque ad funestum armarent bellum.'

33. Multitudo, avida novandi res, Antiochi tota erat; et ne admittendos quidem in concilium Romanos censebant. Principum maxime seniores auctoritate obtinuere, ut daretur iis concilium. Hoc decretum Athenienses cum retulissent, eundum in Ætoliam Quintio visum est. Aut enim moturum aliquid,[u] aut omnes homines testes fore, penes Ætolos belli culpam esse; Romanos justa ac prope necessaria sumturos arma. Postquam ventum est eo, Quintius in concilio, orsus a principio societatis Ætolorum cum Romanis, et quoties ab iis fides mota fœderis esset,[i] pauca de jure civitatium, de quibus ambigeretur, disseruit. 'Si quid tamen æqui se habere arbitrarentur, quanto esse satius Romam mittere legatos, seu disceptare, seu rogare senatum mallent; quam populum Romanum cum Antiocho, lanistis [8] Ætolis,[x] non sine motu magno generis humani et per-

[i] *Quoties læsa esset ac violata fides quæ in fœdere data fuerat.*



de interpunctione h. l.—7 All. *callida.*
8 Vid. Not. Delph. inf. et Not. Var. *Admixtis* vel *immixtis* plerique libri.

NOTÆ

[u] *Aut enim moturum aliquid*] Gall. *car il arriveroit, ou qu'il gagneroit et avanceroit quelque chose, ou que tout le monde seroit témoin, &c.*

[x] *Lanistis Ætolis*] In scriptorum et editorum plerisque est, *admixtis Ætolis:* sed præclare Gelen. e scriptis quibusdam, cum quibus congruit Reg. major, correxit, *lanistis Ætolis:* metaphora a gladiatoribus ducta, quos inter se committunt, et ad certamen instruunt atque hortantur lanistæ seu præfecti ludorum gladiatoriorum. Alludit forte ad dictum Antonii Epist. ad Hirtium et Octavianum Cæsarem, quæ refertur Philipp. XIII.

nicie Græciæ, dimicare? nec ullos prius cladem ejus belli sensuros, quam qui movissent.' Hæc nequicquam velut vaticinatus Romanus. Thoas deinde ceterique factionis ejusdem, cum assensu omnium auditi, pervicerunt, ut, ne dilato quidem concilio, et absentibus Romanis,[y] decretum fieret, quo arcesseretur Antiochus ad liberandam Græciam, disceptatumque[9] inter Ætolos et Romanos.[z] Huic tam superbo decreto addidit propriam contumeliam Damocritus prætor eorum. Nam cum id ipsum decretum posceret eum Quintius, non veritus majestatem viri, 'aliud in præsentia, quod magis instaret, prævertendum sibi esse,' dixit: 'decretum responsumque brevi in Italia, castris super ripam Tiberis positis, daturum.' Tantus furor illo tempore gentem Ætolorum, tantusque magistratus eorum cepit.

34. Quintius legatique Corinthum redierunt. Inde, ut quæque de Antiocho,[a] nihil per se ipsi moti,[10 b] et sedentes

—9 Edd. antt. *disceptandumque.*

10 Vid. Nott. Delph. inf. Doering. legendum existimat *Ætoli, ne quæque de Antiocho cet.* 'Perierant fortasse vel situ obductæ fuerant in nomine *Ætoli* literæ usque ad *i*, et in Ms. nihil conspiciebatur nisi . . . *i ne;* unde

NOTÆ

'quod spectaculum adhuc fortuna vitavit, ne videret unius corporis duas acies lanista Cicerone dimicantes.'

[y] *Et absentibus Romanis*] Repete ex superiori membro particulam *ne*, ut sit *ne absentibus Romanis;* sive, ne expectato quidem Romanorum discessu.

[z] *Disceptatumque* [*disceptandumque*] *inter Ætolos et Romanos*] Variant scripti, et quidam habent *disceptatumque;* eodem tamen sensu, sed diversa constructione. Vult enim arcessitum Antiochum ab Ætolis ad liberandam Græciam, et ut disceptaret atque arbitrum seu judicem ageret inter Romanos et Ætolos.

[a] *Ut quæque de Antiocho*] Regius Joann. Mureti, *ut quemque de Antiocho:* Reg. Naudæi, *ut quoque de Antiocho:* unde nihil lucis. Præclara Tan. Fabri correctio legentis, *ut quieti de Antiocho;* nisi quod statim sequitur, *nihil per se moti,* quod idem est. Alioqui difficilis hic locus sic videtur explicari posse, ut dicamus Ætolos nullum totius gentis concilium habuisse, postquam Romanos dimiserant; ita ut et quæcumque de Antiocho dicerentur, ipsi, (ne Romanis innotescerent eorum consilia,) quasi nihil per se laborantes, sed velut immoti manerent, viderenturque duntaxat regis sive adventum sive motum expectare.

Ut quæque de Antiocho] Tan. Faber legebat *quieti de Antiocho.* Sed videtur sensus esse, ut viderentur expectare quæque de Antiocho, hoc est, omnia ab rege. *J. Clericus.*

[b] *Nihil per se ipsi moti*] Perizon. reponit *nihil p. s. i. moturi;* quod mihi

expectare adventum viderentur regis, concilium quidem universæ gentis post dimissos Romanos non habuerunt: per apocletos [d] autem (ita vocant sanctius consilium: [11] ex delectis constat viris) id agitabant, quonam modo res in Græcia novarentur. Inter omnes constabat, in civitatibus principes, optimum [12] quemque, Romanæ societatis esse, et præsenti statu gaudere; multitudinem, et quorum res non ex sententia ipsorum essent, omnia novare [13] velle. Ætoli consilium uno die, spei quoque non audacis modo, sed etiam impudentis, ceperunt, Demetriadem, Chalcidem et Lacedæmonem occupandi. Singuli in singulas missi sunt principes; Thoas Chalcidem, Alexamenus Lacedæmonem, Diocles Demetriadem. Hunc exul Eurylochus,[e] de cujus fuga causaque fugæ ante dictum est, quia reditus in patriam nulla spes alia erat, adjuvit. Literis Eurylochi admoniti propinqui amicique, et qui ejusdem factionis erant, liberos et conjugem ejus cum sordida veste, tenentes velamenta supplicum, concionem frequentem adire jubent, singulos universosque obtestantes, ne insontem, indemnatum consenescere in exilio sinerent. Et simplices homines misericordia, et improbos seditiososque immiscendi res tumultu Ætolico spes movit: pro se quisque revocare [14] jubebant. His præparatis, Diocles, cum omni equitatu (et erat tunc præfectus equitum) specie reducentis exulem

fortasse ineptus quidam homo fecit *inde*, et, quia orationem non capiebat, addidit *ut*.' Doering. Kreyssig. habet *moturi* pro *moti*. Mox pro *adventum* conj. Benedict. *adventu*; et 5. Mss. habent *motum*.—11 *Concilium* Gron. Doujat.—12 'Ante *optimum* recte forsan *et* inseruit Ms. Mog.' *Rupert.*—13 *Novari* malebat Sigon.; quod Gron. Doujat. Crev. Doer.—14 Vet. lib. apud Sigon. *revocari*; quod Doer.

NOTÆ

sane arridet: tum quod activæ voci magis congruere videatur accusativus *nihil*; tum quod iidem, sine insulsa illa repetitione, quam nota proxima indicavi, dici possunt et in præsenti *quieti*, ex sententia Fabri, et *nihil moturi* in futurum.

[d] *Per apocletos*] A verbo ἀποκαλέω, quod est *voco, nomino*, ἀπόκλητοι dicebantur hi consultores sive senatores, quasi dicamus *vocatos* seu *excitos*; Gall. *Députés*.

[e] *Exul Eurylochus*] E Magnesia in Ætoliam profugus, de quo supra cap. 31.

hospitem profectus, die ac nocte ingens iter emensus, cum millia sex ab urbe abesset, luce prima tribus electis turmis, cetera multitudine equitum subsequi jussa, præcessit. Postquam portæ appropinquabat, desilire omnes ex equis jussit, et loris ducere equos, itineris maxime modo, solutis ordinibus; ut comitatus magis præfecti videretur, quam præsidium. Ibi una ex turmis ad portam relicta, ne excludi subsequens equitatus posset, media urbe ac per forum, manu Eurylochum tenens, multis occurrentibus gratulantibusque, domum deduxit. Mox equitum plena urbs erat, et loca opportuna occupabantur. Tum in domos missi, qui principes adversæ factionis interficerent. Ita Demetrias Ætolorum facta est.

35. Lacedæmone [15] non urbi vis afferenda, sed tyrannus dolo capiendus erat; quem, spoliatum maritimis oppidis a Romanis, tunc intra mœnia etiam Lacedæmonis ab Achæis compulsum, qui occupasset occidere, eum totius gratiam [16] rei apud Lacedæmonios laturum.[f] Causam mittendi ad eum habuerunt, quod fatigabat precibus, ut auxilia sibi, cum illis auctoribus rebellasset, mitterentur. Mille pedites Alexameno dati sunt, et triginta delecti ex juventute equites. Iis[17] a prætore Damocrito in consilio arcano gentis, de quo ante dictum est, denuntiatum, 'ne se ad bellum Achaicum aut rem ullam, quam sua quisque opinione præcipere posset, crederent missos esse. Quicquid Alexamenum res monuisset [18] subiti consilii capere, ad id, quamvis inopinatum, temerarium, audax, obedienter exequendum parati essent, ac pro eo acciperent, tanquam ad id unum agendum missos ab domo se scirent.' Cum his

15 Plerique Mss. *Lacedæmoni.*—16 *Potius gratiam rei* omnes Mss. præter Mog.—17 *His* Crev.—18 *Res movisset* Moguntiæ natum; teste J. F. Gron.—

NOTÆ

[f] *Gratiam rei apud Lacedæmonios laturum*] Intellige constabat, vel certum erat, vel aiebant: tantum scilicet abesse ut rem ingratam Lacedæmoniis facturus esset, qui eorum occideret tyrannum; quin potius magnam ab eis gratiam initurum esse.

ita præparatis Alexamenus ad tyrannum venit, quem adveniens extemplo spei implevit. 'Antiochum jam in Europam transisse, mox in Græcia fore; terras, maria, armis, viris[19] completurum. Non cum Philippo rem esse credituros Romanos. Numerum iniri peditum equitumque ac navium[20] non posse: elephantorum aciem conspectu ipso debellaturam. Ætolos toto suo exercitu paratos esse venire Lacedæmonem, cum res poscat: sed frequentes armatos ostendere advenienti regi voluisse. Nabidi quoque et ipsi faciendum esse, ut, quas haberet copias, non sineret sub tectis marcescere otio, sed educeret; et in armis decurrere cogeret,[g] simul animos acueret, et corpora exerceret. Consuetudine leviorem laborem fore; et comitate ac benignitate ducis etiam non injucundum fieri posse.' Educi inde frequenter ante urbem in campum ad Eurotam amnem cœpere. Satellites tyranni media fere in acie consistebant; tyrannus cum tribus summum equitibus, inter quos plerumque Alexamenus erat, ante signa vectabatur, cornua extrema invisens: in dextro cornu Ætoli erant, et qui ante auxiliares tyranni fuerant, et qui venerant mille cum Alexameno. Fecerat sibi morem Alexamenus, nunc cum tyranno inter paucos ordines circumeundi, monendique eum, quæ in rem esse videbantur; nunc in dextrum cornu ad suos adequitandi; mox inde, velut imperato, quod res poposcisset, recipiendi se ad tyrannum. Sed, quem diem patrando facinori statuerat, eo paulisper cum tyranno vectatus, cum ad suos concessisset, tum[1] equitibus ab domo secum missis, 'Agenda,' inquit, 'res est, juvenes, audendaque, quam me duce impigre exequi jussi estis. Parate animos dextrasque, ne quis in eo, quod me viderit facientem, cesset. Qui cunctatus fuerit, et suum consilium meo[2]

19 'Dukerus post *viris* vocem, quæ τῷ *maria* respondeat, desiderat. Exeidisse igitur suspicatur *navibus* vel *classibus*. Nimis argute puto. Nam per *arma* et *viros* copiæ tam terrestres quam navales designantur.' *Doering.*—20 Vet. lib. apud Sigon. *equitum naviumque.*—1 *Cum* Gron. Doujat.—2 Vet. lib. apud Sigon. *in eo.*

NOTÆ

g *In armis decurrere cogeret*] Gallice, *qu'il leur fît faire l'exercice.*

interponet, sciat sibi reditum ad penates non esse.' Horror cunctos cepit; et meminerant, cum quibus mandatis exissent. Tyrannus ab lævo cornu veniebat. Ponere hastas equites Alexamenus jubet,[h] et se intueri. Colligit et ipse animum confusum tantæ cogitatione rei. Postquam appropinquabat, impetum facit et, transfixo equo, tyrannum deturbat. Jacentem equites confodiunt. Multis frustra in loricam ictibus datis, tandem in nudum corpus vulnera pervenerunt; et, priusquam a media acie succurreretur, expiravit.

36. Alexamenus cum omnibus Ætolis citato gradu ad regiam occupandam pergit. Corporis custodes, cum res in oculis gereretur, pavor primo cepit; deinde, postquam abire Ætolorum agmen videre, concurrunt ad relictum tyranni corpus, et[3] spectatorum turba ex custodibus vitæ mortisque ultoribus est facta. Nec movisset se quisquam, si extemplo, positis armis, vocata in concionem multitudo fuisset, et oratio habita tempori conveniens, frequentes inde retenti in armis Ætoli sine injuria cujusquam.[4] [i] Sed, ut oportuit in consilio fraude cœpto,[k] omnia in maturandam

3 'Copulam *et*, ut inutilem plane, delendum censebat Jac. Gron. ut totum hoc membrum per appositionem adjunctum videatur præcedentibus. Secutus scilicet est Gron. editionem Gruteri, ubi τὸ *est* post *ultoribus* temere omissum est. Sed admisso hoc, uti secundum omnium vett. codd. consensum admitti debet, copula *et* desiderari omnino nequit.' *Doering*. *Est* del. Gron. Doujat. Crev.—4 'Una tantum vox in hoc loco occurrit, quæ commodam explicationem haud admittit, nempe particula *inde* post *frequentes*, pro qua legendum puto *denique;* nec, si literas spectas, hæc lectio multum recedit; nam si ad *inde* addideris *que*, omnes certe, e quibus *denique* refingas, habes literas. J. F. Gron. pro *frequentes inde retenti in armis Ætoli*, legendum conjecit *frequentibus inde retentis in armis Ætolis*. Si ita corrigere licet, correxissem ego potius, *et, oratione habita tempori conveniente, frequentes inde retenti in armis Ætoli.*' Doering. *Conveniens, frequentibus inde retentis in armis Ætolis, sine injuria cujusquam; sed, &c.* Gron. Doujat. *Conveniens; frequentibus i. retentis*

NOTÆ

[h] *Ponere hastas equites Alexamenus jubet*] Hic *ponere hastas* non est abjicere, sed reclinare, ne erectæ conspectum ipsius Alexameni equitibus eriperent, quos jubebat se intueri atque imitari.

[i] *Frequentes inde retenti in armis Ætoli* [*frequentibus inde retentis in armis Ætolis*] *sine injuria cujusquam*] Zeugma est, debet enim ex superioribus intelligi, 'si fuissent retenti.'

[k] *Ut oportuit in consilio fraude cœp-*

perniciem eorum, qui fecerant, sunt acta. Dux regia inclusus diem ac noctem in scrutandis thesauris tyranni consumsit: Ætoli, velut capta urbe, quam liberasse videri volebant, in prædam versi. Simul indignitas rei, simul contemtus, animos Lacedæmoniis ad coëundum fecit. Alii dicere, exturbandos Ætolos, et libertatem, cum restitui[5] videretur, interceptam repetendam. Alii, ut caput agendæ rei esset,[1] regii generis aliquem in speciem assumendum. Laconicus ejus stirpis erat puer admodum, educatus[6] cum liberis tyranni. Eum in equum imponunt, et, armis arreptis, Ætolos vagos per urbem cædunt. Tum regiam invadunt. Ibi Alexamenum cum paucis resistentem obtruncant. Ætoli circa Chalciœcon[m] (Minervæ est templum æreum) congregati cæduntur. Pauci, armis abjectis, pars Tegeam, pars Megalopolim perfugiunt. Ibi, comprehensi a magistratibus, sub corona venierunt.

37. Philopœmen, audita cæde tyranni, profectus Lacedæmonem, cum omnia turbata metu invenisset, evocatis principibus, et oratione habita, qualis habenda ab Alexameno fuerat, societati Achæorum Lacedæmonios adjunxit; eo etiam facilius, quod forte ad idem tempus[7] A. Atilius cum quatuor et viginti quinqueremibus ad Gythium accessit. Iisdem diebus circa Chalcidem Thoas, per Euthymidam principem, pulsum opibus eorum, qui Romanæ societatis erant post T. Quintii legatorumque adventum, et Herodorum Cianum mercatorem, sed potentem Chalcide propter divitias, præparatis ad proditionem iis, qui Eu-

---

i. a. Ætolis, . . . cujusquam. Sed, &c. Crev.—5 'Forte *dum restitui.* Nomen etiam regis forte melius erit *Laonicus,* quam *Laconicus.*' J. F. Gron.—6 *Eductus* Kreyssig.

NOTÆ

to] Non ita quidem fieri oportebat, sed fraudulento consilio conveniens erat, sive respondebat, ut res non ex ratione procederet.

[1] *Ut caput agendæ rei esset*] Gall. *afin d'avoir un chef, pour entreprendre quelque chose.*

[m] *Circa Chalciœcon*] Significatur hoc vocabulo æream domum habitans, supple Minerva; quæ sic dicta a Spartanis apud Suid. quod *οἶκον χαλκοῦν* haberet, sive quod Chalcidenses Eubœa profugi ædem illi exstruxissent.

thymidæ factionis erant, nequaquam eandem fortunam, qua Demetrias per Eurylochum occupata erat, habuit. Euthymidas ab Athenis (eum domicilio delegerat locum) Thebas primum, hinc Salganea[n] processit; Herodorus ad Thronium. Inde[8] haud procul in Maliaco sinu duo millia peditum Thoas et[9] ducentos equites, onerarias leves ad triginta habebat. Eas cum sexcentis peditibus Herodorus trajicere in insulam Atalantam[o] jussus; ut inde, cum pedestres copias appropinquare jam Aulidi atque Euripo sensisset, Chalcidem trajiceret. Ipse ceteras copias, nocturnis maxime itineribus, quanta poterat celeritate, Chalcidem ducebat.

38. Mictio[10 p] et Xenoclides, penes quos tum summa rerum, pulso Euthymida, Chalcide erat, seu ipsi per se suspicati, seu indicata re, primo pavidi, nihil usquam spei, nisi in fuga, ponebant: deinde, postquam resedit terror, et prodi et deseri non patriam modo, sed etiam Romanorum societatem, cernebant, consilio tali animum adjecerunt.[11] Sacrum anniversarium eo forte tempore Eretriæ Amarynthidis Dianæ[q] erat, quod non popularium modo, sed Carystiorum etiam cœtu celebratur. Eo miserunt, qui orarent Eretrienses Carystiosque, 'ut et suarum fortunarum in eadem insu-

7 *Quod ad idem forte tempus* Gron. Doujat. Crev.—8 *Processit. Herodorus ad Throniam, inde;* ita est distinctus apud Gron. et Doujat. Apud Doujat. autem legitur *Herodotus.*—9 *Et Thoas* Gron. Doujat. 'Nisi forte *τὸ et*, quod in pluribus codd. apud Drakenb. deest, delendum potius sit.' *Doering.*

10 '*Mictio* cod. Mog. Alii Mss. et vett. edd. *Micion*, (quod probat Victor.) *Mittylo, Mittilio, Mictilo*, cet. et Appian. Syr. 12. *Μικιθίων*, ut videatur verum nomen esse *Micythio.*' Rupert.—11 'Bened. conj. *objecerunt.* Sed *τὸ tali* refer

NOTÆ

[n] *Salganea*] Alias *Salganeus:* oppidum fuit Bœotiæ ad Euripum, inter Anthedonem et Ismeni fl. ostium, Aulidi vicinum versus occasum; hodie *Salganico.*

[o] *In insulam Atalantam*] Atalante exigua est insula, Eubœæ adjacens, e regione Opuntis Locrorum urbis; vulgo nunc *Talandi.*

[p] *Mictio*] Varie scribitur hoc nomen proprium in Mss. Verum nomen videtur fuisse *Micythion*, ut est apud Appianum, quod Sigon. notat.

[q] *Amarynthidis Dianæ*] Eretrienses et Carystii in Eubœa, cumque his Athenienses, Dianam nomine Amarysiam peculiari cultu celebrabant, festumque ipsum Amarysia vocabant, ab Amaryntho vico apud Eretriam, Strabone teste.

la geniti misererentur, et Romanam societatem respicerent. Ne sinerent[12] Ætolorum Chalcidem fieri. Eubœam habituros, si Chalcidem habuissent. Graves fuisse Macedonas dominos; multo minus tolerabiles futuros Ætolos.' Romanorum maxime respectus civitates movit, et virtutem nuper in bello, et in victoria justitiam benignitatemque expertas. Itaque, quod roboris in juventute erat, utraque civitas armavit misitque. His tuenda mœnia Chalcidis oppidani cum tradidissent, ipsi omnibus copiis transgressi Euripum, ad Salganea posuerunt castra. Inde caduceator primum, deinde legati ad Ætolos missi percunctatum, quo suo dicto factove socii atque amici ad se oppugnandos venirent? Respondit Thoas dux Ætolorum, 'Non ad oppugnandos, sed ad liberandos ab Romanis, venire sese. Splendidiore nunc eos catena, sed[13] multo graviore, vinctos esse, quam cum præsidium Macedonum in arce habuissent.' 'Se vero,' negare Chalcidenses, 'aut servire ulli, aut præsidio cujusquam egere.' Ita digressi ex colloquio legati ad suos. Thoas et Ætoli, ut qui spem omnem in eo, ut improviso opprimerent, habuissent, ad justum bellum oppugnationemque urbis mari ac terra munitæ haudquaquam pares, domum rediere. Euthymidas, postquam castra popularium ad Salganea esse profectosque Ætolos audivit, et ipse a Thebis Athenas rediit. Et Herodorus, cum per aliquot dies intentus ab Atalanta signum nequicquam expectasset, missa speculatoria nave, ut, quid moræ esset, sciret, postquam rem omissam a sociis vidit, Thronium, unde venerat, repetit.

39. Quintius quoque, his auditis, ab Corintho veniens navibus, in Chalcidis Euripo[14] Eumeni regi occurrit. Placuit, quingentos milites præsidii causa relinqui Chalcide ab Eumene rege; ipsum Athenas ire. Quintius, quo profectus erat, Demetriadem contendit; ratus Chalcidem libe-



ad seqq. quæ vulgato favent.' *Rupert.*—12 Duker. malit *neu sinerent.*—13 *Et* Gron. Doujat.

14 Vulgo ante Gelen. legebatur *in Chalcidem Euripo.* Nonnulli codd.

ratam momenti aliquid apud Magnetas ad repetendam societatem Romanam facturam: et, ut præsidii aliquid esset suæ partis hominibus, Eunomo prætori Thessalorum scripsit, ut armaret juventutem, et Villium ad Demetriadem præmisit ad tentandos animos; non aliter, nisi pars aliqua inclinaret ad respectum pristinæ societatis, rem aggressurus. Villius quinqueremi nave ad[15] ostium portus est invectus. Eo multitudo Magnetum omnis cum se effudisset, quæsivit Villius, utrum ad amicos, an ad hostes, sese venisse mallent? Respondit Magnetarches Eurylochus,[r] 'Ad amicos venisse eum: sed abstineret portu, et sineret Magnetas in concordia et libertate esse, nec per colloquii speciem multitudinem solicitaret.' Altercatio inde, non sermo, fuit, cum Romanus ut ingratos[16] increparet Magnetas, imminentesque prædiceret clades; multitudo obstreperet, nunc senatum, nunc Quintium accusando. Ita irrito incepto Villius ad Quintium sese recepit. At Quintius, nuntio ad prætorem misso, ut reduceret domum copias, ipse navibus Corinthum rediit.

40. Abstulerunt me velut de spatio Græciæ res immixtæ Romanis; non quia ipsas operæ pretium esset perscribere, sed quia causæ fuerunt cum Antiocho belli. Consulibus designatis, (inde namque deverteram,) L. Quintius et Cn. Domitius consules in provincias profecti sunt; Quintius in Ligures, Domitius adversus Boios.[s] Boii quieverunt; atque etiam senatus eorum cum liberis et præfecti cum equitatu (summa omnium mille et quingenti) consuli dediderunt sese. Ab altero consule ager Ligurum late est vastatus, castellaque aliquot capta; unde non præda modo omnis

apud Drak. exhibent *Chalcide in Euripo.*—15 'Curio et alii τὸ *ad* male deleverunt.' *Rupert.*—16 *Ut integros* edd. ante Sigon.

NOTÆ

r *Magnetarches Eurylochus*] Significatur hoc vocabulo Magnetum prætor.

s *Quintius in Ligures, Domitius adversus Boios*] Uterque in Boiis bellum gessisse dicitur c. 22. sed Quintius potissimum rem gessit in Liguria, quam ita penetravit, ut in Boios pervenerit, quæ Domitii collegæ provincia erat, cum quo in confinio utriusque provinciæ copias junxit.

generis cum captivis parta, sed recepti quoque aliquot cives sociique, qui in hostium potestate[17] fuerant. Eodem hoc anno Vibonem colonia deducta est ex senatus consulto plebeique scito.[18] Tria millia et septingenti pedites ierunt, trecenti equites. Triumviri deduxerunt eos, Q. Nævius, M. Minucius, M. Furius Crassipes. Quina dena jugera agri data in singulos pedites sunt, duplex equiti.[19] Bruttiorum proxime fuerat ager: Bruttii ceperant de Græcis.[t] Romæ per idem tempus duo maximi fuerunt terrores; diutinus[20] alter, sed segnior. Terra dies duodequadraginta movit. Per totidem dies feriæ in solicitudine ac metu fuere. In triduum ejus rei causa supplicatio habita est. Ille[1] non pavor vanus, sed vera multorum clades fuit. Incendio a foro Boario orto, diem noctemque ædificia in Tiberim versa arsere, tabernæque omnes cum magni pretii mercibus conflagraverunt.

41. Jam fere in exitu annus erat; et in dies magis fama de Antiochi bello, et cura Patribus crescebat. Itaque de provinciis magistratuum designatorum, quo intentiores essent omnes, agitari cœptum est. Decrevere, ut consulibus Italia, et quo senatus censuisset, (jam esse bellum adversus Antiochum regem omnes sciebant,) provinciæ essent. Cujus ea sors esset, quatuor millia peditum civium Romanorum, et trecenti equites, sex millia socium Latini nominis cum quadringentis equitibus sunt decreta. Eorum delectum habere L. Quintius consul jussus, ne quid moraretur, quo minus consul novus, quo

17 Thuan. *potestatem.* Mox del. *ex* Gron. Doujat. Crev.—18 *Plebisque scito* edd. ante Sigon. Mox *M. Minutius* Gron.—19 Sic omnes Mss. præter Mog. et edd. ante Ald. qui dedit *equitibus:* eum secuti sunt Gron. Doujat. Crev. Doer. c. Drak.—20 *Diutius* Gron. Vet. lib. apud Sigon. *diutior.*—1 'Ed. Ascens. et al. *alter* pro *ille.* Sed elegantius *ille* et *hic* pro *alter* poni, docet Gron.' *Rupert.*

NOTÆ

[t] *Bruttii ceperant de Græcis*] Locri conditores Hipponem sive Hipponium dixerant, unde sinus Hipponiates: Bruttii vicini ditionis postea suæ fecerant, a quibus Vibon dicta videtur hæc urbs; postea etiam Vibo Valentia appellata. Imminebat litori Tyrrheno ad Angitulam amnem. Quanquam sunt qui Vibonem distinguant ab Hipponio: huic Barrius vulgarem appellationem *Monteleone* tribuit, probante Cluverio: illa antiquo fere nomine vocatur *Bivona.*

senatus censuisset, extemplo proficisci posset. Item de provinciis prætorum decretum est: prima ut sors duæ, urbanaque [2] et inter cives ac peregrinos juris dictio esset: [a] secunda, Bruttii: tertia, classis, ut navigaret, quo senatus censuisset: quarta, Sicilia: quinta, Sardinia: sexta, Hispania ulterior. Imperatum præterea L. Quintio consuli est, ut duas legiones civium Romanorum novas conscriberet, et socium ac Latini nominis viginti millia peditum, et octingentos equites. Eum exercitum prætori, cui Bruttii provincia evenisset, decreverunt. Ædes duæ Jovi eo anno in Capitolio dedicatæ sunt. Voverat L. Furius Purpureo prætor Gallico bello unam, alteram consul. Dedicavit Q. Marcius Ralla duumvir. Judicia in fœneratores eo anno multa severe sunt facta, accusantibus privatos ædilibus curulibus, M. Tuccio et P. Junio Bruto. De mulcta damnatorum quadrigæ inauratæ in Capitolio positæ in cella Jovis supra fastigium ædiculæ, et duodecim [3] clypea inaurata; et iidem porticum extra portam Trigeminam inter lignarios [u] fecerunt.

42. Intentis in apparatum novi belli Romanis, ne [4] ab Antiocho quidem cessabatur. Tres eum civitates tenebant, Smyrna et Alexandria Troas [x] et Lampsacus; quas

[a] *Ut cui prætori prima sors obtigisset, is duas haberet intra urbem jurisdictiones, quæ inter duos ferme dividebantur, urbanam scilicet et peregrinam; quam qui habebat, judicabat inter cives et peregrinos.*

2 Vet. lib. apud Sigon. *urbana peregrinaque:* edd. ante Gron. *peregrina urbanaque.* 'Vox *peregrina*, aperte ex interpretatione verborum, *et inter cives ac peregrinos*, ab inepto quodam homine in textum importata est.' *Doering.*—3 *Positæ in cella Jovis et supra f. æd. duod. cl.* vel *positæ supra fastigium æd. et in cella Jovis duod. cl.* conj. Drak. *Positæ, et in cella Jovis, supra fastigium ædiculæ, duodecim* Kreyssig.

4 'Suspecta mihi est particula *ne;* nam si *ne* cessavit quidem Antiochus, quidnam tandem fecit? et cur *ne ... quidem?* num præter opinionem nunc haud cessasse visus est? nam ad ejusmodi sententiam referri omnino debent

NOTÆ

[u] *Extra portam Trigeminam inter lignarios*] Lignarii sunt qui ligna secant, aut vendunt. Non. ligni opifices interpretatur.

[x] *Alexandria Troas*] In ora Ægæi maris inter Abydum et Antandrum fuit in minori Phrygia, nunc *Sancta-Maria:* Turcis *Carasia* vocatur hic locus, Leunclavio teste.

neque vi expugnare ad eam diem poterat,[5] neque conditionibus in amicitiam pellicere, neque a tergo relinquere, trajiciens ipse in Europam, volebat. Tenuit eum et de Hannibale deliberatio. Et primo naves apertæ, quas cum eo missurus in Africam fuerat, moratæ sunt; deinde, an omnino mittendus esset, consultatio mota est, maxime a Thoante Ætolo, qui, omnibus in Græcia tumultu completis, Demetriadem afferebat in potestate esse, et, quibus mendaciis de rege, multiplicando verbis copias ejus, erexerat multorum in Græcia animos, iisdem et regis spem inflabat: 'omnium votis eum arcessi. Concursum ad littora futurum, unde classem regiam prospexissent.' [y] Hic idem ausus de Hannibale est movere sententiam prope jam certam regis.[b] Nam 'neque dimittendam partem navium a classe regia' censebat; 'neque, si mittendæ naves forent, minus quempiam [6] ei classi, quam Hannibalem, præficiendum. Exulem illum et Pœnum esse, cui mille in dies nova consilia vel fortuna sua, vel ingenium possit facere. Et ipsam eam gloriam belli, qua velut dote Hannibal concilietur, nimiam in præfecto regio esse. Regem conspici, regem unum ducem, unum imperatorem videri debere. Si classem, si exercitum amittat Hannibal, idem damni fore, ac si per alium ducem amittantur. Si quid prospere eveniat, Hannibalis eam, non Antiochi, gloriam fore. Si vero universo bello vincendi Romanos fortuna detur, quam spem esse, sub rege victurum Hannibalem uni subjectum, qui patriam prope non tulerit? Non ita se a juventa eum gessisse, spe animoque complexum orbis terrarum imperium, ut in senectute dominum laturus videatur. Nihil opus esse regi Hannibale duce; comite et

[b] *Regem dimovere a consilio prope jam certo.*



particulæ *ne . . . quidem.* Particula igitur *ne* delenda mihi videtur.' *Doering.* —5 Crev. malit *potuerat.* Mox *ab tergo* Kreyssig.—6 *Quenquam* Crev. Kreyssig.

NOTÆ

[y] *Unde classem regiam prospexissent*] Mallem *ubi;* id est, statim atque classem regiam prospexissent.

consiliario eodem ad bellum uti posse. Modicum fructum ex ingenio tali neque gravem, neque inutilem fore. Si summa petantur, et dantem, et accipientem prægravatura.'[c]

43. Nulla ingenia tam prona ad invidiam sunt,[z] quam eorum, qui genus ac fortunam suam animis non æquant; quia virtutem et bonum alienum oderunt. Extemplo consilium mittendi Hannibalis, quod unum in principio belli utiliter cogitatum erat, abjectum est. Demetriadis maxime defectione ab Romanis ad Ætolos elatus, non ultra differre profectionem in Græciam constituit. Priusquam solveret naves, Ilium a mari[a] ascendit,[7] ut Minervæ sacrificaret. Inde ad classem regressus, proficiscitur quadraginta tectis navibus, apertis sexaginta; et ducentæ onerariæ cum omnis generis commeatu bellicoque alio apparatu sequebantur. Imbrum primo insulam tenuit: inde Sciathum[b] trajecit; ubi, collectis in alto, quæ dissipatæ erant, navibus, ad Pteleum[c] primum continentis venit. Ibi[8] Eurylochus ei Magnetarches principesque Magnetum ab Demetriade occurrerunt. Quorum frequentia lætus, die postero

[c] *Regem Antiochum non indigere Hannibale tanquam duce, sed eo uti posse tanquam comite, aut consiliario: sic exiguum quid commodi ex ejusmodi ingenii viro sperari posse, et eo modo neque inutilem omnino neque oneri futurum; sed si summam imperii militaris petat, verendum ne ea et incommodet regi eam potestatem concedenti, et ipsi Hannibali, qui eam accipiet, onerosa sit, eumque a recto mentis statu motura.*

7 *Descendit* multi Mss. unde ex conjectura Jac. Gron. habet Kreyssig.

NOTÆ

[z] *Nulla ingenia tam prona ad invidiam sunt*] Hoc de Antiocho dicitur.

[a] *Ilium a mari*] Ab Ilio Trojanorum rege dictum Ilium, ut a Troë Troia; quæ duo sunt ejusdem urbis nomina in Phrygia minori seu Troade, inter Idam montem et littus Ægæi maris. Ea a Græcis eversa, deinde restituta: sed hodie ruinæ tantum ejus extant, et vetus nomen: *Troia* enim loco adhuc nomen, ad dextram navigantibus ab Ægæo in Hellespontum.

[b] *Inde Sciathum*] Insula hæc inter Peparethum insulam et Magnesiam Thessaliæ regionem posita, interque sinus Thermaicum et Pelasgicum seu Pagasæum, nomen retinet: vulgo enim *Sciato* dicitur, teste Sophiano.

[c] *Pteleum*] Phthiotidis oppidum haud procul Pelasgico sinu, Sansoni: Plinius ad Maliacum sinum et Sperchii ostium ponit versus confinia Bœotiæ; hodie *Fitleo*.

in urbis portum navibus est invectus. Copias haud procul inde exposuit. Decem millia peditum fuere et quingenti equites, sex elephanti; vix ad Græciam nudam occupandam satis copiarum, nedum ad sustinendum Romanum bellum. Ætoli, postquam Demetriadem venisse Antiochum allatum est, concilio indicto, decretum, quo arcesserent eum, fecerunt. Jam profectus ab Demetriade rex, quia ita decreturos sciebat, Phalara[9] in sinum Maliacum processerat. Inde, decreto accepto, Lamiam[10] venit, exceptus ingenti favore multitudinis, cum plausibus clamoribusque, et quibus aliis lætitia effusa vulgi significatur.

44. In concilium ut ventum est, ægre a Phænea prætore principibusque[11] introductus, inde facto silentio, rex dicere orsus. Prima ejus oratio fuit excusantis, 'quod tanto minoribus spe atque opinione omnium copiis venisset. Id suæ impensæ erga eos voluntatis maximum debere indicium esse, quod nec paratus satis ulla re, et tempore ad navigandum immaturo, vocantibus legatis eorum, haud gravate obsecutus esset, credidissetque, cum se vidissent Ætoli, omnia vel in se uno posita præsidia existimaturos esse. Ceterum eorum quoque se, quorum expectatio destituta in præsentia videatur, spem abunde expleturum. Nam simul primum[12][d] anni tempus navigabile præbuisset mare, omnem se Græciam armis, viris, equis, omnem oram maritimam classibus completurum. Nec impensæ, nec labori, nec periculo parsurum, donec, depulso cervicibus eorum imperio Romano, liberam vere Græciam atque in ea principes Ætolos fecisset. Cum exercitibus commeatus quoque omnis generis ex Asia venturos. In

escendit.—8 *Venit, ibi* Drak.—9 *Phaleram* Gron. Doujat. Crev.—10 'Nomen hujus urbis in vett. codd. et editt. misere corruptum est. Nostra lectio primum conspicitur in edit. Frobenii anni 1531.' *Doering.*

11 *Aliis* add. Kreyssig. et mox idem del. *inde.* Verba *inde* et *rex* suspecta Drak.—12 'Τὸ *primum,* quod putide abundat, delendum videtur.' *Doering.*—

NOTÆ

[d] *Nam simul primum*] Etenim statim atque tempus vernum navigabilia maria fecisset.

præsentia curæ esse Ætolis debere, ut copia frumenti suis et annona tolerabilis rerum aliarum suppeditetur.' [d] [13]

45. In hanc sententiam rex cum magno omnium assensu locutus discessit. Post discessum regis inter duos principes Ætolorum, Phæneam et Thoantem, contentio fuit. Phæneas, reconciliatore pacis et disceptatore de iis, quæ in controversia cum populo Romano essent, utendum potius Antiocho, censebat, quam duce belli. 'Adventum ejus et majestatem ad verecundiam faciendam Romanis [e] vim majorem habituram, quam arma. Multa homines, ne bellare necesse sit,[14] voluntate remittere, quæ bello et armis cogi non possint.' Thoas negare, 'paci studere Phæneam; sed discutere apparatum belli velle, ut tædio et impetus relanguescat[15] regis, et Romani tempus ad comparandum [e] habeant. Nihil enim æqui ab Romanis impetrari posse, toties legationibus missis Romam, toties cum ipso Quintio disceptando, satis expertum esse:[16] [f] nec, nisi abscissa omni spe, auxilium Antiochi imploraturos fuisse.[f] Quo celerius spe omnium oblato, non esse elanguescendum, sed orandum potius regem, ut, quoniam, quod maximum fuerit, ipse vindex Græciæ venerit, copias quoque terrestres navalesque arcessat. Armatum regem aliquid impetraturum; inermem non pro Ætolis modo, sed ne pro se quidem ipso, momenti ullius futurum apud Romanos.' Hæc vicit sententia, imperatoremque regem appellandum [g]

[d] *Et sufficiens copia ceterarum rerum ad victum pertinentium sumministretur.*
[e] *Ad injiciendum Romanis pudorem aliquem, et obtinendas ab illis hac ratione honestas pacis conditiones.*
[f] *Futurum non fuisse ut et Ætoli implorarent.*

13 In Ms. Gaertn. *suppeditet*, prob. Duk. et Drak.
14 *Ne bellarent*, verbis *necesse sit* omissis, Gron. Doujat. Crev.—15 Vet. lib. apud Sigon. *elanguescat*.—16 Malit J. F. Gron. *expertos esse*; sed non temere h. l. judice Doer. solicitanda est nostra lectio.

NOTÆ

[e] *Ad comparandum*] Intellige bellum.

[f] *Satis expertum esse*] *Expertum* hic passive sumit pro eo quod est experientia cognitum et comprobatum.

[g] *Imperatoremque regem appellandum*] Gall. *on fut d'avis de prendre pour général le roi Antiochus.*

censuerunt; et triginta principes, cum quibus, si qua vellet, consultaret, delegerunt.

46. Ita, dimisso concilio, multitudo omnis in suas civitates dilapsa est. Rex postero die cum apocletis eorum, unde bellum ordiretur, consultabat. Optimum visum est, Chalcidem, frustra nuper ab Ætolis tentatam, primum aggredi; et celeritate in eam rem magis, quam magno conatu et apparatu, opus esse. Itaque cum mille peditibus rex, qui ab Demetriade secuti erant, profectus per Phocidem est; et alio itinere principes Ætoli, juniorum paucis evocatis, ad Chæroneam [h] occurrerunt, et decem constratis [17] navibus secuti sunt. Rex, ad Salganea castris positis, navibus ipse cum principibus Ætolorum Euripum trajecit, et, cum haud procul portu egressus esset, magistratus quoque Chalcidensium et principes ante portam processerunt. Pauci utrimque ad colloquium congressi sunt. Ætoli magnopere suadere, 'ut, salva Romanorum amicitia, regem quoque assumerent socium atque amicum. Neque enim eum inferendi belli, sed liberandæ Græciæ, causa in Europam trajecisse; et liberandæ re,[18] non verbis et simulatione, quod fecissent Romani. Nihil autem utilius Græciæ civitatibus esse, quam utramque complecti amicitiam. Ita enim ab utriusque injuria tutam [19] alterius semper præsidio et fiducia fore. Nam si non recepissent regem, viderent, quid patiendum iis extemplo foret, cum Romanorum procul auxilium, hostis Antiochus, cui resistere viribus suis non possent, ante portas esset.' Ad hæc Mictio, unus ex principibus, 'Mirari se,' dixit, 'ad quos liberandos Antiochus, relicto regno suo, in Europam trajecisset. Nullam



17 'Male in quibusdam codd. legitur *rostratis;* profectà enim est sine dubio hæc lectio ab indoctis librariis, quibus naves *rostratæ* notiores essent, quam *constratæ.* Ceterum nisi forte *eum* ante *decem* excidit, dictum certe est *decem constratis navibus,* pro *cum d. c. n.'* Doering.—18 *Trajecisse ; liberandæ*

NOTÆ

h *Ad Chæroneam*] Urbs Bœotiæ ad Cephisum fl. in Phocidis confinio, Coroneæ ad occasum supra Copaidem paludem: jacet sub antiquo nomine.

enim civitatem se in Græcia nosse, quæ aut præsidium habeat, aut stipendium Romanis pendat, aut fœdere iniquo alligata,[20] quas nolit, leges patiatur. Itaque Chalcidenses neque vindice libertatis ullo egere, cum liberi sint, neque præsidio, cum pacem ejusdem populi Romani beneficio et libertatem habeant. Amicitiam regis non aspernari, neque ipsorum Ætolorum. Id primum eos pro amicis facturos,[i] si insula excedant, atque abeant. Nam ipsis certum esse, non modo non[1] recipere mœnibus, sed ne societatem quidem ullam pacisci, nisi ex auctoritate Romanorum.'

47. Hæc renuntiata regi ad naves, ubi restiterat, cum essent; in præsentia (neque enim iis venerat copiis, ut vi agere quicquam posset) reverti Demetriadem placuit. Ibi, quoniam primum vanum inceptum[2] evasisset, consultare cum Ætolis rex, quid deinde fieret. Placuit, Achæos[3] et Amynandrum, regem Athamanum, tentare. Bœotorum gentem aversam ab Romanis jam inde a Brachyllæ[4] morte, et quæ secuta eam fuerant, censebant. Achæorum Philopœmenem principem, æmulatione gloriæ in bello Laconum, infestum invisumque esse Quintio credebant. Amynander uxorem Apamiam, filiam Alexandri cujusdam Megalopolitani, habebat, qui, se oriundum a Magno Alexandro ferens, filiis duobus Philippum atque Alexandrum, et filiæ Apamiam nomina imposuerat; quam, regiis inclytam nuptiis, major ex fratribus Philippus secutus in Athamaniam fuerat. Hunc, forte ingenio vanum, Ætoli et Antiochus impulerant in spem, quod is[5] vere regum stirpis esset,

vero re Gron. Doujat. Crev.—19 Malit Duker. *tutas.*—20 Tentat J. F. Gron. *illigata.* Mox *indigere* pro *egere* Gron. Doujat. Crev.—1 ' Alterum *non*, quod vulgo, sequente *ne . . . quidem*, omitti solet, nunc additur.' *Doering.*

2 *Inane cœptum* Gron. Doujat. Crev.—3 ' Ante *Achæos* excidit *Bœotos:* nam de tribus his in seqq. distincte agitur.' *Jac. Periz.* Prob. Rupert. et Doer.—4 *Barcillæ* edd. ante Sigon.—5 ' Potius *quasi is.*' Gron. ' Si hoc ita intelligatur, Antiochum et Ætolos eo aluisse vanitatem ingenii illius, quod dicerent, eum vere regiæ stirpis esse, retineri potest *quod.*' Duk. et Crev.

NOTÆ

[i] *Pro amicis facturos*] Gall. *qu'ils feroient en amis, ou en qualité d'amis.*

regni Macedoniæ,[g] si Amynandrum Athamanesque Antiocho conjunxisset: et ea vanitas promissorum non apud Philippum modo, sed etiam apud Amynandrum, valuit.

48. In Achaia legatis Antiochi Ætolorumque, coram T. Quintio, Ægii datum est concilium. Antiochi legatus prior, quam Ætoli,[6] est auditus. Is, ut plerique, quos opes regiæ alunt, vaniloquus, maria terrasque[7] inani sonitu verborum complevit. 'Equitum innumerabilem vim trajici Hellesponto in Europam, partim loricatos, quos cataphractos vocant;[8] partim sagittis ex equo utentes, et, a quo nihil satis tecti sit, aversos refugiente equo certius figentes.'[h] His equestribus copiis quanquam vel totius Europæ exercitus in unum coacti obrui possent, adjiciebat multiplices copias peditum, et nominibus quoque gentium vix fando auditis terrebat; Dahas,[9][k] Medos[l] Elymæosque[m]

[g] *Spem ei fecerant consequendi regni Macedoniæ, cum, ut quidem ipse credi volebat, vere ortus esset ex regum stirpe.*

[h] *Et qui aversi et equo velut fugiente certius ictum destinarent, et a quo genere pugnæ nihil sit tutum.*



6 Mavult Rupert. *Ætolorum.*—7 In edd. ante Sigon. deest τὸ *que.*—8 'Vocent conj. Bauer. Sed forte Livii verba sunt *quos c. vocant*, parenthesi includenda. Mox *a quo*, ab qua re. Spectant hæc ad seqq. nec est quod legas *a quis* s. *queis.*' Rupert.—9 Edd. ante Glar. *Dacas;* Glar. legendum existimat *Daas.* Mox 'Rectius forte *Cadusios.*' Rupert. Sic Crev. et Kreys-

NOTÆ

[k] *Dahas*] Dahæ, vel Daæ, populi fuere ad mare Caspium: Persis olim, nunc Syromacedonibus subjecti erant; Medis vicini ad septemtrionem: Nomades quoque dicti et cognomine Parni, ut est apud Strabonem, qui et Arsacem habuisse regem, auctorem Parthici regni ait: Dausqueius ad Silium lib. XIII. ostendit duplices esse Dahas, alios ad Hyrcaniam, alios ad Germaniam seu Pannoniam pertinentes, qui sæpius Daci et Davi appellantur: forte ut distinguantur a Dahis Scythiæ supra Mæotidem populis. Ptolemæus in Margiana ponit cum Massagetis et Derbicibus. Pars hodie regionis quam *Chorasan* vocant, ad Margum fl. qui vulgo *Margab.*

[l] *Medos*] Asiæ regio Media, a Mede, ut volunt, Jasonis et Medeæ filio dicta: hodie pars regni Persici, vulgo *Yeracagemi:* a Medis ad Persas translatum imperium a Cyro Justinus aliique memorant.

[m] *Elymæosque*] Elymæi, qui sacris literis Elamitæ, in Susianæ, quæ nunc *Cusistan*, confinio ad sinum Persicum inter hunc et Mediam ad Eulæum fl. nunc *Tiritiri.* Cadusii autem in parte Mediæ boreali, quam Atropatiam vel Atropatenam, inter Cyrum

et Caddusios appellans. 'Navalium vero copiarum, quas nulli portus capere in Græcia possent, dextrum cornu Sidonios[n] et Tyrios, sinistrum Aradios,[o] et ex Pamphylia Sidetas[p] tenere; quas gentes nullæ unquam nec arte, nec virtute navali æquassent. Jam pecuniam, jam alios belli apparatus referre, supervacaneum esse. Scire ipsos, abundasse semper auro regna Asiæ. Itaque non cum Philippo, nec Hannibale rem futuram Romanis, principe altero civitatis, altero Macedoniæ tantum regni finibus incluso; sed cum magno Asiæ totius partisque Europæ rege. Eum tamen, quanquam ab ultimis orientis terminis ad liberandam Græciam veniat, nihil postulare ab Achæis, in quo fides eorum adversus Romanos, priores socios atque amicos, lædatur. Non enim, ut secum adversus eos arma capiant, sed ut neutri parti sese conjungant, petere. Pacem utrique parti, quod medios deceat amicos, optent: bello se non interponant.' Idem ferme et Ætolorum legatus Archidamus petiit, ut, quæ facillima et tutissima esset, quietem præstarent, spectatoresque belli fortunarum alienarum eventum sine ullo discrimine rerum suarum opperirentur. Provectus deinde est intemperantia linguæ in maledicta, nunc communiter Romanorum, nunc proprie ipsius Quintii: 'ingratos' appellans, et exprobrans 'non victoriam modo de Philippo virtute Ætolorum partam, sed etiam salutem;

sig. habent.—10 Add. Kreyssig. *unius*. Mox 'vox *rege*, quæ post *altero* in cod. Harl. et quibusdam editt. vett. additur, rectius in cod. Mogunt. et ceteris codd. apud Drakenb. deest.' *Doering*.

NOTÆ

et Amardum fluvios ad mare Caspium, coluisse videntur ex Strabon. et Ptol. Sub Persarum fuerant quoque ditione, at tunc Antiocho parebant.

[n] *Sidonios*] A Sidone urbe Phœniciæ maritima, admodum clara, Agenoris sede, Cadmi et Europæ patria: quæ ab Alexandro capta: hodie vulgo *Seida* Turcis et Christianis.

[o] *Aradios*] Ab Arado Phœniciæ quoque urbe in insula quæ ponte juncta fuit continenti, juxta Orthosiam ad Eleutheri fl. ostia in confinio Cassiotidis, quæ Syriæ regio.

[p] *Sidetas*] A Sida urbe maritima Pamphyliæ in Ciliciæ confinio, inter ostia Eurymedontis et Melæ fluviorum: hodie *Chirisonda*, ut vult Niger, aut, ut Thevetus et Moletius, *Scandalor*.

ipsumque et exercitum sua opera servatos. Quo enim illum unquam imperatoris functum officio esse? Auspicantem immolantemque et vota nuncupantem sacrificuli vatis modo in acie vidisse, cum ipse corpus suum pro eo telis hostium objiceret.'

49. Ad ea Quintius, 'Coram quibus magis,[q] quam apud quos, verba faceret,' dicere, 'Archidamum rationem habuisse. Achæos enim prope scire, Ætolorum omnem ferociam in verbis, non in factis, esse, et in conciliis magis concionibusque, quam in acie, apparere. Itaque parvi Achæorum existimationem, quibus notos esse se scirent, fecisse: legatis[11] regis et per eos absenti regi eum se jactasse. Quod si quis antea ignorasset, quæ res Antiochum et Ætolos conjunxisset, ex legatorum sermone potuisse[12] apparere: mentiendo invicem jactandoque vires, quas non haberent, inflasse vana spe atque inflatos esse; dum ii[13] ab se Philippum victum, sua virtute protectos Romanos, et quæ modo audiebatis, narrant, vos ceterasque civitates et gentes suam sectam esse secuturos; rex contra peditum equitumque nubes jactat, et consternit maria suis classibus. Est autem res simillima cœnæ Chalcidensis hospitis mei, hominis et boni, et sciti convivatoris. Apud quem solstitiali tempore comiter accepti cum miraremur, unde illi eo tempore anni tam multa et varia venatio; homo non, quam isti sunt, gloriosus, renidens, condimentis, ait, varietatem illam et speciem ferinæ carnis ex mansueto sue factam. Hoc dici apte in copias regis, quæ paulo ante jactatæ sint, posse. Varia enim genera armorum et multa nomina gen-

11 Mavult Rupert. *legato*, quia cap. præc. non nisi legatus Antiochi memoratur.—12 *Potuisset* edd. ante Sigon.—13 'In Ms. Lov. 6. et Gaertn. *dum hi*, rectius forte, judice etiam Crev. quamvis *ii* non alii esse possunt, quam le-

NOTÆ

q *Coram quibus magis*] Vult Archidamum legatum Ætolorum in oratione sua spectasse potius qua ratione placeret legatis Antiochi, qui aderant huic Achæorum concilio, quam quomodo persuaderet Achæis ipsis, quorum in concilio loquebatur.

tium inauditarum, Dahas et Medos et Caddusios et [14] Elymæos Syros omnes esse: [r] haud paulo mancipiorum melius, propter servilia ingenia, quam militum genus. Et utinam subjicere oculis vestris, Achæi, possem concursationem regis magni ab Demetriade, nunc Lamiam in concilium Ætolorum, nunc Chalcidem! Videretis vix duarum male plenarum legiuncularum instar in castris regis: videretis regem, nunc mendicantem prope frumentum ab Ætolis, quod militi admetiatur, nunc mutuas pecunias fœnere in stipendium quærentem, nunc ad portas Chalcidis stantem; et mox inde exclusum, nihil aliud quam Aulide atque Euripo spectatis,[s] in Ætoliam redeuntem.[t] Male crediderunt et Antiochus Ætolis, et Ætoli regiæ vanitati. Quo minus vos decipi debetis, sed expertæ toties [15] spectatæque Romanorum fidei credere. Nam quod optimum esse dicunt,[16] non interponi vos bello,[u] nihil immo [17] tam alienum rebus vestris est. Quippe sine gratia, sine dignitate, præmium victoris eritis.'

50. Nec absurde adversus utrosque respondisse visus

gati Ætolorum.' *Rupert.* *Hi* habet Crev.—14 *Et* del. Gron. Doujat.—15 'Alii, etiam Drak. *potius;* quod languere videtur: at *toties* excitat orationem et firmat: ac sane sæpius jam cognorant Achæi fidem Romanorum, utut in uno bello Philippi.' *Bauer.* *potius* codd. Mog. Victor. et Lov. 6. *toties* reliqui Mss. et edd. ante Ald. *potius* Crev. Doer. Kreyssig.—16 'Ita recepi ex Ms. Lov. 3. pro vulg. *dicant*, suadentibus Crev. et Bauero.' *Rupert.* *Dicant* habent Gron. Doujat. Kreyssig. Mox, *interponendi* plerique Mss. et edd. ante Mogunt. *Interponendi* Doujat.—17 '*Nihil immo*, contra, potius. Inter has voces in cod. Harl. et Sigon. insertum *tam vanum* ab iis, qui nesciebant, *τὸ immo* alii voc. postponi.' *Rupert.*

NOTÆ

[r] *Syros omnes esse*] Erant quidem extra Syriam, utpote ultra Euphratem ac Tigrim: sed tamen subjecti Syriæ regibus.

[s] *Aulide atque Euripo spectatis*] Bœotiæ urbs fuit Aulis ad Euripum, qui sinus est maris Ægæi, æstatis æstibus agitari solitus, Bœotiamque dividens ab Eubœa insula: inter Chalcidem autem et Aulidem adeo angustus, ut illa continenti ponte jungatur. Celebratur porro Aulis Græcorum adversus Trojam conjurantium statione, sed hodie intercidisse dicitur.

[t] *In Ætoliam redeuntem*] Non in ipsam quidem Ætoliam, sed in eam Thessaliæ partem quam suæ ditionis fecerant Ætoli: Demetriadem enim concesserat Antiochus, et in vicina Ætolorum in Phthiotide loca.

[u] *Interponi* [*interponendi*] *vos bello*] Supple consilium. Vulgo *interponi.*

est; et facile erat[18] orationem apud faventes æquis auribus accipi. Nulla enim nec disceptatio, nec dubitatio fuit, quin omnes, eosdem genti Achæorum hostes et amicos, quos populus Romanus censuisset, judicarent, bellumque et Antiocho, et Ætolis nuntiari juberent. Auxilia etiam, quo censuit Quintius, quingentorum militum Chalcidem, quingentorum Piræeum extemplo miserunt. Erat enim haud procul seditione Athenis res, trahentibus ad Antiochum quibusdam spe largitionum venalem pretio multitudinem; donec ab iis, qui Romanæ partis[19] erant, Quintius est accitus, et, accusante Leonte quodam, Apollodorus auctor defectionis damnatus atque in exilium est ejectus. Et ab Achæis quidem cum tristi responso legatio ad regem rediit. Bœoti nihil certi responderunt: 'cum Antiochus in Bœotiam venisset, tum, quid sibi faciundum esset, se deliberaturos esse.' Antiochus, cum ad Chalcidis præsidium et Achæos et Eumenem regem[x] misisse audisset, maturandum ratus, ut et prævenirent sui, et venientes, si possent, exciperent, Menippum cum tribus ferme millibus militum, et cum omni classe Polyxenidam mittit. Ipse paucos post dies sex millia suorum militum, et ex ea copia, quæ Lamiæ repente colligi potuit, non ita multos Ætolos ducit. Achæi quingenti et ab Eumene rege modicum auxilium missum, duce Xenoclide Chalcidensi, nondum obsessis itineribus, tuto transgressi Euripum, Chalcidem pervenerunt. Romani milites, quingenti ferme et ipsi, cum jam Menippus castra ante Salganea ad Hermæum,[y] qua transitus ex Bœotia in Eubœam insulam est, haberet, venerunt. Mictio erat cum

18 'Ad *facile erat* supplendum fere videtur *intellectu*, nisi forte ejusmodi aliquid exciderit, vel scribendum sit, *et facile intelligi poterat, orationem cett.*' Doering.—19 '*Romanorum partis* recte, puto, emend. Duk. quia *pars* geni-

NOTÆ

[x] *Ad Chalcidis præsidium et Achæos et Eumenem regem*] Supple copias seu milites.

[y] *Ad Hermæum*] Circa Ismeni fl. ostia fuerit Hermæum hoc, sive Mercurii promontorium, sub Salganeis: alia ejus nominis promontoria tradunt geographi in Sardinia, in Creta, in Thracia, et alibi; sed ea huc non pertinent.

iis, legatus a Chalcide ad Quintium, ad id ipsum præsidium petendum, missus. Qui postquam obsessas ab hostibus fauces vidit, omisso ad Aulidem itinere, Delium convertit, ut[20] inde in Eubœam transmissurus.

51. Templum est Apollinis Delium,[z] imminens mari: quinque millia passuum a[1] Tanagra abest. Minus quatuor millium inde in proxima Eubœæ est mari trajectus. Ubi et in fano lucoque, ea religione et eo jure sancto,[a] quo sunt templa, quæ[2] asyla Græci appellant, et nondum aut indicto bello, aut ita commisso,[b] ut strictos gladios, aut sanguinem usquam factum audissent, cum per magnum otium milites, alii ad spectaculum templi lucique versi, alii in littore inermes vagarentur, magna pars per agros lignatum pabulatumque dilapsa esset; repente Menippus, palatos passim aggressus, eos[3] cecidit, ad quinquaginta vivos cepit. Perpauci effugerunt, in quibus Mictio, parva oneraria nave exceptus. Ea res Quintio Romanisque, sicut jactura militum molesta, ita ad jus inferendi Antiocho belli adjecisse aliquantum videbatur. Antiochus, admoto ad Aulidem exercitu, cum rursus oratores, partim ex suis, partim Ætolos, Chalcidem misisset, qui eadem illa, quæ nuper, cum minis gravioribus agerent, nequicquam contra Mictione et Xenoclide tendentibus, facile tenuit,[i] ut portæ sibi aperirentur. Qui Romanæ partis erant, sub

[i] *Non ægre obtinuit.*

tivo plur. jungi solet.' *Rupert.*—20 'Particula *ut* deleta, lenius mihi fluere videtur oratio.' *Doering.*

1 *Ab* Kreyssig.—2 *Quæ* del. Gron. Doujat. Crev. verbis *asyla Græci appellant* parenthesi inclusis.—3 'In voce *eos* mendum, sive numerum, quo Livius, quot cæsi sint, indicare voluerit, latere, Crev. suspicatus est.' *Doering.*—

NOTÆ

[z] *Delium*] Locus Bœotiæ maritimus inter Aulidem et Asopi ostium.

[a] *Eo jure sancto*] Hoc est, inviolabili. De urbibus quibus fuit jus asyli, vide virum, dignitate juxta ac eruditione illustrem, Ezech. Spanhemium de præst. et usu numismatum diss. 9. sect. 5. edit. Londinensis, ubi hic Livii locus profertur et illustratur. *J. Clericus.*

[b] *Aut ita commisso*] Repetendum hic quoque τὸ *bello*, scilicet nondum bello ita commisso, ut Romani milites, qui Chalcidem mittebantur, strictos gladios audivissent.

adventum regis urbe excesserunt. Achæorum et Eumenis milites Salganea tenebant. Et in Euripo castellum Romani milites pauci custodiæ causa loci[k] communiebant. Salganea Menippus, rex ipse castellum Euripi oppugnare est adortus.[4] Priores Achæi et Eumenis milites pacti, ut sine fraude liceret abire, præsidio excesserunt. Pertinacius Romani Euripum tuebantur.[c] Hi quoque tamen, cum terra marique obsiderentur, et jam machinas tormentaque comportari viderent, non tulere obsidionem. Cum id, quod caput erat Eubœæ, teneret rex, ne ceteræ quidem ejus insulæ urbes imperium abnuerunt: magnoque principio sibi orsus bellum videbatur, quod tanta insula et tot opportunæ urbes in suam ditionem venissent.

[k] *Ut castellum illud custodirent.*

4 Malit Drak. quod est in cod. Lov. 1. *adorsus* ab adordior.

NOTÆ

[c] *Euripum tuebantur*] Nempe castellum quod ad Euripum in Eubœa situm; Euripus et ipsum dicebatur, Chalcidi vicinum.

T. LIVII PATAVINI
HISTORIARUM
AB URBE CONDITA
LIBER XXXVI.

BREVIARIUM.

Cap. 1. Bellum cum Antiocho decernitur ineundum, et lætis sacrificiis victoria portenditur. 2. Supplicatione facta ludisque magnis Jovi votis provinciæ et exercitus decernuntur. 3. Coloni maritimi frustra vacationem petunt rei navalis, et feciales de ratione belli Antiocho indicendi consuluntur. 4. Philippi, Ptolemæi, Pœnorum et Masinissæ legati Romam veniunt, pollicentes ad bellum hoc auxilia, pecuniam et frumentum. 5. Interea Antiochus per hybernorum tempus solicitat civitatium Græcarum animos, et Chalcide audit legationes Epirotarum Eleorumque. 6. In concilio Bœotorum Thebis habito hanc gentem sibi adjungit, et Demetriade cum principibus Ætolorum, Amynandro, et Hannibale de summa rerum Thessalorumque gente tentanda deliberat. 7. Hannibal suadet, ut ante omnia Philippi amicitia petatur, et bellum transferatur e Græcia in Italiam. 8. Antiochus autem nihil horum facit, et legendo ossa Macedonum circa Cynoscephalas jacentia nullam apud hanc gentem init gratiam, et Philippum ad id tempus dubium compellit ad arma cum Romanis jungenda. 9. Mox, Thessalorum metu terrendorum causa, Pheras, Scotussam, aliaque oppida capit, 10. et Larissam oppugnat; sed, Ap. Claudii strategemate deceptus, Demetriadem redit. 11. In hybernis ipse cum militibus diffluit luxuria, et Chalcide filiam Cleoptolemi uxorem ducit. Principio veris ope Mnesilochi Acarnanum gentem sibi conciliat, 12. et Medionem proditione capit; at frustra tentat Thyrium Leucademque. 13. Interim M. Bæbius proprætor et Philippus rex recipiunt oppida Thessaliæ, quæ Athamanes occupaverant. 14. Ibidem M. Acilius Glabrio consul res prospere gerit, et Athamania omnis concedit in jus ditionemque Philippi. 15. Antiochus undique destitutus et ab suis, morantibus in Asia, et ab Ætolis, vana promittentibus, jam Hannibalem, ut pru-

dentem virum vatemque, admiratur, et intra saltum Thermopylarum sese recipit. 16. Ibi castra permunit, et Ætoli vertices circa montium obsident. 17. Acilius ad easdem fauces admovet copias, et duobus legatis, M. Porcio Catone et L. Valerio Flacco, ad illa cacumina missis, milites paucis alloquitur. 18. 19. Postero die, pugna utrimque orta, totus pæne regis exercitus deletur. 20. Consul per Phocidem et Bœotiam legiones ducit, et A. Atilius mergit capitque naves quasdam regias, frumento onustas. 21. Antiochus Ephesum transmittit, et Chalcis ceteræque urbes in Eubœa Romanis sine certamine traduntur. M. Cato, nuntius victoriæ, Romam venit: et M. Fulvius Nobilior, ex Hispania reversus, ovans Urbem ingreditur. 22-24. Ætoli quia nihil pacati responderant legatis Acilii, Heraclea oppugnatur et capta diripitur. Inter captivos est Damocritus, princeps Ætolorum, qui olim T. Quintio, decretum gentis, quo arcessendum censuerant Antiochum, poscenti, ferociter dixerat, se id in Italia, castris super ripam Tiberis positis, daturum. 25. Philippus oppugnatione Lamiæ absistere jubetur. 26. Ætolis ab Antiocho mittitur pecunia, et auxilia promittuntur. 27. 28. Sed Heraclea capta franguntur eorum animi, et pacis petendæ oratores Hypatam mittuntur ad consulem, qui postulat, ut in fidem se permittant Romanorum, et Dicæarchum, Menestam Amynandrumque sine mora dedant. 29. Animi Ætolorum indignitate et difficultate eorum, quæ imperata erant, exasperantur, et mox vana expectatione implentur ab Nicandro, qui, ab Antiocho reversus et benigne exceptus a Philippo, Lamiam obsidente, consultantibus de pace Romana supervenit. 30. Acilius, Œtam et Coracem transgressus, ad Naupactum descendit, quo concurrisse Ætolos, ut inde totum belli impetum sustinerent, audiverat. 31. Eodem tempore jussu T. Quintii tum Messenii, cum Ætolis sentientes, concilio Achaico se iterum jungunt, tum Achæi solvunt obsidionem Messenes, 32. et Zacynthum insulam, fraude interceptam, Romanis tradunt. 33. Philippus autem, permittente Acilio, Demetriadem, Dolopiam, aliaque oppida, quæ defecerant ab societate Romana, recipit: 34. et T. Quintius trajicit Naupactum, jam per duos menses a consule oppugnatam; ubi, obambulans muris, noscitur ab Ætolis, qui impensius orant, ut misereatur gentis suæ. 35. Eo auctore solvitur obsidio, et induciæ Ætolis dantur. Consul cum Quintio ad Achaicum concilium Ægium trajicit, ubi de Eleis et de exulibus Lacedæmoniorum restituendis frustra agitur. Epirotarum Philippique legati Romam veniunt.

36. Alter consul P. Cornelius Scipio ludos, a se olim votos, sua impensa facit. Ædes Matris Magnæ Idææ et Juventatis dedicantur. 37. Procurantur prodigia, et Scipio in provinciam proficiscitur. 38. Q. Minucius proc. cum Liguribus, et P. Cornelius consul cum Boiis egregie pugnat. 39. M. Fulvius Nobilior ex ulteriore Hispania ovans Urbem ingreditur, et P. Cornelius Scipio triumphum petit: quem honorem differendum quidem censet P. Sempronius Blæsus tribunus plebis, 40. sed senatus universus, oratione consulis motus, extemplo decernit.

41. Dum hæc in Italia geruntur, Antiochus Ephesi securus admodum de bello Romano est; sed, ab Hannibale, cujus nunc maxima apud eum

auctoritas est, monitus, Romanos mox in Asiam venturos, navibus jam instructis petit Chersonesum, et Polyxenidam jubet ceteram parare classem. 42. C. Livius Piræeum ad veterem classem cum nova, tribus Eumenis navibus aucta, pervenit, et utraque trajicit Delum. 43. Paulo post et hæc Romana et regiæ classes Phocæam petunt; et Eumenes, certamine jam inito, Elæa complures adducit naves. 44. 45. Livius et Eumenes hostes in fugam vertunt, Ephesumque persequuntur. Romæ consules (L. Cornelius Scipio et C. Lælius) prætoresque creantur.

1. P. Cornelium Cn. filium Scipionem et M'. Acilium[1] Glabrionem consules, inito magistratu, Patres, priusquam de provinciis agerent, res divinas facere majoribus hostiis jusserunt in omnibus fanis, in quibus lectisternium majorem partem anni fieri solet;[a] precarique, quod senatus de novo bello in animo haberet, ut ea res senatui populoque Romano bene ac[2] feliciter eveniret. Ea omnia sacrificia læta fuerunt, primisque hostiis perlitatum est; et ita haruspices responderunt, eo bello terminos populi Romani propagari, victoriam ac triumphum ostendi. Hæc cum renuntiata essent, solutis religione animis, Patres rogationem ad populum ferri jusserunt: 'Vellent juberentne, cum Antiocho rege, quique sectam ejus[3] secuti essent, bellum iniri? si ea rogatio perlata esset, tum, si ita videretur consulibus, rem integram ad senatum referrent.[b] P. Cornelius eam rogationem pertulit. Tum senatus decrevit, ut consules Ita-

1 *M. Acilium* edd. ante Sigon.—2 *Atque* Kreyssig.—3 *Ejus sectam* Kreys-

NOTÆ

[a] *Lectisternium majorem partem anni fieri solet*] Quibus in templis majori parte anni fieri lectisternia solerent, nondum satis perspectum habeo: hactenus enim vidimus placandæ Deorum iræ et procurandis ostentis indicta extra ordinem, non certo more et statis temporibus facta fuisse.

[b] *Rem integram ad senatum referrent*] Miscetur hic mos antiquus cum novo posteriorum temporum more: initio enim de bello et pace populus consulebatur, deinde patres auctores fiebant: postea vero patribus primum auctoribus, populus deinde consultus sanciebat. Nunc et auctor est senatus ut populus rogetur, et post rogationem populi senatus ad se rem integram referri postulat; nihil tamen amplius decernit, quam quæ ad exequendam rogationem pertinebant. Qui mos adhuc manebat.

liam et Græciam provincias sortirentur; cui Græcia evenisset, ut præter eum numerum militum, quem L. Quintius in eam provinciam ex auctoritate senatus scripsisset imperassetve, ut[4] eum exercitum acciperet, quem M. Bæbius prætor anno priore ex senatus consulto in Macedoniam trajecisset. Et extra Italiam permissum, ut, si res postulasset, auxilia ab sociis, ne supra quinque millium numerum, acciperet. L. Quintium superioris anni consulem legari ad id bellum placuit. Alter consul, cui Italia provincia evenisset, cum Boiis jussus bellum gerere, utro exercitu mallet ex duobus, quos superiores consules habuissent; alterum ut mitteret Romam, eæque urbanæ legiones essent paratæ, quo senatus censuisset.

2. His ita in senatu ad id, quæ cujus[5] provincia foret, decretis, tum demum sortiri consules placuit.[a] Acilio Græcia, Cornelio Italia evenit. Certa deinde sorte[6] senatus consultum factum est: 'quod populus Romanus eo tempore duellum jussisset[c] esse cum rege Antiocho,[7] quique sub imperio ejus essent, ut ejus rei causa supplicationem imperarent consules; utique M'. Acilius consul ludos magnos Jovi voveret, et dona ad omnia pulvinaria.' Id votum in hæc verba, præeunte P. Licinio pontifice maximo, consul nuncupavit: 'Si duellum, quod cum Antiocho rege[8] sumi populus jussit, id ex sententia senatus populique Romani confectum erit; tum tibi, Jupiter, populus Romanus ludos magnos dies decem continuos faciet donaque ad omnia pulvinaria dabuntur de pecunia, quantam senatus decreverit.[9] Quisque magistratus eos ludos quando ubi-

[a] *Circa ea quæ adhuc incerta sorte spectabant ad provincias, quæ consulum cuique essent eventuræ.*

sig.—4 'Hoc *ut* πλεονάζει, ut passim: sed e quibusdam libris recte forsan ejectum. Quin et proxime præcedens *ut* abesse poterat.' *Rupert.*

5 'Forte leg. *cujusque*, vel cum Bened. *quæ et cujus.*' Rupert. *Cujusque* prob. Doer.—6 Conj. Rupert. *ducta deinde sorte.*—7 *Cum rege Antiocho esse* Gron. Doujat. Crev. Τὸ *esse* delendum putat Gron.—8 *Rege Antiocho* Kreys·

NOTÆ

[c] *Duellum jussisset*] Antiquum nomen pro bellum.

que faxit, hi ludi recte facti, donaque data recte sunto.' Supplicatio inde ab duobus consulibus edicta per biduum fuit. Consulibus sortitis provincias, extemplo et prætores sortiti sunt. M. Junio Bruto juris dictio utraque evenit, A. Cornelio Mammulæ Bruttii, M. Æmilio Lepido Sicilia, L. Oppio Salinatori Sardinia, C. Livio Salinatori classis, L. Æmilio Paullo Hispania ulterior. His ita exercitus decreti. A. Cornelio novi milites, conscripti priore anno ex senatus consulto a L. Quintio consule, dati sunt; jussusque tueri omnem oram circa Tarentum Brundisiumque. L. Æmilio Paullo in ulteriorem Hispaniam præter eum exercitum, quem a M. Fulvio proprætore accepturus esset, decretum est,[10] ut novorum militum tria millia duceret et trecentos equites; ita ut in iis duæ partes socium Latini nominis, tertia civium Romanorum esset. Idem supplementi ad C. Flaminium, cui imperium prorogabatur, in Hispaniam citeriorem est missum. M. Æmilius Lepidus a L. Valerio, cui successurus esset, simul provinciam exercitumque accipere jussus: L. Valerium, si ita videretur, pro prætore[11] in provincia retinere, et provinciam ita dividere, ut una ab Agrigento ad Pachynum esset, altera a Pachyno Tyndarium.[d] Eam maritimam oram L. Valerius viginti navibus longis custodiret. Eidem prætori mandatum, ut duas decumas[12] [e] frumenti exigeret; id ad mare comportandum devehendumque in Græciam curaret. Idem L.

sig.—9 'Voss. *decrevit*. Lege, *decrerit*.' J. F. Gron.—10 *Est* del. Gron. Doujat. Crev.—11 *Proprætore* Gron. Crev.—12 *Decimas* edd. ante Sigon. 'Mox pro *id* forte leg. *et*, vel *et id*.' Rupert.

NOTÆ

[d] *Tyndarium*] Tyndarium, quæ et Tyndaris, translati Messana a Dionysio incolæ habuerunt; quam nobilissimam civitatem Cicero appellat. Fuit ad ostium Heliconis fl. in latere Siciliæ boreali, opposita Vulcaniæ insulæ, inter Mylas, nunc *Melazzo*, ad orientem æstivum, et Agathirnum ad occasum hybernum, seu Agathirnam, hodie *Sanmarco*. In ruinis porro Tyndaridis exstructa ædes nomen adhuc antiquum servat, vulgo *Sancta Maria di Tyndaro*.

[e] *Duas decumas*] Tributum Romani in speciebus exigebant, et decimam frumenti partem accipiebant: nunc extra ordinem duplum imperarunt.

Oppio de alteris decumis exigendis in Sardinia imperatum. Ceterum non in Græciam, sed Romam, id frumentum portari placere. C. Livius prætor, cui classis evenerat, cum triginta navibus paratis trajicere in Græciam primo quoque tempore jussus, et ab Atilio naves accipere. Veteres naves, quæ in navalibus erant, ut reficeret et armaret, M. Junio prætori negotium datum est, et in eam classem socios navales libertinos legeret.[f]

3. Legati terni in Africam ad Carthaginienses et in Numidiam ad frumentum rogandum, quod in Græciam portaretur, missi; pro quo pretium solveret populus Romanus. Adeoque in apparatum curamque ejus belli civitas intenta fuit, ut P. Cornelius consul ediceret, 'Qui senatores essent, quibusque in senatu sententiam[g] dicere liceret, quique minores magistratus essent, ne quis eorum longius ab urbe Roma abiret, quam unde eo die redire posset; neve uno tempore quinque senatores ab urbe Roma abessent.' In comparando impigre classem[13] C. Livium prætorem contentio, orta cum colonis maritimis, paulisper tenuit. Nam, cum cogerentur in classem,[b] tribunos plebei[14] appellarunt: ab iis ad senatum rejecti sunt. Senatus ita, ut ad unum omnes consentirent, decrevit, vacationem rei navalis his[15] colonis non esse. Ostia et Fregenæ[i] et Castrum novum et Pyrgi[k]

[b] *Cum congregarentur ut in naves ascenderent.*

13 *In comparanda impigre classe* quædam edd.—14 *Plebis* Gron. Doujat.

NOTÆ

[f] *Libertinos legeret*] Minoris dignationis navalis militia: ideoque libertini potius quam ingenui in eam lecti.

[g] *Quibusque in senatu sententiam*] Quid inter hos et senatores interesset docent Festus et Gellius.

Quibusque in senatu sententiam] Qui nondum allecti a censoribus in senatum fuerant, quamvis honoribus populi usi senatum ingrederentur. Vide A. Gellium lib. III. cap. 18. *J. Clericus.*

[i] *Fregenæ*] Diversæ a Fregellis fuere Fregenæ. Oppidum Tusciæ maritimum, inter portum Romanum et Alsium, novem ab utroque mill. pass. ex itinerario videtur fuisse circa locum vulgo *La Macarese.* Alsium autem est *Palo,* in Bracciani ducatu, gentis Ursinæ castellum maritimum. Castrum Novum, nunc *Santa Marinella* in patrimonio S. Petri.

et Antium et Tarracina et Minturnæ et Sinuessa fuerunt, quæ cum prætore de vacatione certaverunt. Consul deinde M'. Acilius ex senatus consulto ad collegium fecialium retulit: 'Ipsine utique regi Antiocho indiceretur bellum, an ad præsidium nuntiaretur?[16] et num Ætolis quoque separatim indici juberent bellum? et num prius societas eis et amicitia renuntianda esset, quam bellum indicendum?' Feciales responderunt: 'Jam ante sese, cum de Philippo consulerentur, decresse,[17] nihil referre, ipsi coram, an ad præsidium, nuntiaretur. Amicitiam renuntiatam videri, cum legatis, toties repetentibus res, nec reddi, nec satis fieri æquum censuissent. Ætolos ultro sibi bellum indixisse, cum Demetriadem, sociorum urbem, per vim occupassent; Chalcidem terra marique oppugnatum issent; regem Antiochum in Europam ad bellum populo Romano inferendum traduxissent.' Omnibus jam satis comparatis, M'. Acilius consul edixit: 'Ut, quos L. Quintius milites conscripsisset, et quos sociis nominique Latino imperasset, quos secum in provinciam ire oporteret, et tribuni militum legionis primæ et tertiæ, uti[18] omnes Brundisium Idibus Maiis convenirent.' Ipse ante diem quintum Nonas Maias paludatus Urbe egressus est. Per eosdem dies et prætores in provincias profecti sunt.

4. Sub idem tempus legati ab duobus regibus, Philippo Macedoniæ et Ptolemæo Ægypti,[19] Romam venerunt, pollicentes ad bellum auxilia et pecuniam et frumentum. Ab Ptolemæo etiam mille pondo auri,[l] viginti millia pondo argenti[m] allata. Nihil ejus[n] acceptum. Gratiæ regibus

Crev.—15 *Eis* Crev. Mox *Hostia et Fregena* edd. ante Sigon.—16 *An satis esset ad præsidium aliquod ejus nuntiare* Gron. Doujat. Crev.—17 *Decrevisse* edd. ante Gron.—18 Crev. malebat *ut*.

19 *Rege* add. Gron. Doujat. Doer. Kreyssig. Vid. Not. Delph. inf.—

NOTÆ

[k] *Et Pyrgi*] In eadem Tuscia Pyrgi Ceretanorum navale, sex inde passuum millibus, inter Alsium et Castrum Novum. Fuisse videntur ubi nunc *Santa Severa*.

[l] *Mille pondo auri*] Responderent quingentis et sexaginta librarum nostrarum millibus.

[m] *Viginti millia pondo argenti*] Essent nostra moneta septingenta vi-

actæ: et, cum uterque se cum omnibus copiis in Ætoliam venturum, belloque interfuturum polliceretur, Ptolemæo id remissum; Philippi legatis responsum, gratum eum senatui populoque Romano facturum, si M'. Acilio consuli non defuisset. Item ab Carthaginiensibus et Masinissa rege legati venerunt. Carthaginienses tritici modium mille,[20] [o] hordei quingenta millia ad exercitum, dimidium ejus Romam apportaturos polliciti sunt: id ut ab se munus Romani acciperent, petere se:[1] et classem suorum suo sumtu comparaturos: et stipendium, quod pluribus pensionibus in multos annos deberent, præsens omne daturos. Masinissæ legati quingenta millia modium tritici, trecenta hordei ad exercitum in Græciam; Romam trecenta millia modium tritici, ducenta quinquaginta hordei; equites quingentos, elephantos viginti regem ad M'. Acilium consulem missurum. De frumento utrisque responsum, ita usurum eo populum Romanum, si pretium acciperent. De classe Carthaginiensibus remissum; præterquam si quid navium ex fœdere deberent. De pecunia item responsum, nullam ante diem accepturos.

5. Cum hæc Romæ agebantur,[2] Chalcide Antiochus, ne cessaret per [3] hybernorum tempus,[p] partim ipse solicitabat

20 'Drak. ex XLIII. 6. conj. *tritici X. C. M.* h. e. decies centena millia, ut librarii non assecuti sint notas, vel ex Pal. 2. *tritici modium centena millia* et ex Lov. 3. *hordei quinquaginta millia.*' Rupert.—1 *Sese* Kreyssig. Mox 'Assentior Dukero, qui τὸ *suorum*, quod insolenter adjectum est, ex sequente voce *suo* prognatum et propagatum esse existimat.' *Doering.*

2 'Non dubito, quin ex iis, quæ ad I. 40. annotata sunt, h. l. et cap. 15. pr. legendum sit *agerentur;* Duk. Possis et *dum agebantur.*' Rupert.—3 Vid.

NOTÆ

ginti millia librarum.

[n] *Nihil ejus*] Ejus scilicet pecuniæ quæ offerebatur ab Ptolemæo. Τὰ *Ægypti rege* assuta esse Gronovius censet. Fateor supervacanea videri, sed tamen in tribus scriptis, quæ penes me habeo, Regiis nempe duobus, et Colb. ea constanter habentur.

[o] *Tritici modium mille*] Minorem vera quantitatem tritici suspicatur Sigon. conjicitque ex lib. XLIII. cap. 6. ubi Carthaginienses iidem pollicentur tritici decies centena millia. Modius porro mensura erat continens libras Romanas viginti sex cum unciis octo, *environ un boisseau mesure de Paris.*

[p] *Ne cessaret per hybernorum tempus*] Barberinæ membranæ habent, *ne cessaret hybernorum tempus.* Quod probari potest exemplo lib. XXXVII. 'ne tamen segnia æstiva essent;' ubi per hypallagen tempori tribuitur quod

civitatium animos mittendis legatis, partim ultro ad eum veniebant; sicut Epirotæ communi gentis consensu, et Elei e Peloponneso venerunt.[4] [q] Elei auxilium adversus Achæos petebant, quos, post bellum non ex sua sententia indictum Antiocho, primum civitati suæ arma illaturos credebant. Mille iis pedites cum duce Cretensi Euphane sunt missi. Epirotarum legatio erat minime in partem ullam liberi aut simplicis animi.[c] Apud regem gratiam initam volebant cum eo, ut caverent,[d] ne quid offenderent Romanos. Petebant enim, 'ne se temere in causam deduceret,[r] expositos adversus Italiam pro omni Græcia, et primos impetus Romanorum excepturos. Sed, si ipse posset terrestribus navalibusque copiis præsidere Epiro,[e] cupide eum omnibus[5] Epirotas[s] et urbibus et portubus suis accepturos. Si id non posset, deprecari, ne se nudos atque inermes Romano bello objiceret.' Hac legatione id agi apparebat, ut, sive (quod magis credebant) abstinuisset Epiro, integra sibi omnia apud exercitus[6] Romanos[t] essent,

[c] *Non ex animo, qui aperte et absolute in partes Antiochi propenderet; sed ambiguo et perplexo.*
[d] *Ea conditione ut, &c. ea lege ut, &c. ita tamen ut, &c.*
[e] *Præsidio esse Epirotis.*

Not. Delph. inf. Mox *sicuti* Gron. Doujat. Crev.—4 Vid. Not. Delph. inf. —5 Vid. Not. Delph. inf. *Omnes* habent reliquæ edd. præter Doujat.—6 Vid. Not. Delph. inf. Crev. et delend. putat τὸ *exercitus*.

NOTÆ

hominum est per illud tempus. Hujus Antiochi hæc est imago ex nummis:



[q] *E Peloponneso venerunt*] Τὸ *venerunt* Gronovio non videtur esse Livii: nec vero necessarium est: satis enim intelligitur ex superiori verbo 'veniebant:' sed tamen nonnihil inter hæc discriminis apparet.

[r] *Ne se temere in causam deduceret*] Gall. *qu'il ne les engageât pas mal-à-propos dans le parti, eux qui étoient exposés, &c.*

[s] *Cupide eum omnibus Epirotas*] Vulgo *omnes Epirotas*; sed scripti habent *omnibus*, nempe et urbibus et portubus.

[t] *Apud exercitus Romanos*] Super-

conciliata satis apud regem gratia, quod accepturi fuissent venientem; sive venisset, sic quoque spes veniæ ab Romanis foret, quod, non expectato longinquo auxilio ab se, præsentis viribus succubuissent. Huic tam perplexæ legationi, quia non satis in promtu erat, quid responderet, legatos se missurum ad eos dixit, qui de iis, quæ ad illos seque communiter pertinerent, loquerentur.

6. In Bœotiam ipse profectus est, causas in speciem iræ adversus Romanos eas, quas ante dixi,[u] habentem, Brachyllæ necem, et bellum a Quintio Coroneæ, propter Romanorum militum cædes, illatum; re vera per multa jam sæcula publice privatimque labante egregia quondam disciplina gentis,[x] et multorum eo statu,[7] qui diuturnus esse sine mutatione rerum non posset. Obviam effusis undique Bœotiæ principibus, Thebas venit.[y] Ibi in concilio gentis, quanquam et ad Delium, impetu in præsidium Romanum facto, et ad Chalcidem commiserat nec a parvis[z] nec dubiis principiis bellum, tamen eandem orationem exorsus, qua in colloquio primo ad Chalcidem, quaque per legatos in concilio Achæorum usus erat, ut amicitiam secum institui, non bellum indici Romanis postularet; neminem, quid ageretur, fallebat.[f] [8] Decretum tamen sub levi verbo-

[f] *Omnes intelligebant quo tenderet Antiochus.*

7 Conj. Gron. *labantem egregiam q. disciplinam gentis, et multorum eum statum.* Vid. Not. Var.—8 ‘ Post *exorsus*, ut bene judicat Dukerus, excidisse

NOTÆ

vacaneum apparet illud *exercitus*, ut Gron. notat: potest tamen intelligi Epirotas non tam de senatu et populo Romano solicitos fuisse, quam de illorum exercitibus ad se venturis.

[u] *Quas ante dixi*] Vide lib. XXXIII. capp. 28. et 29.

[x] *Labante egregia quondam disciplina gentis*] Vult Bœotorum egregiam olim disciplinam collapsam tunc; et præsentem multorum Thebanorum ac Bœotorum, præsertim nobilium, statum privatum ejusmodi fuisse, ut multi diu stare non possent, nisi rempublicam turbarent, quæ veræ belli causæ.

[y] *Thebas venit*] Urbs Bœotiæ primaria fuit, a Cadmo condita, quæ nunc vix oppidi titulo digna; Turcis *Stive.*

[z] *Commiserat nec a parvis*] Ita dicit *bellum committere,* ut jurisconsulti ‘ committere stipulationem,’ id est, id agere quod qui agit obnoxius fiat, seu teneatur, quidpiam dare vel facere

rum prætextu pro rege adversus Romanos factum est. Hac quoque gente adjuncta, Chalcidem regressus, præmissis inde literis, ut Demetriadem convenirent principes Ætolorum, cum quibus de summa rerum deliberaret, navibus eo ad diem indictam concilio venit. Et Amynander accitus ad consultandum ex Athamania; et Hannibal Pœnus,[9] jam diu non adhibitus, interfuit ei concilio. Consultatum de Thessalorum gente est, quorum omnibus, qui aderant, voluntas tentanda videbatur. In eo modo diversæ sententiæ erant, quod alii extemplo agendum; alii ex hyeme, quæ tum [10] ferme media erat, differendum in veris principium; et [11] alii legatos tantummodo mittendos; alii cum omnibus copiis eundum censebant, terrendosque metu, si cunctarentur.

7. Cum circa hanc fere consultationem disceptatio omnis verteretur, Hannibal, nominatim interrogatus sententiam, in universi belli cogitationem regem atque eos, qui aderant, tali oratione vertit: 'Si, ex quo trajecimus in Græciam, adhibitus essem in consilium, cum de Eubœa, de Achæis, de Bœotia agebatur, eandem [12] sententiam dixissem, quam hodie, cum de Thessalis agitur, dicam. Ante omnia Philippum et Macedonas in societatem belli quacumque ratione censeo deducendos esse. Nam quod ad Eubœam Bœotosque et Thessalos attinet, cui dubium est, quin, ut quibus nullæ suæ vires sint, præsentibus adulando semper, quem metum in consilio habeant, eodem ad impetrandam veniam utantur? simul ac [13] Romanum [a] exercitum in Græ-

videtur *est:* nam, si totam hujus periodi sententiam spectas, τὸ *exorsus* ad *fallebat* commode referri nequit. Posui igitur post *postularet* distinctionem majorem, τὸ *est* ad *exorsus* supplendum certe esse ratus. Anacoluthon enim in hoc loco agnoscere nolim.' *Doering.* Kreyssig. etiam habet *postularet. Neminem;* Crev. habet *postularet, neminem.*—9 *Pœnus* del. Gron. Doujat. Crev.—10 *Tunc* eæd.—11 Τὸ *et* delendum putat Duk.
12 *Eum* Gron. Doujat. Crev.—13 Vid. Not. Delph. inf. Mox pro *noxæ*

NOTÆ

propter stipulationem, aut eventum conditionis eidem insertæ.

[a] *Simul ac Romanum*] Placet Gronovii transpositio, *ac simul Romanum exercitum in Græcia viderint.* Est enim *simul*, perinde ut *simul ac*, idem ac statim atque.

cia viderint, ad consuetum imperium se avertant? nec iis noxæ futurum sit, quod, cum Romani procul abessent, vim tuam præsentis exercitusque tui experiri noluerint? Quanto igitur prius potiusque est, Philippum nobis conjungere, quam hos? cui, si semel in causam descenderit, nihil integri futurum sit, quique eas vires afferat, quæ non accessio tantum ad Romanum esse bellum, sed per se ipsæ nuper sustinere potuerint Romanos. Hoc ego adjuncto (absit verbo invidia) qui dubitare de eventu possim? cum, quibus adversus Philippum valuerint Romani, iis nunc fore videam ut ipsi oppugnentur. Ætoli, qui Philippum (quod inter omnes constat) vicerunt, cum Philippo adversus Romanos pugnabunt. Amynander atque Athamanum gens, quorum secundum Ætolos plurima fuit opera in eo bello, nobiscum stabunt. Philippus tum, te quieto, totam molem sustinebat belli: nunc duo maximi reges, Asiæ Europæque viribus, adversus unum populum, (ut meam utramque fortunam taceam,) patrum certe ætate ne uni quidem Epirotarum regi parem, (quid[14 b] tandem erit vobiscum comparatus?[c]) geretis bellum. Quæ igitur res mihi fiduciam præbet, conjungi nobis Philippum posse? Una, communis utilitas, quæ societatis maximum vinculum est: altera, auctores vos Ætoli. Vester enim legatus hic Thoas inter cetera, quæ ad exciendum in Græciam Antiochum dicere est solitus, ante omnia hoc semper affirmavit, fremere Philippum, et ægre pati, sub specie pacis leges servitutis sibi impositas. Ille quidem feræ bestiæ vinctæ aut clausæ, et



habet Kreyssig. *noxiæ*.—14 Tentat Doujat. *qui quid:* vid. Not. Delph. inf. *Qui quid* habet Crev. *Quicquid*, omissis parentheseos signis, et commate post

NOTÆ

[b] *Quid*] Sic legimus ex auctoritate J. F. Gronovii pro *quicquid*, verbaque hæc parenthesi clausimus. *J. Clericus.*

[c] *Quid* [*quicquid*] *tandem erit vobiscum comparatus*] Sive receptam hanc lectionem sequamur, sive cum Gron. Moguntinam *quid tandem erit*, sive, ut mihi scribendum videtur, levissima correctione, *qui* (Epirotarum nempe rex) *quid tandem erit vobiscum comparatus?* interpunctione opus, aut potius parenthesi.

refringere claustra cupienti, regis iram verbis æquabat.[15] Cujus si talis animus est, solvamus nos ejus vincula, et claustra refringamus, ut erumpere diu coërcitam iram[16 d] in hostes communes possit. Quod si nihil eum legatio nostra moverit, at nos, quoniam nobis eum adjungere non possumus, ne hostibus nostris ille adjungi possit, caveamus. Seleucus filius tuus Lysimachiæ est; qui si eo exercitu, quem secum habet, per Thraciam proxima Macedoniæ cœperit depopulari, facile ab auxilio ferendo Romanis Philippum ad sua potissimum tuenda avertet. De Philippo meam sententiam habes. De ratione universi belli quid sentirem, jam ab initio non ignorasti. Quod si tum auditus forem, non in Eubœa Chalcidem captam, et castellum Euripi expugnatum Romani, sed Etruriam Ligurumque et Galliæ Cisalpinæ oram bello ardere, et, qui maximus iis terror est, Hannibalem in Italia esse audirent. Nunc quoque arcessas[17] censeo omnes navales terrestresque copias. Sequantur classem onerariæ cum commeatibus. Nam hic sicut ad belli munera pauci sumus, sic nimis multi pro inopia commeatuum. Cum omnes tuas contraxeris vires, divisam classem partim Corcyræ in statione habebis, ne transitus Romanis liber ac tutus pateat; partim ad littus Italiæ, quod Sardiniam Africamque spectat, trajicies: ipse cum omnibus terrestribus copiis in Byllinum[18] agrum[e] pro-

comparatus posito, Gron. Doujat.—15 'Idem de Philippo dixit Alexander Acarnan xxxv. 18. An itaque pro *ille* legendum *alius?*' Rupert.—16 *Coërcita ira* Doujat. c. edd. antt. Mox *ut hostib.* Gron.—17 'Lectio *arcessas*, quam optimi codd. tuentur, male in quibusdam editt. ad vulgarem loquendi rationem mutata est in *arcessendas.*' Doering.—18 Vid. Not. Delph. inf. Kreyssig. habet *Bullinum;* et Glarean. legit *Bullionium.*

NOTÆ

[d] *Ut erumpere diu coërcitam iram* [*coërcita ira*] Mss. quidam e melioribus, in quibus et Colb. scribunt *erumpere diu coërcitam iram:* Philippus nimirum: erumpendi enim verbum aliquando active sumitur, eamque in rem citatur a Gronovio Cicero lib. XVI. ad Attic. Ep. 3. 'ne in me stomachum erumpant, cum sint tibi irati.' Et Cæsar lib. II. de Bello Civili, 'portis se foras erumpunt.'

[e] *In Byllinum agrum*] *Bullis* Ptolemæo dicitur, quæ Plinio *Bullidensis* colonia, ni fallor: et incolæ *Buliones* eidem Plinio, Straboni *Byliones,* Ciceroni *Bullienses,* Stephano *Bullini.*

cedes. Inde Græciæ præsidebis, et speciem Romanis trajecturum te præbens, et, si res poposcerit, trajecturus. Hæc suadeo, qui, ut non omnis peritissimus sim belli, cum Romanis certe bellare bonis malisque meis didici. In quæ consilium dedi, in eadem nec infidelem, nec segnem operam polliceor. Dii approbent eam sententiam, quæ tibi optima visa fuerit.'

8. Hæc ferme Hannibalis oratio fuit; quam laudarunt magis in præsentia, qui aderant, quam rebus ipsis executi sunt. Nihil enim eorum est factum, nisi quod ad classem copiasque arcessendas ex Asia Polyxenidam misit.[f] Legati Larissam ad concilium Thessalorum sunt missi, et Ætolis Amynandroque dies ad conveniendum exercitui Pheras est dictus.[19][g] Eodem et rex cum suis copiis confestim venit. Ibi dum opperitur[20] Amynandrum atque Ætolos, Philippum Megalopolitanum cum duobus millibus hominum ad legenda ossa Macedonum circa Cynoscephalas, ubi debellatum erat cum Philippo, misit; sive ab ipso, quærente sibi commendationem ad Macedonum gentem et invidiam regi, quod insepultos milites reliquisset, monitus; sive ab insita regibus vanitate ad consilium specie amplum, re inane, animo adjecto. Tumulus est, in unum

19 'J. F. Gron. quidem tentabat *cum exercitu;* quod sane fieri possit. Sed Jac. Gron. emendavit *Ab Ætolis Amynandroque cett.* At, ut recte jam monuit Dukerus, non Ætoli et Amynander sed ipse Antiochus diem ad conveniendum dixisse videtur. Equidem nihil mutandum, et hunc locum ita explicandum puto; dies dictus est Ætolis Amynandroque *ad conveniendum exercitui Pheras*, h. e. quo Pheras conveniendum esset exercitui.' *Doering.* Conj. Bened. *sunt missi ab Ætolis Amynandroque. Dies ad etc.* Vid. Not. Delph. inf. 'Pro vulgata lectione *indictus* recte ad fidem optimorum codd. Drak. rescripsit *dictus*, qui, si quid mutandum sit, malit *edictus*.' Doering. *Indictus* Gron. Doujat.—20 *Opperiretur* Gron. Doujat. ex Aldo.

NOTÆ

Hinc ager Byllinus Macedoniæ occidentalis, quæ alias Illyrici pars fuit, et nunc Albania dicitur, oppidum fuit maritimum in Elymiotis ad fauces Adriatici maris. Hodie, ni fallor, *Lenguetta*, in confinio Epiri ad meridiem Aulonis seu Vallonæ.

[f] *Misit*] Antiochus.

[g] *Ad conveniendum exercitui Pheras est dictus* [*indictus*] Scribendum Gron. suspicatur, *ad conveniendum cum exercitu Pheras:* aut ita legendum mihi quoque videtur, aut *eorumque exercitui.*

ossibus, quæ passim strata erant, coacervatis, factus; qui nullam gratiam ad Macedonas, odium ingens ad Philippum[g] movit. Itaque, qui ad id tempus fortunam esset in consilio habiturus,[h] is extemplo ad M. Bæbium proprætorem misit, 'Antiochum in Thessaliam impetum fecisse. Si videretur ei, moveret ex hybernis: se obviam processurum, ut, quid agendum esset, consultarent.'

9. Antiocho, ad Pheras jam castra habenti, ubi conjunxerant ei se Ætoli et Amynander, legati ab Larissa venerunt, quærentes, quod ad factum dictumve Thessalorum bello lacesseret eos? simul orantes, ut, remoto exercitu, per legatos, si quid ei videretur, secum disceptaret. Eodem tempore quingentos armatos, duce Hippolocho, Pheras in præsidium miserunt. Hi, exclusi aditu, jam omnia itinera obsidentibus regiis, Scotussam se receperunt. Legatis Larissæorum rex clementer respondit, 'Non belli faciendi, sed tuendæ et stabiliendæ libertatis Thessalorum causa, se Thessaliam intrasse.' Similia his qui cum Pheræis ageret, missus. Cui nullo dato responso, Pheræi ipsi[1] legatum ad regem, principem civitatis Pausaniam, miserunt. Qui cum haud dissimilia his, ut in causa pari, quæ pro Chalcidensibus in colloquio ad Euripi fretum dicta erant, quædam etiam ferocius, egisset; rex etiam atque etiam deliberare eos jussos, ne id consilii caperent, cujus, dum in futurum nimis[2] cauti et providi essent, extemplo pœniteret, dimisit. Hæc renuntiata Pheras legatio cum esset, ne paulum quidem dubitarunt, quin pro fide erga Romanos, quicquid fors belli tulisset, paterentur. Itaque et hi summa ope parabant se ad urbem defendendam, et rex ab omni parte simul oppugnare mœnia est aggressus, et, ut[3] qui satis intelligeret, (neque enim dubium erat,) in eventu ejus urbis positum esse, quam primam aggressus esset, aut sperni deinde ab

[g] *Apud Philippum.*
[h] *Qui sic animo comparatus erat, ut speculari vellet quam in partem inclinaret fortuna, et ex re capere consilium, &c.*

1 *Suum* add. Gron. Doujat. Crev.—2 In quibusdam codd. et vett. edd.

universa gente Thessalorum, aut timeri se, omnem undique terrorem obsessis injecit. Primum impetum oppugnationis satis constanter sustinuerunt: dein,[4] cum multi propugnantes caderent, aut vulnerarentur, labare animi cœpere. Revocati deinde castigationibus principum ad perseverandum in proposito, relicto exteriore circulo muri, deficientibus jam copiis, in interiorem partem urbis concesserunt, cui brevior orbis munitionis circumjectus erat. Postremo victi malis, cum timerent, ne vi captis nulla apud victorem venia esset, dediderunt sese. Nihil inde moratus rex, quatuor millia armatorum, dum recens terror esset, Scotussam misit. Nec ibi mora deditionis est facta, cernentibus Pheræorum recens exemplum, qui, quod pertinaciter primo abnuerant, malo domiti tandem fecissent. Cum ipsa urbe Hippolochus Larissæorumque deditum est præsidium. Dimissi ab rege inviolati omnes; quod eam rem magni momenti futuram rex[5] ad conciliandos Larissæorum animos credebat.

10. Intra decimum diem, quam Pheras venerat, his perfectis, Cranonem, profectus[6] [h] cum toto exercitu, primo adventu cepit. Inde Cypæram[i] et Metropolim[k] et iis circumjecta castella recepit; omniaque jam regionis ejus, præter Atracem[7] et Gyrtonem,[l] in potestate erant. Tum aggredi Larissam constituit; ratus vel terrore ceterarum

minus.—3 *Aggressus. Ut* Gron. Doujat. *aggressus. Et ut* Crev.—4 *Deinde* Gron. Doujat. Crev.—5 'Forte leg. *magno momento;* certe del. τὸ *rex*, vel paulo ante *ab rege*.' Gron.

6 'Ad *profectus* (nisi hæc vox, quæ in cod. Hearnii apud Drakenb. et editt. vett. haud comparet, pro panno assuto habenda sit,) supple *eo*, aut, quod magis placet, junge *Cranonem profectus c. toto ex.* et ad *cepit* subaudi eam.' *Doering. Cranonem profectus* sine interpunct. Gron. Doujat.—7 Omnes, præ-

NOTÆ

[h] *Cranonem, profectus*] Phthiotidis oppidum fuit Cranon, non procul Enipei et Amphrysi confluentibus ad lævam, victoria Antipatri de Atheniensibus paulo post Alexandri mortem cognitum: hodie *Ceres* Bellonio.

[i] *Inde Cypæram*] Cypæra Cranoni ad occasum, intercurrente Apidano, (qui hodie *Epideno,*) Thessaliotidis oppidum fuit.

[k] *Et Metropolim*] In eadem Thessaliotidis regione fuit hæc Metropolis.

expugnatarum, vel beneficio præsidii dimissi, vel exemplo tot civitatium dedentium sese, non ultra in pertinacia mansuros. Elephantis agi ante signa terroris causa jussis, quadrato agmine ad urbem incessit; ut incerti fluctuarentur [8] animi magnæ partis Larissæorum inter metum præsentem [9] hostium et verecundiam absentium sociorum.[m] Per eosdem dies Amynander cum Athamanum juventute occupat Pellinæum; [10][n] et Menippus, cum tribus millibus peditum Ætolorum et ducentis equitibus in Perrhæbiam profectus, Mallœam[o] et Cyretias[p] vi cepit, depopulatusque est agrum Tripolitanum.[q] His raptim peractis, Larissam ad regem redeunt: consultanti, quidnam agendum esset de Larissa, supervenerunt. Ibi in diversum sententiæ tendebant; aliis, vim adhibendam, et non differendum censentibus, quin operibus ac machinis simul undique mœnia aggrederentur urbis sitæ in plano, apertæ, campestri undique aditu; [11] aliis nunc vires urbis, nequaquam Pheris conferendæ, memorantibus, nunc hyemem et tempus anni nulli

ter Mogunt. codd. et edd. vett. exhibent *ad regem.*—8 In Hearnii L. I. *fluctuarent.*—9 ' Malebat Muretus *præsentium*, ut sic sequenti voci *absentium*, elegantius responderet hæc lectio; sed secus sentiunt Duk. et Drak.' *Doering.* —10 ' Rectius forte e nummis *Pelinæum* seu *Pelinnæum.*' Rupert.—11 ' Nostram lectionem primum e codice suo restituit Valesius, quam optimi quique codd. apud Drak. confirmant, in quorum nullo omnino vox *facilis* reperitur. Sed neque Valesius, qui distinctionem post *apertæ* fecit, neque Crev. qui illum secutus est, hunc locum recte explicuit. Dukerus tentabat *aperto et cam-*

NOTÆ

[l] *Et Gyrtonem*] Magnesiæ tribuitur a Plinio Gyrton cum Cranone, Thaumacis, aliisque. Strabo certe extremo libro IX. ejus meminit in Thessaliæ descriptione, memoratque inter Larissam et Pheras. Nardo est *Tachi Volicati.*

[m] *Et verecundiam absentium sociorum*] Romanorum scilicet *verecundiam* dicit, pro reverentia aliqua cum pudore conjuncta.

[n] *Pellinæum*] Pellinæum nominat Strabo inter oppida superioris Thessaliæ, sive Estiæotidis; et cum Tricca ad lævam Penei locat.

[o] *Mallœam*] In Pelasgiotide sub Candaviis montibus fuit Mallœa.

[p] *Et Cyretias*] Ptol. *Chyretias* hoc oppidum vocat, ponitque in Estiæotis, cum Metropoli, quam alii Thessaliotis assignant: Sophiano nunc *Molcoluri.*

[q] *Agrum Tripolitanum*] Pelagoniam Tripolitin, opinor, intelligit, quæ Macedoniæ regio fuit sub Candaviis montibus, Thessaliotidi ortum versus, Estiæotidi ad meridiem proxima, sic dicta a tribus urbibus, Doliche, Pytheo, et Azoro.

bellicæ rei, minime obsidioni atque oppugnationi urbium, aptum. Incerto regi inter spem metumque legati a Pharsalo, qui ad dedendam urbem suam forte venerant, animos auxerunt. M. Bæbius interim, cum Philippo in Dassaretiis congressus, Ap. Claudium ex communi consilio ad præsidium Larissæ misit, qui per Macedoniam magnis itineribus in jugum montium, quod super Gonnos est, pervenit. Oppidum Gonni viginti millia ab Larissa abest, in ipsis faucibus saltus, quæ Tempe appellantur, situm. Ibi castra metatus latius, quam pro copiis, et plures, quam quot satis in usum erant, ignes cum accendisset, speciem, quam quæsierat, hosti fecit, omnem ibi Romanum exercitum cum rege Philippo esse. Itaque hyemem instare [12] apud suos causatus rex, unum tantum moratus diem, ab Larissa recessit, et Demetriadem rediit; Ætolique et Athamanes in suos receperunt se fines. Appius, etsi, cujus rei causa missus erat, solutam cernebat obsidionem, tamen Larissam ad confirmandos in reliquum sociorum animos descendit; duplexque lætitia erat, quod et hostes excesserant finibus, et intra mœnia præsidium Romanum cernebant.

11. Rex Chalcidem a Demetriade profectus, amore captus virginis Chalcidensis Cleoptolemi filiæ, cum patrem, primo allegando,[13] [r] deinde coram ipse rogando, fatigasset,

pestri undique aditu. Sed salva res est; distinctione enim post *apertæ* sublata, hic locus explicandus est sic: *apertæ* (patentis) *undique* (ex omni parte) *aditu* (pro aditui) *campestri*, (e campo,) h. e. quæ ita patebat, ut undique ex campo adiri posset.' *Doering.* Rupert. cum Duk. conj. *aperto et.* Apud Gron. Doujat. est *in plano, a parte campestri undique facilis aditu*; apud Kreyssig. et Doer. legitur *in plano, apertæ campestri undique.*—12 Duk. forte legendum existimat *hyemem obstare.*

NOTÆ

[r] *Primo allegando*] Sumitur *allegare* pro eo quod est per alium alloqui, ut probat Gron. tum ex Cic. Philip. v. 'Cretensis judex, isque nequissimus: quem ad hunc reus alleget, quomodo accedat:' et ex Q. Cic. de petitione consulatus: 'hi rogandi omnes sunt diligenter, et ad eos allegandum.' Observat idem Gron. hinc allegatos antiquis dictos pro sequestris quibusdam, quos ad aliquem mittimus, inquisituros, et quasi expiscaturos judicium ipsius, ut deinde testes sint eorum quæ ex eo audierint: eoque

invitum se gravioris fortunæ conditioni illigantem,[i] [s] tandem impetrata re, tanquam in media pace nuptias celebrat; et reliquum hyemis, oblitus quantas simul duas res suscepisset, bellum Romanum et Græciam liberandam, omissa omnium rerum cura, in conviviis et vinum sequentibus voluptatibus, ac deinde, ex fatigatione magis, quam satietate earum, in somno traduxit. Eadem omnes præfectos regios (qui ubique, ad Bœotiam[14] maxime, præpositi hybernis erant) cepit luxuria: in eandem et milites effusi sunt. Nec quisquam eorum aut arma induit, aut stationem, aut vigilias servavit; aut quicquam, quod militaris operis, aut muneris esset, fecit. Itaque principio veris, cum per Phocidem[t] Chæroneam,[15] quo convenire omnem undique exercitum jusserat, venisset; facile animadvertit, nihilo severiore disciplina milites, quam ducem, hybernasse. Alexandrum inde Acarnana[16] et Menippum Macedonem Stratum Ætoliæ[u] copias ducere jussit. Ipse, Delphis sacrificio Apollini facto, Naupactum processit. Consilio[17]

[i] *Qui nonnisi invitus adducebatur, ut per nuptias filiæ sese illigaret altiori, sed periculosiori Antiochi fortunæ.*

13 Gruteri postrema, teste J. F. Gron. revocavit *ablegando.*—14 *Ac Bœotiæ* conj. Gron.—15 *Per Phocidem in Acarnaniam* conj. Sigon. et habent in edd. Gron. Doujat.—16 *Acarnanem* Gron. Doujat. Crev. Mox 'Stephanus

NOTÆ

sensu accipiendum est quod Isidorus allegatos pro testibus dici scribit, lib. IV. Orig. c. 23.

[s] *Conditioni illigantem*] Potest quidem *conditio* hic de statu et quasi societate fortunæ intelligi: sed mens, opinor, auctoris est, ut de matrimonio intelligatur. Sic apud Quintil. Declamat. 257. 'bona conditio' pro eo quod nos dicimus, *un bon parti, un bon mariage.* Et apud Plautum in Aulul. 'conditionem hanc accipe, et eam mihi desponde.' Et 'circumspicere conditiones;' Gallice, *s'informer, s'enquérir de divers partis pour marier une fille.* Ita inter solemnia divortii hæc in usu fuit formula: 'conditione tua non utor.'

[t] *Per Phocidem*] Regio Helladis, sive Græciæ proprie dictæ, (quam Ptolem. Achaiam vocat,) provincia fuit Phocis, ab Œta monte ad sinum Corinthiacum a septemtrione ad meridiem porrecta: cujus caput Delphi, oraculo Apollinis et Pythicis ludis nobilis urbs, nunc *Castri*, ad Parnassum montem: hodie sub Turcis Livadiæ pars.

[u] *Stratum Ætoliæ*] Fuit Stratus, sive Strato, urbs Acarnaniæ meridionalis e primariis, in Ætoliæ confinio, intercurrente Acheloo.

principum Ætoliæ habito, via, quæ præter Calydonem[18] [x] et Lysimachiam fert ad Stratum, suis, qui per Maliacum sinum veniebant, occurrit. Ibi Mnesilochus princeps Acarnanum, multis emtus donis, non ipse solum gentem regi conciliabat, sed Clytum etiam prætorem, penes quem tum summa potestas erat, in suam sententiam adduxerat. Is cum Leucadios, quod Acarnaniæ caput est, non facile ad defectionem posse cerneret impelli, propter metum Romanæ classis, quæ cum Atilio,[19] quæve circa Cephaleniam [y] erat, arte eos est aggressus. Nam cum in concilio dixisset, tuenda mediterranea Acarnaniæ esse, et omnibus, qui arma ferrent, exeundum ad Medionem[20] et Thyrium,[z] ne ab Antiocho aut Ætolis occuparentur; fuere, qui dicerent, nihil attinere omnes tumultuose concitari; satis esse quingentorum hominum præsidium. Eam juventutem nactus, trecentis Medione, ducentis Thyrii in præsidio positis, id agebat, ut, pro obsidibus futuri, venirent in potestatem regis.

12. Per eosdem dies legati regis Medionem venerunt. Quibus auditis, cum in concione, quidnam respondendum regi esset, consultaretur, et alii manendum in Romana societate, alii non aspernandam amicitiam regis censerent; media visa est Clyti sententia eoque[1] accepta, ut ad regem

Stratum Acarnaniæ esse ait.' *Sigon.*—17 *Concilio* Doujat. Crev.—18 *Præter Chalcidem* edd. fere omnes ante Drak. ut et Gron. Doujat. Crev. Mox *Mnasilochus* Kreyssig.—19 *Cum Attalo* edd. ante Sigon.—20 '*Medeonem* all. non minus recte; et pro *Thyrium* all. mendose *Tyrrheum.*' Rupert.

1 'Spectans scilicet *eo, ut,* pro *eoque,* quod omnes codd. apud Drak. tuen-

NOTÆ

[x] *Præter Calydonem* [*Chalcidem*] Hæc Chalcis in Ætolia fuit circa Olenum, ut et Lysimachia.

[y] *Circa Cephaleniam*] Inter insulas maris Ionii aut Siculi, quæ ab Acarnania ad Peloponnesum jacent, præcipuum locum obtinet Cephalenia, olim Same dicta: urbs primaria idem habet cum insula nomen. Italis *Cefalonia:* estque in Venetorum ditione, cum vicina ad meridiem Zacyntho.

[z] *Ad Medionem et Thyrium*] Oppida fuerunt Acarnaniæ Mediterraneæ inter Acheloum fluvium et Ambracium sinum. Medion, non procul fluvio ad limitem Ætoliæ, distinctum ab aliis nominis ejusdem in vicinia oppidis, Phocico et Bœotico, quorum meminere Strabo et Stephanus.

mitterent legatos, peterentque ab eo, ut Medionios [2] super tanta re consultare in concilio Acarnanum pateretur. In eam legationem Mnesilochus, et qui ejus factionis erant, de industria conjecti,[3] clam missis, qui regem admovere copias juberent, ipsi terebant tempus. Itaque vixdum iis egressis legatis,[4] Antiochus in finibus, mox ad portas erat, et trepidantibus, qui expertes proditionis fuerant, tumultuoseque juventutem ad arma vocantibus, ab Clyto et Mnesilocho in urbem est inductus; et, aliis sua voluntate affluentibus, metu coacti etiam, qui dissentiebant, ad regem convenerunt. Quos placida oratione territos [5] cum permulsisset, ad spem vulgatæ clementiæ aliquot populi Acarnaniæ defecerunt. Thyrium a Medione profectus est, Mnesilocho eodem et legatis præmissis. Ceterum detecta Medione fraus cautiores, non timidiores, Thyrienses [6] fecit, dato ei haud perplexo responso, nullam se novam societatem, nisi ex auctoritate Romanorum imperatorum,[7] [a] accepturos, portisque clausis, armatos in muris disposuerunt. Et peropportune ad confirmandos Acarnanum animos Cn. Octavius missus a Quintio, cum præsidium et paucas naves ab A. Postumio, qui ab Atilio legato [8] Cephaleniæ præpositus fuerat, accepisset, Leucadem venit, implevitque spei socios, M'. Acilium consulem jam cum legionibus

tur, perperam in plurimis edd. *eaque.*' Doering. Mox 'Post *accepta* ed. Mog. et seqq. adjecere *est;* quod ab omnibus Mss. præter Mog. et ab edd. ante Mog. abest. Delevi suadente Duk.' *Rupert.* *Est* add. Gron. Doujat. Crev. Doer. c. Drak.—2 Vett. libb. apud Sigon. habent *Medios.*—3 *Collecti* edd. ante Sigon.—4 *Legatis* del. Gron. Crev. deinde habent Gron. Doujat. Crev. *et mox.*—5 'Vox *territos* importuno plane loco posita est, quia post *placida oratione* expectes potius *appellatos, delinitos,* vel simile quid; denique vox *territos* jam latet in *quos,* cum de metu eorum, *quos* placida oratione rex permulsisse dicitur, jam antea dictum sit. Vox *territos* igitur mihi temere ex margine in textum irrepsisse videtur.' *Doering.*—6 *Thyrenses* edd. ante Sigon. —7 J. F. Gron. forte delendum putat τὸ *imperatorum.*—8 Legendum fortasse *legatus,* ut Posthumius fuerit Atilii legatus, suspicatus est Jac. Periz. prob. Rupert.

NOTÆ

[a] *Romanorum imperatorum*] Sufficere videtur Gronovio *Romanorum:* possunt tamen *imperatorum* nomine intelligi Acilius consul, Atilius classi præfectus, aut Quintius, vel Livius.

mare trajecisse, et in Thessalia castra Romana esse. Hunc rumorem quia similem veri tempus anni maturum jam ad navigandum faciebat; rex, præsidio Medione imposito et in quibusdam aliis Acarnaniæ oppidis, Thyrio abscessit, et per Ætoliæ ac Phocidis urbes Chalcidem rediit.

13. Sub idem tempus M. Bæbius et Philippus rex, jam ante per hyemem in Dassaretiis congressi, cum Ap. Claudium, ut obsidione Larissam eximeret, in Thessaliam misissent, quia id tempus rebus gerendis immaturum erat, in hyberna regressi, principio veris conjunctis copiis in Thessaliam descenderunt. In Acarnania tum Antiochus erat. Advenientes Philippus Mallœam Perrhæbiæ, Bæbius Phacium[9][b] est aggressus, quo primo prope impetu capto, Phæstum[c] eadem celeritate capit. Inde Atracem cum se recepisset, Cyretias[10] hinc et Eritium occupat;[d] præsidiisque per recepta oppida dispositis, Philippo rursus obsidenti Mallœam se conjungit. Sub adventum Romani exercitus, seu ad metum virium, seu ad spem veniæ, cum dedidissent sese; ad ea recipienda oppida, quæ Athamanes occupaverant, uno agmine ierunt. Erant autem hæc, Æginium, Ericinium,[11][e] Gomphi, Silana,[f] Tricca,[g] Melibœa,[h]

9 Olim legebatur *Philacium;* et mox *Phestum.*—10 All. *Chyretias;* et mox

NOTÆ

[b] *Phacium*] Oppidum erat Pelasgiotidis inter Pamisum fl. et Pierium montem, quo Thessalia dividitur a Macedonia.

[c] *Phæstum*] In Estiæotide fuit Phæstus ex Ptol. ad dextram Pamisi: nunc *Oista* Moletio.

[d] *Eritium* [*Phricium*] *occupat*] Sigonius legi vult ita, sed longius a locis ante memoratis aberat mons et oppidum hujus nominis, utpote ad Thermopylas in Locris situm. Huic loco magis conveniret Phrycus in Thessaliotide positum oppidum, inter Chiretias et Mallœam. Vulgo est *Eritium.* Conjicerem *Ericinum,* nisi statim ejus capti mentio fieret.

[e] *Ericinium* [*Ericinum*] Est in Estiæotide ad ortum Æginii in confinio Pelagoniæ Tripolitis.

[f] *Silana*] Silanam invenio in Estiæotide, inter Gomphos et Itonen ad lævam Ionis fluvii.

[g] *Tricca*] Estiæotidis quoque oppidum fuit ad sinistram Penei ripam, cujus episcopum fuisse aiunt Heliodorum Æthiopicorum scriptorem: hodie *Tricala* dicitur, in provincia *Janna:* præfecti Turcici sedes, ut ferunt.

[h] *Melibœa*] Fallor, nisi potius legendum *Melitæa:* quo nomine urbs

Phaloria.[i] Inde Pellinæum, ubi Philippus Megalopolitanus cum quingentis peditibus et equitibus quadraginta in præsidio erat, et circumsidunt, et, priusquam oppugnarent, mittunt ad Philippum, qui moneret,[12] ne vim ultimam experiri vellet. Quibus ille satis ferociter respondit, vel Romanis, vel Thessalis se crediturum fuisse; in Philippi se potestatem commissurum non esse. Postquam apparuit vi agendum, quia videbatur et Limnæam [k] eodem tempore oppugnari posse, regem ad Limnæam ire placuit; Bæbius restitit ad Pellinæum [l] oppugnandum.[13]

14. Per eos forte dies M'. Acilius consul, cum viginti [14] millibus peditum,[m] duobus millibus equitum, quindecim elephantis, mari trajecto, pedestres copias Larissam ducere delectos militum tribunos jussit. Ipse cum equitatu Limnæam ad Philippum venit. Adventu consulis deditio sine cunctatione est facta traditumque præsidium regium,[n] et cum iis Athamanes. Ab Limnæa Pellinæum consul proficiscitur. Ibi primi Athamanes [o] tradiderunt sese, deinde et Philippus Megalopolitanus:[p] cui, decedenti de

pro *Eritium* habent *Pricium* Gron. Doujat. Crev.—11 *Ericinum* eæd.—12 *Qui monerent* Kreyssig. quod rectius putat Doer.—13 *Ad Pellinæum oppidum* Gron. Doujat.

14 'Vulgo legebatur *decem;* sed cum consul duas legiones et parem numerum sociorum habuerit, jam J. Fr. Gron. et Duk. pro *decem* legendum esse *viginti* suspicati sunt. Et hanc lectionem reperit deinde Crev. in cod. Victor. Secutus igitur sum Crev.' *Doering.* prob. Drak. et Rupert.—

NOTÆ

fuit in Phthiotidis et Thessaliotidis confinio, cujus meminit Strabo, et quæ Ptolemæo est *Melitara,* hodie *Militra:* nam Melibœa procul ab hoc tractu in extrema fuit Magnesia ad mare Macedonicum.

[i] *Phaloria*] Alias *Phalore* fuit in Thessaliotide, non procul Apidano amne inter Metropolin et Cyparam.

[k] *Limnæam*] Ponitur a Sansone in Thessaliotide inter Apidanum et Peneum.

[l] *Pellinæum*] Plinio *Pellina:* fuit ad sinistram Penei in Estiæotide, inter Triccam et Atracem.

[m] *Viginti* [*decem*] *millibus peditum*] Appianus *viginti* numerat. Neque obest, quod hujus lib. cap. 3. et lib. sequentis cap. 2. duas tantum legiones Livius numerat: his quippe addendi socii nominis Latini, quorum etiam meminit.

[n] *Præsidium regium*] Ab Antiocho impositum.

[o] *Primi Athamanes*] Qui in præsidio erant.

[p] *Philippus Megalopolitanus*] De quo supra cap. 13.

præsidio, cum obvius forte fuisset Philippus rex,[q] ad ludibrium regem[15] eum consalutari jussit; ipse congressus fratrem, haud sane decoro majestati suæ joco, appellavit. Deductus inde ad consulem custodiri jussus, et haud ita multo post in vinculis Romam missus. Cetera multitudo Athamanum aut militum Antiochi regis, quæ in præsidiis deditorum per eos dies oppidorum fuerat, Philippo tradita regi est. Fuere autem ad tria millia hominum. Consul Larissam est profectus,[r] ibi de summa belli consultaturus. In itinere ab Pieria[16] [s] et Metropoli legati tradentes urbes suas occurrerunt. Philippus, Athamanum præcipue captivis indulgenter habitis, ut per eos conciliaret gentem, nactus spem Athamaniæ potiundæ, exercitum eo duxit, præmissis in civitates captivis. Et illi magnam auctoritatem apud populares habuerunt, clementiam erga se regis munificentiamque commemorantes; et Amynander, cujus præsentis majestas aliquos in fide continuisset, veritus ne traderetur Philippo jam pridem hosti et Romanis merito tunc[17] propter defectionem infensis, cum conjuge ac liberis regno excessit, Ambraciamque se contulit. Ita Athamania omnis in jus ditionemque Philippi concessit. Consul, ad reficienda maxime jumenta, quæ et navigatione, et postea itineribus fatigata erant, paucos Larissæ moratus dies, velut renovato modica quiete exercitu Cranonem est progressus.[18] Venienti Pharsalus, Scotussa et Pheræ, quæque in eis præsidia Antiochi erant, deduntur. Ex iis interrogatis, qui manere secum vellent, mille volentes Philippo tradit; ceteros inermes Demetriadem remittit.

15 *Regium* edd. ante Sigon.—16 Vid. Not. Delph. inf. Sigon. legendum esse conjecit *Pialia;* et Drak. tentabat *Cypæra.*—17 *Tum* Gron. Doujat. Crev.—

NOTÆ

[q] *Philippus rex*] Macedoniæ.

[r] *Larissam est profectus*] Quæ obsidione liberata fuerat ab Appio Claudio, c. 13.

[s] *Ab Pieria*] Regio est Macedoniæ Pieria, a Piero monte dicta, qui eam a Thessalia dirimit. Sed ea regio Philippo parebat, Romanorum socio. Legendum ergo *Piaria*, vel *Piura*, quod Estiæotidis oppidum fuit, inter Chiretias et Ericinum, circa fontes Pamisi: ejus meminit Steph.

Proërnam [19] inde recepit,[t] et quæ circa eam castella erant. Ducere tum porro in sinum Maliacum cœpit. Appropinquante faucibus, super quas siti Thaumaci sunt, deserta urbe, juventus omnis armata sylvas et itinera insedit, et in agmen Romanum ex superioribus locis incursavit. Consul primo mittere, qui ex propinquo colloquentes deterrerent eos a tali furore: postquam perseverare in incepto vidit, tribuno cum duorum signorum militibus circummisso, interclusit ad urbem iter armatis, vacuamque eam cepit. Tum, clamore ab tergo captæ urbis audito, refugientium undique ex sylvis insidiatorum cædes facta est. A Thaumacis altero die consul ad Sperchium [20] amnem [u] pervenit: inde Hypatæorum agros vastavit.

15. Cum hæc agebantur, Chalcide erat Antiochus: qui, jam tum [1] cernens, nihil se ex Græcia, præter amœna Chalcide hyberna et infames nuptias, petisse, Ætolorum vana promissa incusare et Thoantem; Hannibalem vero, non ut prudentem tantum virum, sed prope vatem omnium, quæ tum evenirent, admirari. Ne tamen temere cœpta segnitia insuper everteret, nuntios in Ætoliam mittit, ut, omni contracta juventute, convenirent Lamiam; et ipse eo [2] decem millia fere peditum, ex iis, qui postea venerant ex Asia, expleta, et equites quingentos duxit. Quo cum ali-

18 *Profectus* eæd.—19 Steph. *Proarna* neutro genere scribendum esse docet. Mox 'Tò *eam*, quod *circa* simpliciter fere apud Livium poni soleat, delendum putabat J. F. Gron. suffragante Crev. Sed cum hanc vocem, ambiguitatis evitandæ causa fere necessariam, constanter tueantur omnes codd. ego illam cum Drak. servandam putavi.' *Doering*.—20 *Spercheum* Kreyssig.

1 *Antiochus, jam tum* Kreyssig. et mox idem *petisse. Tunc Ætolorum.*—2 'Ita recepi ex emend. Duk. quia inepte vulgo legitur *convenirent. Jam et ipse eo cet.* Nomen loci excidisse tum ex his verbis, tum ex seqq. *quo cum aliquanto pauciores cet.* patet.' *Rupert. Convenirent. Jam et ipse* Gron. Doujat.

NOTÆ

[t] *Proërnam inde recepit*] Arne in Estiæotide fuit ad Curalium: sed *Proërne*, (ut Straboni dicitur,) vel *Proarne*, (ut Steph. appellat,) quam hic quærimus, in Thessaliotide erat, circa Othrym montem in agro Meliensium seu Melitæorum, non procul Thaumacis.

[u] *Sperchium amnem*] Fluvius est Phthiotidis e Pindo in Maliacum sinum rapido cursu labens, nunc ab aliis *Agriomela*, ab aliis *Selambria* dicitur, Sophiano teste.

quanto pauciores, quam unquam antea, convenissent,[x] et principes tantummodo cum paucis clientibus essent,[3] atque ii dicerent, omnia sedulo ab se facta, ut quam plurimos ex civitatibus suis evocarent, nec auctoritate, nec gratia, nec imperio adversus detrectantes militiam valuisse; destitutus undique et ab suis, qui morabantur in Asia, et ab sociis, qui ea, in quorum spem vocaverant, non præstabant, intra saltum Thermopylarum[y] sese recepit. Id jugum, sicut Apennini dorso Italia dividitur, ita mediam Græciam dirimit. Ante saltum Thermopylarum in septemtrionem versa[4] Epirus et Perrhæbia et Magnesia[z] et Thessalia est, et Phthiotæ Achæi[a] et sinus Maliacus. Intra fauces ad meridiem vergunt Ætoliæ pars major et Acarnania[b] et cum Locride Phocis et Bœotia adjunctaque insula Eubœa, et, excurrente in altum, velut promontorio, Attica terra, sita ab tergo et Peloponnesus. Hoc jugum, ab Leucate[5] et mari ad occidentem verso per Ætoliam ad alterum mare



Crev. Doer. Mox pro *expleta*, cod. Mog. exhibet *et Creta*.—3 'Malim equidem *adessent*, quod fere res ipsa flagitare videtur.' *Doering*.—4 *Thermopyla-*

NOTÆ

[x] *Convenissent*] Ætoli.

[y] *Saltum Thermopylarum*] Per saltum Thermopylarum intelligit Œtam montem, aliosque montes, qui in meridiem et occasum ab extrema in Austrum Thessalia ad mare usque Ionium, procul a Thermopylis, pertingentes, Epirum ab Acarnania, magna ex parte, ab Ætolia Ætolorumque per Helladem, seu Græciam proprie dictam, ditione dirimebant.

[z] *Et Perrhæbia et Magnesia*] Perrhæbia, de qua loquitur hic Livius, inter Peneum fluvium et Pierium montem sita, ut ex superioribus apparet, parum distat a Pelasgiotide Ptolemæi, quæ, cum Magnesia atque Estiæotide, pars fuit Thessaliæ late sumtæ. Sed hic Thessaliæ nomine intelligit Thessaliotidem sive Thessaliam strictius acceptam.

[a] *Phthiotæ Achæi*] Vetustis temporibus Phthiotis sedes fuit Achæorum, quorum pars magna in Peloponneso: nam Achæus Xuthi filius, Æoli primi nepos, cum in Ægialeam Peloponnesi secessisset, postea in Thessaliam rediit, ibique regnavit. In Mss. tamen, quos vidi, vocantur *Phthiotæ*, nulla cognominis *Achæorum* mentione.

[b] *Et Acarnania*] Lege *et Acarnaniæ*; supple major pars; si enim hoc jugum, sive hic saltus ab Leucade urbe, aut vicino promontorio Leucate initium habet; pars Acarnaniæ Ambracio sinui et Amphilochis subjecta, ad septemtrionem vergit, non ad meridiem.

orienti objectum tendens, ea aspreta rupesque interjectas habet, ut non modo exercitus, sed ne expediti quidem facile ullas[6] ad transitum calles inveniant. Extremos ad orientem montes Œtam vocant, quorum quod altissimum est, Callidromon appellatur; in cujus valle ad Maliacum sinum vergente iter est non latius, quam sexaginta passus. Hæc una militaris via est, qua traduci exercitus, si non prohibeantur, possint. Ideo Pylæ, et ab aliis, quia calidæ aquæ in ipsis faucibus sunt, Thermopylæ locus appellatur, nobilis Lacedæmoniorum adversus Persas morte magis memorabili,[c] quam pugna.

16. Haudquaquam pari tum animo Antiochus, intra portas loci ejus castris positis, munitionibus insuper saltum impediebat; et, cum duplici vallo fossaque et muro etiam, qua res postulabat, ex multa copia passim jacentium lapidum, permunisset omnia, satis fidens, nunquam ea[7] vim Romanum exercitum facturum, Ætolos ex quatuor millibus (tot enim convenerant) partim ad Heracleam[d] præsidio obtinendam, quæ[8] ante ipsas fauces posita est, partim Hypatam mittit,[e] et Heracleam haud dubius consulem oppugnaturum, et jam multis nuntiantibus, circa Hypatam omnia evastari. Consul, depopulatus Hypatensem

rum septentrionem versus edd. ante Sigon.—5 Olim legebatur *Leucade.*—6 *Ullos* Gron. Doujat. Crev.

7 'In omnibus editt. vett. et recentt. simpliciter legitur *ea* scil. via; sed id nimis durum mihi videbatur: recepi igitur lectionem, quam exhibet apud Drakenb. cod. Lov. 1. *in ea*, sc. quæ permunita essent. Primum quidem, nondum inspecta editione Drak. conjeceram *per ea.*' Doering.—8 'Relativum a nullo scripto alio agnoscitur, nec etiam ab Thuan. et exulet sane, cum scribendum appareat *obtinendam* (*ante ipsas fauces posita est*) *partim.*'

NOTÆ

[c] *Morte magis memorabili*] Notum est Leonidæ Spartanorum ducis factum, qui quatuor millibus militum triduo angustias Thermopylarum adversus decies fere centena millia Persarum tuitus, quarta die, occupato a xx. millibus hostium cacumine, solos sexcentos Lacedæmonios secum retinuit, cum quibus ad certam mortem se devovit.

[d] *Partim ad Heracleam*] Hæc Heraclea, Trachinia dicta, inter Sperchium et Asopum ad sinum Maliacum, qui nunc *Golfo de Zeyton.*

[e] *Hypatam mittit*] Thessaliotidis caput fuit Hypata, in montis vertice, supra fontes Sperchii, ad quam Æniaes populi.

primo, deinde Heracleensem agrum, inutili utrobique auxilio Ætolorum, in ipsis faucibus prope fontes calidarum aquarum adversus regem castra posuit. Ætolorum utræque [9] manus [f] Heracleam [10] sese incluserunt. Antiochum, cui, priusquam hostem cerneret, satis omnia permunita et præsidiis obsepta videbantur, timor deinde incessit, ne quas [11] per imminentia juga calles inveniret ad transitum Romanus. Nam et Lacedæmonios [g] quondam ita a Persis circumitos fama erat, et nuper Philippum [h] ab iisdem Romanis. Itaque nuntium Heracleam ad Ætolos mittit, ut hanc saltem sibi operam eo bello præstarent, ut [12] vertices circa montium occuparent obsiderentque, ne qua transire Romanus posset. Hoc nuntio audito, dissensio inter Ætolos orta est. Pars imperio parendum regis atque eundum censebant, pars subsistendum Heracleæ ad utramque fortunam; ut, sive victus a consule rex esset, in expedito haberent integras copias ad opem propinquis ferendam civitatibus suis; sive vinceret, ut dissipatos in fugam Romanos persequerentur. Utraque pars non mansit modo in sententia sua, sed etiam exsecuta est consilium. Duo millia Heracleæ substiterunt: duo trifariam divisa Callidromum et Rhoduntiam et Tichiunta (hæc nomina cacuminibus sunt) occupavere.



Jac. Gron.—9 Malit J. F. Gron. *utraque*, improb. Doer.—10 ‘ Forte *Heracleæ*, aut *Heraclea* ex Harl. et Lov. 4.’ *Rupert.*—11 *Quos* Gron. Doujat. Crev.—12 ‘ Posterius *ut* a Mogunt. est. Ceterum alterum haud dubie redundat.’ *J. F. Gron.*

NOTÆ

[f] *Utræque manus*] Intelligit Ætolorum copias, seu militum corpora duo, tum eorum qui Hypatam, tum eorum qui recta Heracleam missi fuerant. Parum autem interest, an in multitudinis numero legatur *utræque manus*; an vero in numero singulari *utraque manus*.

[g] *Nam et Lacedæmonios*] Auctor Persis ejus consilii, ut, occupato cacumine, Spartanos a tergo aggrederentur, Ephialtes Trachinius nominatur.

[h] *Et nuper Philippum*] Non apud Thermopylarum angustias, sed in saltu ad Aoum fluvium, et fauces quæ in Epiri et Macedoniæ Illyricæ confinio, ubi per pastorem a Charopo Epirotarum principe missum deducti supra caput hostium milites T. Quintii. Vide lib. XXXII. capp. 5. 11. et 12.

17. Consul postquam insessa superiora loca ab Ætolis vidit, M. Porcium Catonem et L. Valerium Flaccum, consulares legatos, cum binis millibus delectorum peditum,[13] ad castella Ætolorum, Flaccum in Rhoduntiam et Tichiunta, Catonem in Callidromum mittit. Ipse, priusquam ad hostem copias admoveret, vocatos in concionem milites paucis est allocutus: 'Plerosque omnium ordinum, milites, inter[14] vos esse video, qui in hac eadem provincia T. Quintii ductu auspicioque militaveritis. Macedonico bello inexsuperabilis magis saltus ad amnem Aoum fuit, quam hic. Quippe portæ sunt hæ, et unus, inter duo maria clausis omnibus, vel ut naturalis transitus est. Munitiones et locis opportunioribus tunc fuerunt, et validiores impositæ:[15] [i] exercitus hostium ille et numero major, et militum genere aliquanto melior. Quippe illic Macedones Thracesque et Illyrii erant, ferocissimæ omnes gentes; hic Syri et Asiatici Græci sunt, levissima genera hominum[k] et servituti

13 *Militum* Gron. Doujat. Crev.—14 *Ordinum milites inter* Gron. Doujat. —15 Vid. Not. Delph. inf. Gronovii conjecturam improb. Doer. cujus nota est, 'Quis enim in hac dura et moleste incedente oratione agnoscat Livium? Difficultas, quam pariunt voces *validiores impositæ*, tollitur, si recepta lectione plurium codd. apud Drakenb. *impositi* pro *impositæ*, locum ita distinxeris: *munitiones et locis opportunioribus tum* (in bello Macedonico) *fuerunt, et validiores impositi* (fuerunt) *exercitus. Hostium* enim (nempe Philippi) *ille* (exercitus) *et numero major cett.* Quod si vero lectio *impositæ* a manu Livii


NOTÆ

[i] *Munitiones et locis opportunioribus tunc fuerunt, et validiores impositæ*] Variant hic admodum lectiones. Hæc vulgata ex codice Moguntino est. Andreas et priores sic ediderant: *munitioribus tunc fuerunt, et validioribus impositi exercitus hostium locis: exercitus ille, &c.* Regius major, qui Jo. Mureti fuerat, sic habet: *munitioribus tunc fuerunt et validioribus impositi exercitus hostium; ille numero, &c.* Colb. scribit *munitionibus;* cetera omnino similis. In Regio, qui antea Naudæi, legitur, *munitiores tunc fuerunt, et validiores impositi exercitus hostium.* Mihi probaretur præ ceteris quod secutus ex Andrea paululum immutato Gron. *munitioribus et tunc fuerunt et validiores impositi exercitus hostium locis:* nisi quod Philippi adversus Quintium unus in pugna ad Aoum exercitus fuerat, non plures. Itaque receptæ ex Moguntino scripturæ standum censeo: *validi* quidem nomen simpliciter hominibus sæpius quam locis: sed et his aliquando tribuitur a priscis scriptoribus. Sallust. 'validum oppidum' dixit: Tacit. 'validiores provinciæ.' Noster l. XXXIX. 'validam urbem.'

[k] *Levissima genera hominum*] Syri raro servare fidem dicuntur apud Vo-

nata. Rex ille bellicosissimus, exercitatus jam inde ab juventa finitimis Thracum atque Illyriorum et circa omnium accolarum bellis; hic, ut aliam omnem vitam omittam,[16] is est, qui, cum ad inferendum populo Romano bellum ex Asia in Europam transisset, nihil memorabilius toto tempore hybernorum gesserit, quam quod amoris causa ex domo privata, et obscuri etiam inter populares generis, uxorem duxit, et novus maritus, velut saginatus nuptialibus cœnis, ad pugnam processit. Summa virium speique ejus in Ætolis fuit, gente vanissima et ingratissima, ut vos prius experti estis, nunc Antiochus experitur. Nam nec convenerunt frequentes, nec contineri in castris potuerunt, et in seditione ipsi inter se sunt; et cum Hypatam tuendam Heracleamque depoposcissent, neutram tutati,[17] refugerunt in juga montium, pars Heracleæ incluserunt sese. Rex ipse confessus, nusquam æquo campo non modo congredi se ad pugnam audere, sed ne castra quidem in aperto ponere, relicta omni ante regione ea, quam se nobis ac Philippo ademisse gloriabatur, condidit se intra rupes; ne ante fauces quidem saltus, ut quondam Lacedæmonios fama est, sed intra penitus retractis castris. Quod quantum interest ad timorem ostendendum, an muris alicujus urbis obsidendum sese incluserit?[k] Sed neque Antiochum tuebuntur angustiæ,[18] nec Ætolos vertices illi, quos ceperunt. Satis undique provisum atque

[k] *Quod perinde valet ad prodendum metus indicium, ac si urbis alicujus mœnibus se inclusisset obsidionem toleraturus, quod acie congredi non auderet.*



profecta sit, post *impositæ* vox *copiæ* excidisse videtur; qua recepta omnia plana ac manifesta erunt.' *Doering.*—16 *Sileam* Gron. Doujat. Crev.—17 'Vox *pars*, e Mog. interposita post *tutati*, non comparet in Mss. nostris, et jure deleri monstravimus ad lib. III. 37.' *J. F. Gron.*—18 *Angustiæ* del.

NOTÆ

piscum in Aurel. quod probant frequentes sub Seleucidis motus ac defectiones ab uno in alium prope continuæ apud Diodorum, Josephum, Justinum.

præcautum[19][l] est, ne quid adversus vos in pugna præter hostes esset. Illud proponere animo vestro debetis, non vos pro Græciæ libertate tantum dimicare, (quanquam is quoque egregius titulus esset, liberatam a Philippo ante, nunc ab Ætolis et ab Antiocho liberare,) neque ea tantum in præmium vestrum cessura, quæ nunc in regiis castris sunt, sed illum quoque omnem apparatum, qui in dies ab Epheso expectatur, prædæ futurum; Asiam deinde Syriamque et omnia usque ad ortus solis ditissima regna imperio Romano aperturos.[20] Quid deinde aberit, quin ab Gadibus ad mare Rubrum[m] Oceano fines terminemus, qui orbem terrarum amplexu finit, et omne humanum genus secundum Deos nomen Romanum veneretur? In hæc tanta præmia dignos parate animos, ut crastino die, bene juvantibus Diis, acie decernamus.'

18. Ab hac concione dimissi milites, priusquam corpora curarent, arma telaque parant.[n] Luce prima, signo pugnæ proposito, instruit aciem consul arcta fronte, ad naturam et angustias loci. Rex, postquam signa hostium conspexit, et ipse copias eduxit.[1] Levis armaturæ partem ante vallum in primo locavit: tum Macedonum robur, quos Sarissophoros[2][o] appellabant, velut firmamentum circa ipsas munitio-



Gron.—19 'Ita cod. Mog. et Gaertn. *anteque præcautum* reliqui Mss. et edd. ante Mog. Forte rectius, quia facilius illud, quam hoc a librariis substitui poterat.' *Rupert.* *Anteque* Gron. Doujat. Crev.—20 '*Aperturis* conj. Gron. ut referatur ad præcc. 'in præmium vestrum cessura.' *Rupert.*

NOTÆ

[l] *Provisum atque [anteque] præcautum*] Sic scripti: nec novum omnino præpositionem 'ante' cum verbis ex ejusdem significationis alia præpositione compositis conjungi, observat Gron. ex Cicer. in orat. pro Planc. 'providentem ante et præcaventem nunquam certe movebunt.' Et ex Nostro lib. XL. 'ferox interim fœmina ad multo ante præcogitatum revoluta facinus.'

[m] *Ad mare Rubrum*] Eo nomine complectebantur veteres ulteriorem etiam oceanum ad orientalem Indiam.

[n] *Arma telaque parant*] *Arma* hic sunt quæ corpori adhærent: *tela*, quæ jaciuntur.

[o] *Sarissophoros*] Sic dicebant sarissis armatos, quæ longiores hastæ Macedonum proprie erant. Quod autem Macedones inter Antiochi copias memorantur, hi non proprie ita dicuntur quod in Macedonia nati, sed

nes constituit. His ab sinistro cornu jaculatorum sagittariorumque et funditorum manum sub ipsis radicibus montis posuit, ut ex altiore loco nuda latera hostium incesserent. Ab dextro Macedonibus[3] ad ipsum munimentorum finem, qua loca usque ad mare invia palustri limo et voraginibus claudunt, elephantos cum assueto præsidio posuit; post eos, equites; tum, modico intervallo relicto, ceteras copias in secunda acie. Macedones, pro vallo locati, primo facile sustinebant Romanos, tentantes ab omni parte aditus; multum adjuvantibus, qui ex loco superiore fundis, velut nimbum, glandes et sagittas simul ac[4] jacula ingerebant. Deinde, ut major, nec jam toleranda vis hostium inferebat se, pulsi loco intra munimenta, subductis ordinibus, concesserunt: inde ex vallo prope alterum vallum, hastis præ se objectis, fecerunt. Et ita modica altitudo valli erat, ut et locum superiorem ad pugnandum suis præberet, et propter longitudinem hastarum subjectum haberet hostem. Multi, temere subeuntes vallum, transfixi sunt; et aut incepto irrito recessissent, aut plures cecidissent, ni M. Porcius ab jugo Callidromi, dejectis inde Ætolis et magna ex parte cæsis, (incautos enim et plerosque sopitos oppresserat,) super imminentem castris collem apparuisset.

19. Flacco non eadem fortuna ad Tichiunta et Rhoduntiam,[5] nequicquam subire ad ea castella conato, fuerat. Macedones quique alii in castris regiis erant primo, dum procul nihil aliud, quam turba et agmen, apparebat, Ætolos credere, visa procul pugna, subsidio venire. Ceterum, ut primum signaque et arma ex propinquo cognita errorem aperuerunt, tantus repente pavor omnes cepit, ut, abjectis

1 *Educit* Kreyssig.—2 *Sarissophorus* plures Mss. teste Rupert.—3 ‘Possumus carere τῷ *Macedonibus*, et ante τὸ *ab dextro* intelligere *his*, a fronte præcedentis membri, ubi positum est.’ *J. F. Gron.*—4 *Et* Gron. Doujat. Crev.

NOTÆ

quod ex Macedonum Alexandro primum, deinde Seleuco in Asia militantium posteris essent, vel eorum disciplinam æmularentur, quamvis in Syria nati, sive sub ditione Syriæ regum: unde Syro-Macedones proprie appellati.

armis, fugerent. Et munimenta sequentes impedierunt, et angustiæ vallis, per quam sequendi erant, et maxime omnium,[6] quod elephanti novissimi agminis erant, quos pedes ægre præterire, eques nullo poterat modo, timentibus equis, tumultumque inter se majorem, quam in prælio, edentibus. Aliquantum temporis et direptio castrorum tenuit. Scarphiam[7] [p] tamen eo die persecuti sunt hostem. Multis in ipso itinere cæsis captisque, non equis virisque tantum, sed etiam elephantis, quos capere non potuerant, interfectis, in castra reverterunt; quæ tentata eo die inter ipsum pugnæ tempus ab Ætolis, Heracleam obtinentibus præsidio, sine ullo haud parum audacis incepti effectu, fuerant. Consul, noctis insequentis tertia vigilia præmisso equitatu ad persequendum hostem, signa legionum prima luce movit. Aliquantum viæ præceperat rex,[l] ut qui non ante, quam Elatiæ, ab effuso constiterit cursu; ubi primum reliquiis pugnæque et fugæ collectis, cum perexigua manu semiermium militum Chalcidem se recepit. Romanus equitatus ipsum quidem regem Elatiæ assecutus non est, sed[8] magnam partem agminis, aut lassitudine subsistentis, aut errore, ut qui sine ducibus per ignota itinera fugerent, dissipatos oppresserunt: nec præter quingentos, qui circa regem fuerunt, ex toto exercitu quisquam effugit; etiam ex decem millibus militum, quos, Polybio auctore, trajecisse secum regem in Græciam scripsimus, exiguus numerus. Quid si

[l] *Antiochus fugiens aliquantum anteceperat iter.*

5 *Rhodontiam* edd. ante Sigon.—6 'Τὸ *omnium* primum dedit Aldus ex cod. Mogunt. in ceteris codd. omnibus hæc vox exulat.' *Doering.*—7 Vid. Not. Delph. inf. *Lilæum* edd. ante Sigon. *Scarpheam* Kreyssig.—8 'Illud *sed*

NOTÆ

[p] *Scarphiam*] In scriptis quos vidi, est, *Carpeiam tamen eo die consecuti sunt hostem:* unde certa conjectura Sigonii ex Appian. ducta fecit *Scarphiam,* quæ Locrorum Epicnemidiorum urbs fuit maritima, Thermopylis ad austrum vicina. Glareanus substituerat *Lilæum.* Et Lilæa quidem Phocidis oppidum fuit: sed ea sub Parnasso in Dorum et Locrorum Ozolarum confinio longius a Thermopylis quam ut eo perveniri uno die potuerit.

Antiati Valerio credamus, sexaginta millia militum fuisse in regio exercitu scribenti, quadraginta inde millia cecidisse, supra quinque millia capta cum signis militaribus ducentis triginta? Romanorum centum quinquaginta in ipso certamine pugnæ, ab incursu Ætolorum se tuentes non plus quinquaginta interfecti sunt.[9] [q]

20. Consule per Phocidem et Bœotiam [10] [r] exercitum ducente, consciæ defectionis civitates cum velamentis ante portas stabant,[s] metu ne hostiliter diriperentur. Ceterum per omnes dies haud secus, quem in pacato agro, sine vexatione [11] ullius rei agmen processit, donec in agrum Coronæum ventum est. Ibi statua regis Antiochi, posita in

eleganter, ut passim, abest a Mss. et antt. edd.' *J. F. Gron.*—9 Vid. Not. Delph. inf.

10 Vid. Not. Delph. inf.—11 *Violatione* Gron. Doujat. Crev. Doer. c. Drak. Mox *agmine proc.* Gron. Doujat. et deinde Crev. habet *Coroneum.*

NOTÆ

[q] *Romanorum centum quinquaginta ... interfecti sunt*] Editiones antiquæ, *Romanorum centum quinquaginta interfecti sunt.* Auget aliquantum hunc numerum codex Moguntinus: *Romanorum centum quinquaginta in ipso certamine pugnæ; ab incursu Ætolorum se tuentes, non plus quinquaginta interfecti sunt.* Quod additamentum Gronov. spernendum negat: sic enim fiet numerus ducentorum, quos Appianus refert interemtos, nimirum centum quinquaginta in prælio, et quinquaginta in castris incursu Ætolorum tentatis.

[r] *Per Phocidem et Bœotiam*] In Regio majori perperam scriptum est *per Hoclidem Bœotiæ:* in minori *per Æolidem Bœotiæ:* quod rectum puto; nam hic tractus ab Æolo Hellenis filio, qui regnum in Thessalia, Bœotia, vicinisque regionibus obtinuit, Æolidis nomen priscis temporibus habuit; ejusque incolæ, adhuc tempore Strabonis, Æoles appellabantur ipso teste, initio lib. VIII. atque ab horum migratione Æolis dicta Minoris Asiæ regio Ioniæ vicina, colonia Æolum a Penthilo aliisque Orestis liberis eo deducta, quemadmodum idem observat lib. XIII. Vide et Pausan. in Bœoticis. Hæc cum non adverterent interpretes, pro *Æolidem Bœotiæ,* quæ sic dicitur ad discrimen Asiaticæ, scripserunt *per Phocidem et Bœotiam;* quæ correctio non absurda nititur ratione, cum certum sit Bœotiæ conterminam esse Phocidem; sed venienti a Thermopylis prior occurrit Bœotia, deinde Phocis; et ager Coronæus, de quo statim agitur, in Bœotia est, ac circa Phocidem.

[s] *Cum velamentis ante portas stabant*] Nomine velamentorum intelliguntur supplicum vittæ, his enim velabant manus: unde apud Virgil. II. Æneid. 'Præferimus manibus vittas et verba precantum:' itemque apud Ovid. I. Metamorph. 'velamenta manu prætendens supplice:' et apud Tacit. XIX. Annal. 'mox velamenta et infulas pro muris ostendunt.'

templo Minervæ Itoniæ,[t] iram accendit; permissumque militi est, ut circumjectum templo agrum popularetur. Deinde cogitatio animum subiit, cum communi decreto Bœotorum posita esset statua, indignum esse, in unum Coronensem agrum sævire. Revocato extemplo milite, finis populandi factus: castigati tantum verbis Bœoti ob ingratum in tantis tamque recentibus beneficiis animum erga Romanos. Inter ipsum pugnæ tempus decem naves regiæ cum præfecto Isidoro ad Thronium in sinu Maliaco stabant. Eo gravis vulneribus Alexander Acarnan, nuntius adversæ pugnæ, cum perfugisset, trepidæ inde recenti terrore naves Cenæum[12] Eubœæ[u] petierunt. Ibi mortuus sepultusque Alexander. Tres, quæ ex Asia profectæ eundem portum tenuerant, naves, audita exercitus clade, Ephesum redierunt. Isidorus ab Cenæo Demetriadem, si forte eo deferret fuga regem, trajecit. Per eosdem dies A. Atilius, præfectus Romanæ classis, magnos regios commeatus, jam fretum, quod ad Andrum insulam est, prætervectos, excepit; alias mersit, alias cepit naves. Quæ novissimæ[13] agminis erant, cursum in Asiam verterunt. Atilius Piræeum, unde profectus erat, cum agmine captivarum navium revectus, magnam vim frumenti et Atheniensibus et aliis ejusdem regionis sociis divisit.

21. Antiochus, sub adventum consulis a Chalcide profectus, Tenum[14] primo tenuit:[x] inde Ephesum transmisit.



—12 *Ceneum* edd. ante Sigon.—13 All. inter quos Kreyssig. *novissimi*, prob. Crev.

14 'Sic recte pro vitiosa lectione *Tenedum* jam Glar. legendum esse vidit.'

NOTÆ

t *Minervæ Itoniæ*] Fuit celeberrimum Minervæ Itoniæ templum in Thessalia ad Curalium amnem, qui in Peneum fluit apud Itonem oppidum Metropolitani agri: inde aliud fanum, eidem numini dicatum in Bœotia apud Cheroneam, nomen sumsit.

u *Cenæum* [*Cæneum*] *Eubœæ*] Monet Sigon. scribendum *Cenæum*. Est promontorium, Eubœæ maxime occidentale, in Maliacum prominens sinum, contra Scarphiam Locrorum. Nunc *Capo Litar* Sophiano, vel potius *Canaia*, ut Niger testatur.

x *Tenum primo tenuit*] Cycladum una est Tenos, insularum Ægæi maris, media inter Andrum et Myconem. Hodie *Tina* vocatur, teste Soph.

Consuli Chalcidem venienti portæ patuerunt, cum, appropinquante eo, Aristoteles, præfectus regis, urbe excessisset: et ceteræ urbes in Eubœa sine certamine traditæ, post paucosque dies,[15] omnibus perpacatis, sine ullius noxa urbis exercitus Thermopylas reductus, multo modestia post victoriam, quam ipsa victoria, laudabilior. Inde consul M. Catonem, per quem, quæ gesta essent, senatus populusque Romanus haud dubio auctore[16] sciret, Romam misit. Is a Creusa (Thespiensium emporium[y] est, in intimo sinu Corinthiaco retractum) Patras Achaiæ petit: a Patris Corcyram usque Ætoliæ atque Acarnaniæ littora legit, atque ita ad Hydruntum Italiæ[z] trajecit. Quinto die inde pedestri itinere[a] Romam ingenti cursu pervenit. Ante lucem ingressus Urbem, a porta ad prætorem M. Junium iter intendit. Is prima luce senatum vocavit.[17] Quo L. Cornelius Scipio, aliquot diebus ante a consule dimissus, cum adveniens audisset, prægressum Catonem in senatu esse, supervenit exponenti, quæ gesta essent. Duo inde legati jussu senatus in concionem sunt producti, atque ibi eadem, quæ in senatu, de rebus in Ætolia[b] gestis exposuerunt. Supplicatio in triduum decreta est, et ut quadraginta hostiis majoribus prætor, quibus Diis ei videretur, sacrificaret. Per eosdem dies et M. Fulvius Nobilior, qui biennio ante prætor in[18] Hispaniam erat profectus, ovans Urbem est ingressus: argenti bigati præ se tulit centum triginta millia,[c]

Doering.—15 *Paucosque per dies* Gron. Doujat. Crev.—16 ' J. F. Gron. tentabat *per quem...haud dubium auctorem*, probante Crev. sed bene se habet nostra lectio.' *Doering.*—17 ' *In senatum vocavit* VII. Mss. prob. Gron.' *Rupert.*—18 Add. *ulteriorem* Gron. Doujat. Crev. et mox habent eæd. *centum et triginta.*—

NOTÆ

paretque Venetis in media Turcarum ditione.

[y] *Thespiensium emporium*] Urbs Bœotiæ fuit Thespiæ in confinio Megaridis sub Helicone, haud procul sinu Corinthiaco; nunc *Thespe* vocatur, estque vici instar. Ejus portus Creusa.

[z] *Ad Hydruntum Italiæ*] Plut. in Catone Brundusium trajecisse vult.

[a] *Pedestri itinere*] Non opponitur equestri hoc pedestre iter, sed maritimo.

[b] *In Ætolia*] Non in provincia, sed in terris, seu ditione Ætolorum Thessalica.

[c] *Argenti bigati præ se tulit centum triginta millia*] Duo et quinquaginta

et extra numeratum [19] duodecim millia pondo argenti;[d] auri pondo centum viginti septem.[20] [e]

22. Acilius consul ab Thermopylis Heracleam ad Ætolos præmisit, 'ut tunc saltem, experti regiam vanitatem, resipiscerent, traditaque Heraclea, cogitarent de petenda ab senatu seu furoris sui, seu erroris venia. Et ceteras [1] Græciæ civitates defecisse eo bello ab optime de se meritis Romanis; sed, quia post fugam regis, cujus fiducia officio decessissent,[2] non addidissent pertinaciam culpæ, in fidem receptas esse. Ætolos quoque, quanquam non secuti sint regem, sed arcessierint, et duces belli, non socii, fuerint, si pœnitere possint, posse et incolumes esse.' Ad ea cum pacati nihil responderetur, appareretque, armis rem gerendam, et, rege superato, bellum Ætolicum integrum restare, castra ab Thermopylis ad Heracleam movit, eoque ipso die, ut situm nosceret urbis, ab omni parte equo mœnia est circumvectus. Sita est Heraclea in radicibus Œtæ montis; ipsa in campo, arcem imminentem loco alto et undique præcipiti habet. Contemplatus omnia, quæ noscenda erant, quatuor simul locis aggredi urbem constituit. A flumine Asopo,[3] [f] qua et gymnasium est, L. Valerium operibus atque oppugnationi præposuit: arcem extra muros,[g] quæ [4] frequentius prope, quam urbs, habitabatur, Ti. Sem-

19 *Numerum* Doujat.—20 '*Per eosdem dies et M. Fulvius . . . viginti septem:* eadem, et iisdem verbis, repetuntur cap. 39. pr. unde ea ed. Frob. a. 1531. et proximæ ad Curion. prorsus, sed temere, omiserunt.' *Rupert.*

1 *Ceteræ* Gron. Crev.—2 All. *ab officio dec.* et Gron. malebat *discessissent.* —3 *Asoto* edd. ante Sigon.—4 Vid. Not. Var. 'Quatuor illa verba *arcem extra muros, quæ* non leguntur in Mss. et edd. antt. ante Mogunt. at mox *in urbe* pro *urbs;* unde leg. *partem, qua extra muros frequentius prope, quam in*

NOTÆ

millia librarum nostratium.

[d] *Et extra numeratum* [*numerum*] *duodecim millia pondo argenti*] Efficit hæc summa, ad Francicam monetam redacta, quadringenta triginta quatuor millia librarum.

[e] *Auri pondo centum viginti septem*] Gall. *soixante et onze mille cent vingt livres.*

[f] *A flumine Asopo*] Thessalicus hic est Asopus, qui in sinum Œtæum sive Maliacum sub Thermopylis influit, nomenque vetus adhuc servat.

[g] *Arcem* [*partem qua*] *extra muros*] Sic ex certissima emendatione Gronovii restituimus pro *arcem extra muros, quæ.* J. Clericus.

pronio Longo oppugnandam dedit: a[5] sinu Maliaco, quæ aditum haud facilem pars habebat, M. Bæbium; ab altero amniculo, quem Melana[h] vocant, adversus Dianæ templum, Ap. Claudium opposuit. Horum magno certamine[m] intra paucos dies turres arietesque et alius omnis apparatus oppugnandarum urbium perficitur: et cum ager Heracleensis, paluster omnis frequensque proceris arboribus, benigne ad omne genus operum materiam suppeditabat; tum, quia refugerant intra mœnia Ætoli, deserta, quæ[6] in vestibulo urbis erant, tecta, in varios usus non tigna modo et tabulas, sed laterem quoque et cæmenta et saxa variæ magnitudinis, præbebant.

23. Et Romani quidem operibus magis, quam armis, urbem oppugnabant: Ætoli contra armis[7] se tuebantur. Nam, cum ariete quaterentur muri, non laqueis,[8] ut solet,[i] exceptos declinabant ictus; sed armati frequentes,[k] quidam ignes etiam, quos aggeribus injicerent, ferebant. Fornices quoque in muro erant apti ad excurrendum: et ipsi, cum pro dirutis reficerent muros, crebriores eos, ut pluribus

[m] *His certatim rem promoventibus.*

urbe, habitabatur; Gron. probb. Duk. Crev. et Drak. Emendationi favent verba cap. 24. 'pars una' (ipsius urbis, at suburbium) 'in qua ædificia extra urbem,' cet. Sed ex eodem cap. mihi potius leviori mutatione legendum videtur *arcem extra muros, qua* (parte) *frequentius prope, quam in urbe, habitabatur.*' Rupert. *Partem, qua* Doer. *partem extra* Kreyssig. Vid. Not. J. Cler. inf.—5 *A* del. Gron. Doujat.—6 *Desertaque* Gron. Doujat.

7 'Post *armis* Gron. excidisse putabat *magis quam mœnibus;* et mox *erumpebant* post *armati frequentes.* Sed nil forte mutandum præter voc. *armati,* pro quo reposuerim *tormenta.*' Rupert.—8 'Male ab iis, qui rem non caperent, pro *laqueis,* receptum est *jaculis.* Mox sunt, qui legant, *ut solent.*' Doe-

NOTÆ

[h] *Melana*] Plures sunt hujusce nominis amnes, a nigro colore sic appellati. Hic ad Heracleam in Thessaliæ finibus versus Locros.

[i] *Non laqueis, ut solet*] Quis esset horum laqueorum usus explicat apud Sigon. Vitruvius lib. IV. cap. 23. 'alii captos arietes per multitudinem hominum de muro in obliquum trahunt, et cum ipsis testudinibus evertunt.'

[k] *Sed armati frequentes*] Addit Gron. verbum *erumpebant;* quo addito, magis perspicua phrasis reddi videtur: verum non aliter intelligi possunt Ætoli arietum ictus armis impediisse quam per eruptiones.

erumperetur in hostem locis, faciebant. Hoc primis diebus, dum integræ vires erant, et frequentes et impigre fecerunt: in dies deinde, pauciores et segnius. Etenim, cum multis urgerentur rebus, nulla eos res æque ac vigiliæ conficiebant; Romanis in magna copia militum succedentibus aliis in stationem aliorum, Ætolos propter paucitatem eosdem[l] dies noctesque assiduo labore urente.[9] [m] Per quatuor et viginti dies, ita ut nullum tempus vacuum dimicatione esset, adversus quatuor e partibus simul oppugnantem hostem nocturnus diurno continuatus labor est. Cum fatigatos jam Ætolos sciret consul et ex ratione temporis, et quod ita transfugæ affirmabant, tale consilium iniit. Media nocte receptui signum dedit, et ab oppugnatione simul omnes milites deductos usque ad tertiam diei horam quietos in castris tenuit. Inde cœpta oppugnatio ad mediam rursus noctem perducta est: intermissa deinde usque ad tertiam diei horam. Fatigationem rati causam esse Ætoli non continuandæ oppugnationis, quæ et ipsos affecerat, ubi Romanis datum receptui signum esset, velut ipsi quoque hoc revocati, pro se quisque ex stationibus decedebant; nec ante tertiam diei horam armati in muris apparebant.

24. Consul, cum nocte media intermisisset oppugnationem, quarta vigilia rursus ab tribus partibus summa vi aggressus, ab una Ti. Sempronium tenere intentos milites signumque expectantes jussit, ad ea[n] in nocturno tumultu, unde clamor exaudiretur, haud dubie ratus hostes concursuros. Ætoli pars sopiti affecta labore ac vigiliis corpora

ring.—9 Vid. Not. Delph. inf.

NOTÆ

[l] *Eosdem*] Refer ad Ætolos obsessos.

[m] *Assiduo labore urente*] Sic ex plerisque scriptis Gron. et olim editi: vulgo ex Sig. *urgente*. Utrumvis malueris, parum errabis: et 'bello uri' sæpe apud Nostrum legitur, veluti lib. XXVII. 'quos et Machanidas tyrannus Lacedæmoniorum finitimo bello urebat:' et eodem lib. 'Punici belli, quo duodecimum annum Italia urebatur.'

[n] *Ad ea*] Loca.

ex somno moliebantur;[n] pars vigilantes adhuc ad strepitum pugnantium in tenebris currunt. Hostes partim per ruinas jacentis muri transcendere conantur; partim scalis ascensus tentant. Adversus quos undique ad opem ferendam occurrunt[10] Ætoli. Pars una, in qua ædificia extra urbem erant, neque defenditur, neque oppugnatur: sed, qui oppugnarent, intenti signum expectabant; defensor nemo aderat. Jam dilucescebat, cum signum consul dedit; et sine ullo certamine partim per semiruta,[11] [o] partim scalis integros muros transcendere. Simul clamor, index capti oppidi, est exauditus, undique Ætoli, desertis stationibus, in arcem fugiunt. Oppidum victores permissu consulis diripiunt; non tam ab ira, nec ab odio, quam ut miles, coërcitus in tot receptis[12] ex potestate hostium urbibus, aliquo tandem loco fructum victoriæ sentiret. Revocatos inde a medio ferme die milites cum in duas divisisset partes, unam radicibus montium circumduci ad rupem[p] jussit, quæ, fastigio altitudinis par, media valle velut abrupta ab arce erat; sed adeo prope geminata cacumina eorum montium sunt, ut ex vertice altero conjici tela in arcem possint: cum dimidia parte militum[13] consul, ab urbe escensurus in arcem, signum ab iis, qui ab tergo in rupem evasuri erant, expectabat. Non tulere, qui in arce erant, Ætoli primum eorum, qui rupem ceperant, clamorem, deinde impetum ab urbe Romanorum, et fractis jam animis, et nulla ibi præparata re ad obsidionem diutius tolerandam; utpote congregatis

[n] *Ægre excitabant et movebant.*

10 In quibusdam librr. vett. legitur *concurrunt*.—11 Vid. Not. Delph. inf. —12 Conj. Drak. *ereptis*. Mox *ex potestate* del. Crev.—13 *Militum parte*

NOTÆ

[o] *Partim per semiruta* [*erutos*] Ita est in Moguntino, ex quo Aldus aliique edidere: quæ tria verba in plerisque manu exaratis desiderantur: pro his scribit Gron. *partim prorutos;* refer ad verbum transcendere: sed quidni *per erutos* in urbem transcensum fuerit? Nec novum apud Nostrum idem verbum ad diversa referri, quæ non eandem constructionem desiderare viderentur.

[p] *Circumduci ad rupem*] Ascendendo scilicet per circuitum eniti ad rupem.

fœminis puerisque et imbelli alia turba in arcem, quæ vix capere, nedum tueri, multitudinem tantam posset. Itaque, ad primum impetum abjectis armis, dediderunt sese. Traditus inter ceteros princeps Ætolorum Damocritus est, qui principio belli decretum Ætolorum, quo arcessendum Antiochum censuerant, T. Quintio poscenti responderat: 'In Italia daturum, cum castra ibi Ætoli posuissent.' Ob eam ferociam majus victoribus gaudium traditus fuit.[14] [q]

25. Eodem tempore, quo Romani Heracleam, Philippus Lamiam ex composito oppugnabat, circa Thermopylas cum consule, redeunte ex Bœotia, ut victoriam ipsi populoque Romano gratularetur, excusaretque, quod morbo impeditus bello non interfuisset, congressus. Inde diversi ad duas simul oppugnandas urbes profecti. Intersunt septem millia ferme passuum; et quia Lamia cum posita est in tumulo, tum regionem eam maxime despectat, oppido qua breve intervallum videtur, et omnia in conspectu sunt. Cum enise,[15] velut proposito certamine, Romani Macedonesque diem ac noctem aut in operibus, aut in præliis essent, hoc major difficultas Macedonibus erat, quod Romani aggere et vineis et omnibus supra terram operibus, subtus Macedones cuniculis oppugnabant,[r] et in asperis locis silex sæpe impenetrabilis

Gron. Doujat. Crev. Mox *ascensurus* Doujat. Crev.—14 '*Traditus fuit* (sc. Damocritus) ex emend. Freinsh. et primis edd. pro *traditum fuit*.' Rupert.

15 'Ita e plerisque Mss. et edd. antt. restitui auctore Benedicto in Obss. ad Livium Torg. 1804. Gelenius, Gron. [Doujat.] Drak. [Doer.] e cod. Mog. edidere *et quia Lamia cum posita . . . ea maxime despectat oppidum, qua . . . sunt; cum enise cet.* A nobis nondum perspicua ac vera lectio restituta; et forte leg. *oppidis qua breve* (VII. mill. pass.) *intervallum panditur,* (inter Lamiam Heracleamque) *et* (etiam) *mœnia in conspectu sunt* sc. Lamiæ Heracleensibus, et Heracleæ Lamianis. Sic omnia referenda sunt ad situm et propinquitatem urbium.' *Rupert.* Apud Crev. legitur *tum regionem eam maxime despectat, oppido quam breve intervallum videtur;* et legitur apud Kreyssig. *tum regionem maxime Œtæ spectat, oppido quam, &c.*

NOTÆ

[q] *Traditus fuit*] Sic recte Freinshemius, ut Damocritus traditus Romanis significet ipsis majus gaudium, seu majori gaudio fuisset, quam ipsa urbs Heraclea capta.

[r] *Cuniculis oppugnabant*] Ideo subterraneis cuniculis cogebantur Macedones uti, quod omnes eorum supra terram molitiones sub oculis essent oppidanorum, qui omnibus eorum

ferro occurrebat. Et, cum parum procederet inceptum, per colloquia principum oppidanos tentabat rex, ut urbem dederent; haud dubius, quin, si prius Heraclea capta foret, Romanis se potius, quam sibi, dedituri essent, suamque gratiam consul[s] in obsidione liberanda facturus esset. Nec eum opinio est frustrata: confestim enim ab Heraclea capta nuntius venit, ut oppugnatione absisteret: 'æquius esse, Romanos milites, qui acie dimicassent cum Ætolis, præmia victoriæ habere.' Ita recessum ab Lamia est, et propinquæ clade urbis ipsi, ne quid simile paterentur, effugerunt.[o]

26. Paucis, priusquam Heraclea caperetur, diebus Ætoli, concilio Hypatam coacto, legatos ad Antiochum miserunt; inter quos et Thoas idem, qui antea,[16] missus est. Mandata erant, ut ab rege peterent, primum, ut ipse, coactis rursus terrestribus navalibusque copiis, in Græciam trajiceret; deinde, si qua ipsum teneret res, ut pecuniam et auxilia mitteret. 'Id cum ad dignitatem ejus fidemque pertinere, non prodi socios, tum etiam ad incolumitatem regni, non sinere, Romanos, omni cura vacuos, cum Ætolorum gentem sustulissent, omnibus copiis in Asiam trajicere.' Vera erant, quæ dicebantur: eo magis regem moverunt. Itaque in præsentia pecuniam, quæ ad usus belli necessaria erat, legatis dedit: auxilia terrestria navaliaque affirmavit missurum. Thoantem unum ex legatis retinuit, et ipsum haud invitum morantem, ut exactor præsens promissorum adesset.

27. Ceterum Heraclea capta fregit tandem animos Ætolorum; et post paucos dies, quam ad bellum renovandum

[o] *Lamienses per cladem Heracleæ proprium damnum vitarunt.*



16 *Qui et antea* Gron. Doujat. Crev.

NOTÆ

operibus facile occurrere potuissent.

[s] *Suamque gratiam consul*] Gall. *que le consul en voudroit avoir tout le gré, et voudroit que les assiégés lui eussent l'obligation de leur délivrance.*

acciendumque[17] regem in Asiam miserant legatos, abjectis belli consiliis, pacis petendæ oratores ad consulem miserunt. Quos dicere exorsos consul interfatus, cum alia sibi prævertenda esse[t] dixisset, redire Hypatam eos, datis dierum decem induciis, et L. Valerio Flacco cum iis misso, jussit;[18] ei, quæ secum acturi fuissent, exponere, et si qua vellent alia. Hypatam ut est ventum, principes Ætolorum apud Flaccum concilium habuerunt,[p] consultantes, quonam agendum modo apud consulem foret. His parantibus antiqua fœderum ordiri[q][19] meritaque in populum Romanum, 'Absistere iis,' Flaccus jussit, 'quæ ipsi violassent ac rupissent. Confessionem iis culpæ magis profuturam, et totam in preces orationem versam.[u] Nec enim in causa ipsorum, sed in populi Romani clementia spem salutis positam esse. Et se suppliciter agentibus iis affuturum,[20][x] et apud consulem, et Romæ in senatu. Eo quoque enim mittendos fore legatos.' Hæc una via omnibus ad salutem visa est, 'ut in fidem se permitterent Romanorum.[y] Ita

[p] *Præsente et quasi præsidente Flacco.*
[q] *Proferre quæ ad vetera fœdera pertinebant.*

17 *Accipiendumque* edd. ante Gron.—18 'Post *jussit* excidisse videtur *et*.' Rupert.—19 'In aliis libris legitur *parantibus iis;* et e cod. Mog. post *antiqua* additur *jura:* sed hoc abest a Mss. et vett. edd., poëticaque amat Livius. Quo etiam pertinet *τὸ ordiri;* quod tamen cum *parantibus* junctum non satis fortasse placebit. Ablativi, quamvis *jussit* sequatur, nos minus offendunt, quam Bauer.' *Rupert. Parantibus iis* Gron. Doujat. Crev.—20 *Et suppliciter agentibus iis se affuturum* Gron. Doujat. Crev. Vid. Not. Delph. inf.

NOTÆ

[t] *Prævertenda esse*] Gallice, *Leur ayant dit qu'il avoit bien d'autres choses à faire avant cela.*

[u] *Et totam in preces orationem versam*] Magisque ipsis profuturum, si orationem suam omnem verterent in preces.

[x] *Et se suppliciter* [*Et suppliciter*] *agentibus iis* [*se*] *affuturum*] In scriptis qui penes me, Regiis duobus et Colb. constanter legitur absque pronomine, *et suppliciter agentibus iis profuturum, et apud consulem, et Romæ in senatu;* receptam lectionem suadet quod dicitur cap. 28. sub finem, 'inducias Ætolis datas petente pro eis Flacco.'

[y] *Ut in fidem se permitterent Romanorum*] Aliud fidei se committere, aliud se dedere: deditionis enim pactum omnia subjicit potestati victoris, salutem quoque ipsam eorum qui se dedunt.

enim et illis violandi supplices verecundiam se impposituros; et ipsos nihilominus suæ potestatis fore, si quid melius fortuna ostendisset.'

28. Postquam ad consulem ventum est, Phæneas legationis princeps longam orationem et varie ad mitigandam iram victoris compositam ita ad extremum finivit, ut diceret, 'Ætolos se suaque omnia fidei populi Romani permittere.' Id consul ubi audivit: 'Etiam atque etiam videte,' inquit, 'Ætoli, ut ita permittatis.' Tum decretum Phæneas, in quo id diserte scriptum erat, ostendit. 'Quando ergo,' inquit, 'ita permittitis, postulo, ut mihi Dicæarchum civem vestrum et Menestam[1] Epirotam,' (Naupactum is cum præsidio ingressus ad defectionem compulerat,) 'et Amynandrum cum principibus Athamanum, quorum consilio ab nobis defecistis, sine mora dedatis.' Prope dicentem interfatus Romanum Phæneas,[2] 'Non in servitutem,' inquit, 'sed in fidem tuam nos tradidimus; et certum habeo,[3] te imprudentia labi, qui nobis imperes, quæ moris Græcorum non sint.' Ad hæc consul, 'Nec, Hercle,' inquit, 'magnopere nunc curo, quid Ætoli satis ex more Græcorum factum esse censeant; dum ego more Romano imperium inhibeam in deditos[4][z] modo decreto suo, ante armis victos. Itaque, ni propere fit, quod impero, vinciri vos jam jubeo:' afferrique catenas, et circumsistere lictores jussit. Tum fracta Phæneæ ferocia Ætolisque aliis est; et tandem, cujus conditionis essent, sensere, et, 'se quidem,' Phæneas, 'et qui adsint Ætolorum, scire facienda esse, quæ imperentur,' dixit; 'sed ad decernenda ea concilio Ætolorum opus

1 *Menetam* et *Menestem* quidam Mss. et edd. inter quos Gron. Doujat. Crev. habent *Menetam*.—2 Edd. ante Sigon. carent τῷ *Phæneas*.—3 All. *per-*

NOTÆ

[z] *More Romano imperium inhibeam* [*id habeam*] *in deditos*] Gron. scribit, *imperium inhibeam*, id est, exerceam: sed sufficit quod imperium habeat, ut eo uti possit: mos autem vetustus Romanorum hac in re explicatur a Nostro lib. XXVIII. c. 24. 'mos vetustus erat Romanis, cum quo nec fœdere nec æquis legibus jungeretur amicitia, non prius imperio in eum tanquam pacatum uti, quam omnia divina humanaque dedidisset.'

esse. Ad id petere, ut decem dierum inducias daret.' Petente Flacco pro Ætolis, induciæ datæ; et Hypatam reditum est. Ubi cum in consilio[5] delectorum, quos Apocletos vocant, Phæneas, et quæ imperarentur, et quæ ipsis prope accidissent, exposuisset; ingemuerunt quidem principes conditioni suæ, parendum tamen victori censebant, et ex omnibus oppidis convocandos Ætolos ad concilium.

29. Postquam vero omnis coacta multitudo eadem illa audivit, adeo sævitia imperii atque indignitate exasperati animi sunt, ut, si in pace fuissent, illo impetu iræ concitari potuerint ad bellum. Ad iram accedebat[6] et difficultas eorum, quæ imperarentur: 'quonam modo enim utique regem Amynandrum se tradere posse?' Et spes[7] forte oblata, quod Nicander, eo ipso tempore ab rege Antiocho veniens, implevit expectatione vana multitudinem, terra marique ingens parari bellum. Is duodecimo die,[8] quam conscenderat navem, in Ætoliam, perfecta legatione, rediens Phalara[9] in sinu Maliaco tenuit. Inde Lamiam pecuniam cum devexisset, ipse cum expeditis vespera prima[a] inter Macedonum Romanaque[10] castra medio agro, dum Hypatam notis callibus petit, in stationem incidit Macedonum, deductusque ad regem est, nondum convivio dimisso.[b] Quod ubi nuntiatum est, velut hospitis, non hostis, adventu motus Philippus, accumbere eum epularique jussum,[11] atque inde, dimissis aliis, solum retentum, ipsum quidem de se timere quicquam vetuit. Ætolorum

suasum habeo.—4 Vid. Not. Var. et Not. Delph. inf.—5 *Concilio* Gron. Doujat. Mox, unus codex, pluresque edd. vett. habent *Apocletus*, ut testatur Rupert.

6 'In quibusd. codd. apud Drakenb. legitur *accendebat;* unde Drakenb. legendum fortasse esse conjicit *Iram accendebat.*' Doering.—7 *Imperarentur:* (*quonam modo . . . posse?*) *et spes, &c.* Doer. Kreyssig.—8 *Duodecimo is die* Kreyssig.—9 *Phaleram* Gron. Doujat. ut sup. xxxv. 43.—10 Cod. Mog. *Romanorumque.*—11 *Jussit* Gron. Doujat. Crev.

NOTÆ

[a] *Vespera prima*] Gall. *sur l'entrée de la nuit.*

[b] *Nondum convivio dimisso*] Gall. *qui étoit sur la fin du repas.*

prava consilia atque in ipsorum caput semper recidentia accusavit, qui primum Romanos, deinde Antiochum in Græciam adduxissent. 'Sed præteritorum, quæ magis reprehendi, quam corrigi, possint, oblitum se, non facturum, ut insultet adversis rebus eorum. Ætolos quoque finire tandem adversus se odia debere, et Nicandrum privatim ejus diei, quo servatus a se foret, meminisse.' Ita datis, qui in tutum eum prosequerentur, Hypatam Nicander consultantibus de pace Romana supervenit.

30. M'. Acilius, vendita aut concessa militi circa Heracleam præda, postquam nec Hypatæ pacata esse consilia, et Naupactum concurrisse Ætolos, ut inde totum impetum belli sustinerent, audivit; præmisso Ap. Claudio cum quatuor millibus militum ad occupanda juga, qua difficiles transitus montium erant, ipse Œtam ascendit, Herculique sacrificium fecit in eo loco, quem Pyram, quod ibi mortale[12] corpus ejus Dei sit crematum,[c] appellant. Inde toto exercitu profectus reliquum iter satis expedito agmine fecit. Ut ad Coracem[d] est ventum, (mons est altissimus inter Callipolin[13] et Naupactum,[e]) ibi et jumenta multa ex agmine præcipitata cum ipsis oneribus sunt, et homines vexati. Et facile[14] apparebat, quam cum inerti hoste res esset, qui tam impeditum saltum nullo præsidio, ut clau-

12 'Thuan. *pyram, ibi mortale*, extincto *τῷ quod*. Et sic Voss. apposito in margine, 'al. *ubi*.' Itaque vel hoc videtur admittendum, vel, si mavis, corriges *Pyram (ibi mortale corpus ejus Dei fuit crematum) appellant*.' Jac. Gron.—13 Glarean. aut *Callidromum*, aut *Chalcidem* reponendum putat.—14 *Id fa-*

NOTÆ

[c] *Pyram, quod ibi mortale corpus ejus Dei sit crematum*] Nota est fabula Herculis, qui cum vestem, Nessi centauri sanguine illitam, atque a Deianira uxore, sic mariti amorem in se vertendum a centauro persuasa, missam, sacrificaturus induisset, vi veneni illius in eum furorem adactus memoratur, ut constructo rogo sese combusserit: post mortem vero in Deorum numerum relatus est.

[d] *Ut ad Coracem*] In Ætolia esse hunc montem hinc patet. Maximum Ætoliæ Strabo appellat; Ptolemæus inter Callidromum ponit et Parnassum.

[e] *Inter Callipolin et Naupactum*] Hujus Callipolis Ætolicæ vix alibi mentio, præterquam apud Appianum, qui hunc Livii locum imitatus videtur.

deret transitum, insedisset. Tum quoque vexato[15] exercitu, ad Naupactum descendit, et, uno castello adversus arcem posito, ceteras partes urbis, divisis copiis pro situ mœnium, circumsedit: nec minus operis laborisque ea oppugnatio, quam Heracleæ, habuit.

31. Eodem tempore et Messene in Peloponneso ab Achæis, quod concilii eorum recusaret esse, oppugnari cœpta est. Etenim duæ civitates, Messene et Elis, extra concilium Achaicum erant; cum Ætolis sentiebant.[16] Elei tamen, post fugatum ex Græcia Antiochum, legatis Achæorum lenius responderant, 'dimisso præsidio regio, cogitaturos se, quid sibi faciendum esset.' Messenii, sine responso dimissis legatis, moverant bellum; trepidique rerum suarum, cum jam ager effuso exercitu passim ureretur, castraque prope urbem poni viderent, legatos Chalcidem ad T. Quintium, auctorem libertatis, miserunt, qui nuntiarent, Messenios Romanis, non Achæis, et aperire portas, et dedere urbem paratos esse. Auditis legatis, extemplo profectus Quintius, a Megalopoli[17] [f] ad Diophanem prætorem Achæorum misit, qui extemplo reducere[18] eum a Messene exercitum et venire ad se juberet. Dicto paruit Diophanes, et, soluta obsidione, expeditus ipse, prægressus agmen, circa Andaniam,[g] parvum oppidum, inter Megalopolim Messenenque[19] positum, Quintio occurrit; et,

cile Gron. Doujat. Crev.—15 '*Tam* conj. Gron. minus apte; ut et lectio edd. antt. *Tum ergo v.*' Rupert.

16 'Orationis nexus quodammodo juvatur lectione, quæ est in vett. editt. *Etenim duæ civitates, Messene et Elis, quæ extra concilium Achaicum erant, cum Ætolis sentiebant.* Sed τὸ *quæ*, ut testatur Drak. in nullo codice comparet.' *Doering.*—17 *Megalopolim* legendum omnino putat Sigon. Vid. Not. Var. Mox *Diaphanem* edd. ante Sigon.—18 *Deducere* mavult Duk.—19 *Messenem-*

NOTÆ

[f] *Profectus Quintius, a Megalopoli*] In hanc lectionem consentiunt exarati quos vidi; nec quicquam mutandum: est enim sententia satis aperta, nempe Quintium profectum Chalcide, (sive Euboica, sive Corinthiaca,) postquam Megalopolim Arcadiæ urbem pervenisset, inde ad Diophanem prætorem Achæorum, qui castra ad Messenen habebat, misisse.

[g] *Circa Andaniam*] Messeniæ oppidum fuit Andania ad dextram Pamisi.

cum causas oppugnationis exponeret, castigatum leniter, quod tantam rem sine auctoritate sua conatus esset, dimittere exercitum jussit, nec pacem omnium bono partam turbare. Messeniis imperavit, ut exules reducerent, et Achæorum concilii essent. Si qua haberent, de quibus aut recusare, aut in posterum caveri[20] sibi vellent, Corinthum ad se venirent. Diophanem concilium Achæorum extemplo sibi præbere jussit. Ibi, de Zacyntho[h] intercepta per fraudem insula questus, postulavit, ut restitueretur Romanis. Philippi Macedonum regis Zacynthus fuerat: eam mercedem Amynandro dederat, ut per Athamaniam ducere exercitum in superiorem partem Ætoliæ liceret. Qua expeditione fractis animis, Ætolos compulit ad petendam pacem. Amynander Philippum Megalopolitanum insulæ præfecit: postea per bellum, quo se Antiocho adversus Romanos conjunxit, Philippo ad munia[1] belli revocato, Hieroclem Agrigentinum successorem misit.

32. Is, post fugam ab Thermopylis Antiochi Amynandrumque a Philippo Athamania pulsum, missis ultro ad Diophanem prætorem Achæorum nuntiis, pecuniam[2] pactus, insulam Achæis tradidit. Id præmium belli suum esse, æquum censebant Romani. 'Non enim M'. Acilium consulem legionesque Romanas Diophani et Achæis ad Thermopylas pugnasse.' Diophanes adversus hæc purgare interdum sese gentemque; interdum de jure facti disserere. Quidam Achæorum et initio eam se rem aspernatos testabantur, et tunc pertinaciam increpitabant prætoris; auctoribusque iis decretum est, ut T. Quintio ea res permitteretur. Erat Quintius, sicut adversantibus asper, ita, si[3] cederes, idem placabilis. Omissa igitur contentione vocis

---

que Gron. Doujat. Mox pro *et, cum* conj. Rupert. *qui cum.*—20 *Cavere* Gron. Doujat. Crev.—1 *Munera* Kreyssig.
2 *Pecunia* edd. ante Sigon.—3 'A Mog. est. Prius edd. et scripti *asper*

NOTÆ

h *De Zacyntho*] Insula Siculi, seu Ionii maris ad meridiem Cephaleniæ posita, et Chelonati Elidis promontorio ad occasum opposita: hodie *il Zante*: urbem habet cognominem cum arce.

vultusque, 'Si utilem,' inquit, 'possessionem ejus insulæ censerem Achæis esse, auctor cssem senatui populoque Romano, ut eam vos habere sinerent. Ceterum sicut testudinem, ubi collecta in suum tegumen est, tutam ad omnes ictus video esse, ubi exerit partes aliquas, quodcumque nudavit, obnoxium atque infirmum habere; haud dissimiliter vos, Achæi, clausos undique mari, quæ intra Peloponnesi sint terminos, ea et jungere vobis, et juncta tueri facile; simul aviditate plura amplectendi[4] hinc excedatis, nuda vobis omnia, quæ extra sint, et exposita ad omnes ictus esse.' Assentiente omni concilio, nec Diophane ultra tendere auso, Zacynthus Romanis traditur.

33. Per idem tempus Philippus rex, proficiscentem consulem ad Naupactum percunctatus, si[i] se interim, quæ defecissent ab societate Romana, urbes recipere vellet, permittente eo, ad Demetriadem copias admovit, haud ignarus, quanta ibi tum perturbatio esset. Destituti enim ab omni spe,[5] cum desertos se ab Antiocho, spem nullam in Ætolis esse cernerent, dies noctesque aut Philippi hostis adventum, aut infestiorem etiam, quo justius irati erant, Romanorum[k] expectabant. Turba erat ibi incondita regiorum, qui, primo pauci in præsidio relicti, postea plures, plerique inermes, ex prælio adverso fuga delati,[6] nec virium, nec animi satis ad obsidionem tolerandam habebant. Itaque præmissis a Philippo, qui spem impetrabilis veniæ ostendebant, responderunt, patere portas regi. Ad primum ejus ingressum principum quidam urbe excesserunt; Eurylochus mortem sibi conscivit. Antiochi milites (sic enim pacti erant) per Macedoniam Thraciamque, prosequentibus Macedonibus, ne quis eos violaret, Lysimachiam deducti sunt. Erant et paucæ naves Demetriade, quibus

ira, ita si. Forte *sicut advers. asperior, ita, si, &c.*' J. F. Gron.—4 In cod. Mogunt. legitur *appetendi*.

5 'Forte *ope;* et mox *infestiorum.*' Jac. Gron.—6 'Supp. *eo*, vel aliud rei

NOTÆ

[i] *Si, &c.*] Pro an vellet.

[k] *Romanorum*] Repete adventum.

præerat Isidorus: eæ quoque cum præfecto suo dimissæ sunt. Inde Dolopiam[l] et Aperantiam[7] [m] et Perrhæbiæ[n] quasdam civitates recepit.

34. Dum hæc a Philippo geruntur, T. Quintius, recepta Zacyntho ab Achaico concilio, Naupactum trajecit; quæ jam per duos menses (sed prope excidium erat) oppugnabatur, et, si capta vi foret, omne ibi nomen Ætolorum ad internecionem videbatur venturum. Ceterum, quanquam merito iratus erat Ætolis, quod solos[8] obtrectasse gloriæ suæ, cum liberaret Græciam, meminerat, et nihil auctoritate sua motos esse, cum, quæ tum maxime[9] acciderant, casura præmonens, a furioso incepto eos deterreret; tamen, sui maxime operis esse credens, nullam gentem liberatæ a se Græciæ funditus everti, obambulare muris, ut facile nosceretur ab Ætolis, cœpit. Confestim a primis stationibus cognitus est, vulgatumque per omnes ordines, Quintium esse. Itaque, concursu facto undique in muros, manus pro se quisque tendentes, consonante clamore nominatim Quintium orare, ut opem ferret ac servaret. Et tum quidem, quanquam moveretur his vocibus, manu tamen abnuit, quicquam opis in se esse.[10] Ceterum, postquam ad consulem venit: 'Utrum fefellit,' inquit, 'te, M'. Acili, quid

conveniens: sed non habeo exemplum.' *Duk.*—7 *Aperantiam* suspicatur Glarean. corruptum nomen esse. Vid. Not. Var.

8 Malit J. F. Gron. *quos solos.*—9 Mavult Drak. *cum maxime.*—10 Edd. vett. *annuit, quidnam opis in se esset.* All. *quid in se opis esse.* Gron. Crev.

NOTÆ

[l] *Dolopiam*] Pindo monti subjecti ad meridiem Dolopes, Molossis ad septemtrionem, interjacente Tomaro monte: populi fuere Epiri, in confinio Thessaliotidis et Estiæotidis, inter Æthices ad occasum æstivum, et Athamanes ad ortum hybernum: eorum urbs Menelais: hodie regiuncula illorum dicitur *Onoblacha* Ortelio teste.

[m] *Et Aperantiam*] Exiguus Epiri populus Aperantii ad Acheloi fontes, inter Molossos et Amphilochos ad occasum, Athamanes ad ortum, Agræos ad meridiem, Dolopes ad boream, in Thessaliotarum confinio fuere.

[n] *Et Perrhæbiæ*] Fuere Perrhæbi populi per Thessaliam sparsi: sed hoc tempore circa Penei ostia inter Olympum et Pierium montes ad septemtrionem, atque Ossam ad meridiem: eorum tamen pars in Epiro fuit inter Dryopes ad septemtrionem, Athamanes ad occasum, Ætolos ad meridiem, Phocenses ac Dores ad ortum.

agatur? an, cum satis pervideas, nihil id magnopere ad summam rem [11] pertinere censes?' Erexerat expectatione consulem; et, 'Quin expromis,' inquit, 'quid rei sit?' Tum Quintius: 'Ecquid vides, te, devicto Antiocho, in duabus urbibus oppugnandis tempus terere, cum jam prope annus circumactus sit imperii tui? Philippum autem, qui non aciem, non signa hostium vidit, non solum urbes, sed tot jam gentes, Athamaniam, Perrhæbiam, Aperantiam, Dolopiam sibi adjunxisse? Atqui non tantum interest nostra, Ætolorum opes ac vires minui, quantum, non supra modum Philippum crescere, et victoriæ tuæ præmium te militesque tuos nondum duas urbes, Philippum tot gentes [12] Græciæ habere.'

35. Assentiebatur his consul: sed pudor, si irrito incepto abscederet obsidione, occurrebat. Tota inde Quintio res permissa est. Is rursus ad eam partem muri, qua paulo ante vociferati Ætoli fuerant, rediit. Ibi cum impensius orarent, ut misereretur gentis Ætolorum, exire aliquos ad se jussit. Phæneas ipse principesque alii extemplo egressi sunt. Quibus provolutis ad pedes, 'Fortuna,' inquit, 'vestra facit, ut et iræ meæ et orationi temperem. Evenerunt, quæ prædixi eventura. Et ne hoc quidem reliqui vobis est, ut indignis accidisse ea videantur. Ego tamen, sorte quadam nutriendæ Græciæ datus, ne ingratis quidem benefacere absistam. Mittite oratores ad consulem, qui inducias tanti temporis [13] petant, ut mittere legatos Romam possitis, per quos senatui de vobis permittatis. Ego apud consulem deprecator defensorque vobis adero.' Ita, ut censuerat Quintius, fecerunt: nec aspernatus est legationem consul; induciisque in diem certam datis, qua legatio

habent *quiddam, &c.*—11 *Fallit . . . provideas . . . rempublicam pertin.* Gron. Doujat. Crev. *Reipublicæ* edd. ante Gron.—12 'Quædam edd. *nondum tot urbes, quot Philippum gentes*, prob. Gron. Sed adversantur Mss. et *duæ urbes* sunt Heraclea expugnata ac Naupactus obsessa.' *Drak.* *Tot urb. quot P. gent.* Gron. Doujat. Crev.

13 'Ita pro vulg. *i. tantum t.* recepi ex Ms. Lov. 3. et emend. Duk. qui jam monuit, *tantum* non posse adverbium esse pro solum, quia omnes induciæ tantum temporis sint, nec bene pro in tantum dici posse.' *Rupert.* *Tantum*

renuntiari ab Roma posset, soluta obsidio est, et exercitus in Phocidem missus. Consul cum T. Quintio ad Achaicum concilium Ægium trajecit.[o] Ibi de Eleis et de[14] exulibus Lacedæmoniorum restituendis actum: et neutra perfecta res, quia suæ gratiæ reservari eam[15] Achæi, Elei per se ipsi, quam per Romanos, maluerunt Achaico contribui concilio. Epirotarum legati ad consulem venerunt, quos non sincera fide in amicitia fuisse satis[16] constabat: militem tamen nullum Antiocho dederant. Pecunia juvisse eum insimulabantur: legatos ad regem ne ipsi quidem misisse inficiabantur. Iis petentibus, ut in amicitia pristina esse liceret, respondit consul, 'Se utrum hostium, an pacatorum, eos numero haberet, nondum scire. Senatum ejus rei judicem fore. Integram se causam eorum Romam rejicere. Inducias ad id dierum nonaginta dare.' Epirotæ Romam missi senatum adierunt. Iis, magis, quæ non fecissent hostilia, referentibus, quam purgantibus ea, de quibus arguebantur, responsum datum est, quo veniam impetrasse, non causam probasse, videri possent. Et Philippi regis legati sub idem tempus in senatum introducti, gratulantes de victoria. Iis petentibus, ut sibi sacrificare in Capitolio, donumque ex auro liceret ponere in æde Jovis Optimi Maximi, permissum ab senatu. Centum pondo coronam auream[p] posuerunt. Non responsum solum benigne[17] legatis est; sed Philippi quoque filius Demetrius, qui obses Romæ erat, ad patrem reducendus legatis datus est. Bellum, quod cum Antiocho rege in Græcia gestum est a M'. Acilio consule, hunc finem habuit.

36. Alter consul P. Cornelius Scipio, Galliam provin-

habent reliqui omnes præter Kreyssig.—14 *De* del. Gron. Doujat. Crev.—15 'Crev. emendat *alteram*; sed vox 'alter' non simpliciter, sed, ut ita dicam, dupliciter poni solet. Magis igitur placet Dukeri emendatio *hanc* vel *illam*; nam 'ille' quoque nonnunquam ad proximum vel posterius referri solet.' *Doering*.—16 Deerat olim *τὸ satis*.—17 Add. *regis* Kreyssig.

NOTÆ

[o] *Ægium trajecit*] A Messenia Ægium terrestre est iter, nec trajiciendum mare, sed Alpheus, aliique fluvii.

ciam sortitus, priusquam ad bellum, quod cum Boiis gerendum erat, proficisceretur, postulavit ab senatu, ut pecunia sibi decerneretur ad ludos, quos proprætor[18] in Hispania inter ipsum discrimen pugnæ vovisset. Novum atque iniquum postulare est visus. Censuerunt ergo, 'quos ludos inconsulto senatu ex sua unius sententia vovisset, eos uti de[19] manubiis,[q] si quam pecuniam ad id reservasset, vel sua ipse impensa faceret.' Eos ludos per dies decem P. Cornelius fecit. Per idem fere tempus ædes Matris Magnæ Idææ[20] dedicata est; quam Deam is P. Cornelius, advectam ex Asia P. Cornelio Scipione, cui post Africano fuit cognomen, P. Licinio consulibus, in Palatium a mari detulerat. Locaverant ædem faciendam ex senatus consulto M. Livius, C. Claudius censores, M. Cornelio, P. Sempronio[1] consulibus: tredecim annis post quam locata erat, dedicavit eam M. Junius Brutus, ludique ob dedicationem ejus facti, quos primos scenicos fuisse,[r] Antias Valerius[2] est auctor, Megalesia appellatos. Item Juventatis[3] ædem[s] in circo maximo C. Licinius Lucullus duumvir



18 *Prætor* Kreyssig.—19 *Eos vel de* edd. ante Gron. qui testatur legi apud scriptos et Mog. priores *eos ut idem.*—20 All. *Deæ;* sed neutrum extat in cod. Lov. 6. prob. Drak. Sive *Idææ* sive *Deæ* legeris, ab homine male sedulo margini ascripta et inde in textum recepta esse Drak. videtur.—1 *T. Semp.* edd. ante Sigon. Mox *tertiodecimo anno* habent pro *tredecim annis* And. ed. cum Mog. et script. Voss. Thuan.—2 *Valerius Antias* Gron. Doujat. Crev.—3 Vid. Not. Delph. inf. et Not. Var.

NOTÆ

[p] *Centum pondo coronam auream*] Auri pondus illud coronam indicat quinquaginta et sex millia librarum sola materia æquantem.

[q] *Uti de manubiis*] Assentior Gronovio sic emendanti scripturam veterem, *ut idem manubiis.* Nec tamen absona est vulgaris lectio *vel de manubiis.*

[r] *Quos primos scenicos fuisse*] Recte notat Glar. non nunc primum celebratos fuisse Romæ scenicos ludos, teste ipso Livio lib. XXIX. et XXXIV. sed nunc primum Megalesia dictos esse, seu Megalenses, a magna Deum matre, cujus in honorem celebrati: est enim μεγάλη Græce idem quod *magna* Latine.

[s] *Juventatis ædem*] Sigonius, ut et Victor. et Gron. contendunt scribendum esse *juventutis:* Scaliger tamen ad Pod. Festum docet indifferenter dici et juventatem et juventutem: addo et juventam: quæ tria nomina

dedicavit. Voverat eam sexdecim annis ante M. Livius consul, quo die Hasdrubalem exercitumque ejus cecidit: idem censor eam faciendam locavit, M. Cornelio, P. Sempronio consulibus. Hujus quoque dedicandæ causa ludi facti: et eo omnia cum majore religione facta, quod novum cum Antiocho instabat bellum.

37. Principio ejus anni, quo hæc, jam profecto ad bellum M'. Acilio, manente adhuc Romæ P. Cornelio consule, agebantur, boves duos domitos in Carinis[t] per scalas pervenisse in tegulas ædificii, proditum memoriæ est. Eos vivos comburi, cineremque eorum dejici in Tiberim, haruspices jusserunt. Tarracinæ et Amiterni nuntiatum est aliquoties lapidibus pluisse; Minturnis ædem Jovis et tabernas circa forum de cœlo tactas esse; Vulturni in ostio fluminis duas naves fulmine ictas conflagrasse. Eorum prodigiorum causa libros Sibyllinos ex senatus consulto decemviri cum adissent, renuntiarunt, 'Jejunium instituendum Cereri esse, et id quinto quoque anno servandum: et ut novemdiale sacrum fieret, et unum diem supplicatio esset; coronati supplicarent; et consul P. Cornelius, quibus Diis quibusque hostiis edidissent[4] decemviri, sacrificaret.' Placatis Diis, nunc votis rite solvendis, nunc prodigiis expiandis, in provinciam proficiscitur consul, atque inde Cn. Domitium proconsulem, dimisso exercitu, Romam decedere jussit: ipse in agrum Boiorum legiones induxit.

38. Sub idem fere tempus Ligures, lege sacrata coacto

4 'Male vulgo legebatur *edixissent*.' Doering.

NOTÆ

tam pro ætate juvenili, quam pro Hebe juventutis Dea accipiuntur. Juventutem certe dixit pro Dea Plin. lib. xxxv. cap. 8. 'Pinxit hic raptum Proserpinæ, quæ tabula fuit in Capitolio, in Minervæ delubro supra ædiculam Juventutis.' Et pleraque auctorum loca *juventatis* nomen habent ex correctione, non ex prima scriptura.

t *In Carinis*] Fuere Carinæ cum Cœlio monte conjunctæ, qua is Esquilinum spectat supra Suburram, caput Viæ Sacræ, in tertia postea regione, cui nomen Isis et Serapis moneta, ubi deinde theatrum Vespasiani.

exercitu, nocte improviso castra Q. Minucii proconsulis aggressi sunt. Minucius usque ad lucem intra vallum militem instructum tenuit; intentus, ne qua transcenderet hostis munimenta. Prima luce duabus simul portis eruptionem fecit. Nec primo impetu, quod speraverat, Ligures pulsi sunt: duas amplius horas dubium certamen sustinuere. Postremo, cum alia atque alia agmina erumperent, et integri fessis succederent ad pugnam, tandem Ligures, inter cetera etiam vigiliis confecti, terga dederunt. Cæsa supra [5] quatuor millia hostium; ex Romanis sociisque minus trecenti perierunt. Duobus fere post mensibus P. Cornelius consul cum Boiorum exercitu signis collatis egregie pugnavit. Duodetriginta millia hostium cæsa,[6] Antias Valerius scribit, capta tria millia et quadringentos, signa militaria centum viginti quatuor, equos mille ducentos triginta, carpenta ducenta quadraginta septem; ex victoribus mille quadringentos octoginta quatuor cecidisse. Ubi ut in numero scriptori parum fidei sit, (quia in augendo eo non alius intemperantior est,) magnam [7] victoriam fuisse apparet, quod et castra capta sunt, et Boii post eam pugnam extemplo dediderunt sese, et quod supplicatio ejus victoriæ causa decreta ab senatu, victimæque majores cæsæ.

39. Per eosdem dies M. Fulvius Nobilior ex ulteriore Hispania ovans Urbem est ingressus. Argenti transtulit duodecim millia pondo;[u] bigati argenti centum[8] triginta;[x] auri centum viginti septem pondo.[y] P. Cornelius consul primo, obsidibus a Boiorum gente acceptis, agri parte fere

5 *Super* Gron. Doujat. Crev.—6 *Occisa* Kreyssig.—7 *Tamen* adjicit Ms. Mog. quod et apud Kreyssig. invenitur.
8 *Et* add. Gron. Doujat. Crev. et mox *viginti quinque*, voce *pondo* omissa,

NOTÆ

[u] *Argenti transtulit duodecim* [*decem*] *millia pondo*] Librarum nostratium trecenta et sexaginta millia.

[x] *Bigati argenti centum triginta*] Supple millia; qui denariorum numerus efficit quinquaginta et duo millia librarum.

[y] *Auri centum viginti septem pondo* [*quinque*] Sic habent manu exarati tres quibus utor: at hic non millia sed pondo intelligenda putem. Gallice 68500. *livres*.

dimidia eos mulctavit; quo, si vellet, populus Romanus colonias mittere posset. Inde, Romam, ut ad triumphum haud dubium, decedens, exercitum dimisit, et adesse Romæ ad diem triumphi jussit. Ipse, postero die, quam venit, senatu in ædem Bellonæ vocato, cum de rebus ab se gestis disseruisset, postulavit, ut sibi triumphanti liceret in Urbem invehi. P. Sempronius Blæsus tribunus plebis, 'non negandum Scipioni, sed differendum honorem triumphi,' censebat. 'Bella Ligurum Gallicis semper juncta fuisse: eas inter se gentes mutua ex propinquo ferre auxilia. Si P. Scipio, devictis acie Boiis, aut ipse cum victore exercitu in agrum Ligurum transisset, aut partem copiarum Q. Minucio misisset, qui jam tertium ibi annum dubio detineretur bello, debellari cum Liguribus [z] potuisse. Nunc ad triumphum frequentandum deductos esse milites, qui egregiam navare operam rei publicæ potuissent: possent etiam, si senatus, quod festinatione triumphi prætermissum esset, id restituere differendo triumpho vellet. Juberent,[9] consulem cum legionibus redire in provinciam; dare operam, ut Ligures subigantur. Nisi illi cogantur in jus judiciumque populi Romani,[10] [a] ne Boios quidem quieturos: aut pacem, aut bellum utrobique habenda. Devictis Liguribus, paucos post menses proconsulem P. Cornelium multorum exemplo, qui in magistratu non triumphaverunt,[11] triumphaturum esse.'

40. Ad ea consul, 'Neque se Ligures provinciam sorti-

eæd.—9 'In cod. Harl. legitur *juberet*, haud dubie ut τῷ *vellet* responderet.' *Doering*.—10 Vid. Not. Delph. inf.—11 'Oratio obliqua, ut jam vidit Crev. postulare videtur *triumphaverint*.' Doering.

NOTÆ

[z] *Debellari cum Liguribus*] Bellum Ligusticum ad finem perduci potuisse.

[a] *In jus judiciumque populi Romani*] Impressi habent *in jus ditionemque populi Romani*. Sed contra scriptorum fidem, qui ostendunt formula hic alia uti Livium voluisse, quam et lib. XXXIX. repetit, ubi Athamanum legati inducuntur querentes 'totam Athamaniam sub jus judiciumque venisse:' et lib. XLI. ubi Perseus dicitur 'sub jus judiciumque suum totam coëgisse gentem Dolopum.'

tum esse,' ait, 'neque cum Liguribus bellum gessisse, neque triumphum de iis postulare. Q. Minucium confidere brevi, subactis iis, meritum triumphum postulaturum atque impetraturum esse. Se de Gallis Boiis postulare triumphum, quos acie vicerit, castris exuerit; quorum gentem biduo post pugnam totam acceperit in deditionem; a quibus obsides abduxerit, pacis futuræ pignus. Verum enimvero illud multo majus esse, quod tantum numerum Gallorum occiderit[12] in acie, quod cum tot millibus[b] certe Boiorum nemo ante se imperator pugnaverit: plus partem dimidiam[13][c] ex quinquaginta millibus hominum cæsam, multa millia capta: senes puerosque Boiis superesse.[d] Itaque id quenquam mirari posse, cur victor exercitus, cum hostem in provincia neminem reliquisset, Romam venerit ad celebrandum consulis triumphum? Quorum militum si et in alia provincia opera uti senatus velit; utro tandem modo promtiores ad aliud periculum novumque laborem ituros credat,[14] si persoluta iis sine detrectatione prioris periculi laborisque merces sit, an si spem pro re ferentes

12 *Ceciderit* Gron. Doujat. Crev. Mox 'Ms. Buslid. *qui cum millibus;* unde Ruben. et Gron. conj. *quot cum millibus*, prob. Crev. Id legitur in Lov. 3. et *quod cum millibus* in Lov. 1.' *Rupert.*—13 '*Plus parte dimidia cæsum* malebat Gron. Sed vel sic præstiterit *plus partem dimidiam cæsum*, quod loquendi genus ipse Gron. ex h. l. illustrat.' *Drak.*—14 'Crevierio τὸ *credat* post *ituros* supervacaneum, et ab iis additum esse videtur, qui fulcro aliquo hoc membrum egere putarent, cum tamen illud ejusmodi fulcro non magis egeat, quam verba paulo ante: 'id quenquam mirari posse?' Sed nullus vett.

NOTÆ

[b] *Quod cum tot millibus*] Rubenio placebat, ducta ex Buslid. cod. conjectura, *quot cum millibus certe Boiorum nemo ante se imperator pugnaverat.* Et potuit sane rem sic recte exprimere Livius; sed eodem recidit sententia vulgatæ lectionis, cui et scripti plerique omnes astipulantur; ita ut nihil opus sit locum hunc sanum nullo operæ pretio vexari.

[c] *Plus partem dimidiam*] Nihil hic quoque mutari necesse est, ut suspicatur Gron. perinde enim dicitur magnam partem, vel *partem dimidiam*, ac ex parte, vel pro parte majori, aut media, &c. accusandi casu, loco ablativi. Sic lib. XXIV. c. 47. 'amplius septem millia hominum capta.' Occurruntque similes passim apud Nostrum loquendi formæ.

[d] *Boiis superesse*] Vult tantummodo pueros et senes a se relictos in Boiorum regione; sive nonnisi senes et pueros: juventutem autem fere totam cæsam, captam, aut obsidum nomine abductam.

dimittant, jam semel in prima spe deceptos? Nam, quod ad se attineat, sibi gloriæ in omnem vitam illo die satis quæsitum esse, quo se virum optimum judicatum ad accipiendam Matrem Idæam misisset senatus. Hoc titulo, etsi nec consulatus nec triumphus adjicitur,[15] satis honestam honoratamque P. Scipionis Nasicæ imaginem fore.' Universus senatus non ipse modo ad decernendum triumphum consensit, sed etiam tribunum plebis auctoritate sua compulit ad remittendam intercessionem. P. Cornelius consul triumphavit de Boiis. In eo triumpho Gallicis carpentis arma signaque et spolia omnis generis transvexit et vasa ænea Gallica; et cum captivis nobilibus equorum quoque captorum gregem traduxit. Aureos torques transtulit mille quadringentos septuaginta unum: ad hoc auri pondo ducenta quadraginta septem,[16] [e] argenti infecti factique in Gallicis vasis, non infabre suo more factis, duo millia trecenta quadraginta pondo,[f] bigatorum nummorum ducenta triginta quatuor.[17] [g] Militibus, qui currum secuti sunt, centenos vicenos quinos asses[h] divisit; duplex centurioni; triplex equiti. Postero die, concione advocata, de rebus ab se gestis, et de injuria tribuni bello alieno se illigantis, ut suæ victoriæ fructu se defraudaret, cum disseruisset, milites exauctoratos dimisit.

codd. Crevierii conjecturæ favet.' *Doering.*—15 *Addatur* Gron. Doujat. Crev. 'Ratio grammatica certe postulat *adjiciatur*: haud quidem ob particulam *etsi*, nam hæc proprie indicativo jungitur, sed propter orationem obliquam.' *Doering.* Mox *oneratamque* Ms. Voss. *ornatamque* cod. Gaertn. non improb. Gron.—16 *Septuaginta. Ad hæc auri . . . quadraginta quinque* Gron. Doujat. Crev.—17 *Tria* eæd. Mox *trecentos* Gron. Doujat. *trecenos* Crev. Doer. 'Nostram lection. recepi ex omnibus Mss. (præter Mogunt. in quo corrupte legitur *militibus divisit, qui currum secuti sunt, viginti quinque asses divisit*) et edd. ante Froben. a. 1535. quæ prima *trecenos v. q. a.* substituit.' *Rupert.*

NOTÆ

[e] *Auri pondo ducenta quadraginta septem* [*quinque*] Gall. *la valeur de* 137200. *livres en lingots d'or.*

[f] *Argenti infecti factique, &c. duo millia trecenta quadraginta pondo*] Gall. *en argent soit mis en œuvre, soit en masse, la valeur de* 84240. *livres.*

[g] *Bigatorum nummorum ducenta triginta quatuor* [*tria*] Gall. *en pièces de monnoie d'argent marquées au chariot attelé à deux chevaux, la valeur de* 99025. *livres.*

[h] *Centenos* [*trecentos*] *vicenos quinos asses*] Libras nostras hodiernas cir-

41. Dum hæc in Italia geruntur, Antiochus Ephesi securus admodum de bello Romano erat, tanquam non transituris in Asiam Romanis. Quam securitatem ei magna pars amicorum aut per errorem, aut assentando faciebat. Hannibal unus, cujus eo tempore vel maxima[18] apud regem auctoritas erat,[i] 'Magis mirari se,' aiebat, 'quod non jam in Asia essent Romani, quam venturos dubitare. Propius esse, in Asiam ex Græcia,[k] quam ex Italia in Græciam trajicere; et multo majorem causam Antiochum,[l] quam Ætolos, esse. Neque enim mari[m] minus,[19] quam terra, pollere Romana arma. Jam pridem classem circa Maleam esse. Audire sese, nuper novas naves novumque imperatorem rei gerendæ causa ex Italia venisse. Itaque desineret Antiochus pacem sibi ipse spe vana facere. In Asia

18 *Ut maxima* Gron. Donjat. Crev.—19 'In prima editione legitur *neque enim minus* absque *τῷ mari*. Valde suspicor scripsisse Livium *neque etiam mari*.' Jac. Gron. 'Pro *enim* malim equidem *denique*.' Doering.

NOTÆ

citer quindecim cum assibus duodenis æquabat hujusmodi largitio.

[i] *Cujus eo tempore vel* [*ut*] *maxima apud regem auctoritas erat*] Cum in hanc scripturam consentiant cum priscis editionibus codices manu exarati, forte pro *ut quæ maxima* legendum augurator Gron. Quidni potius *vel maxima?* certe rarum non est vocabulum *ut* pro *vel* librariorum incuria scribi.

[k] *Propius esse, in Asiam ex Græcia*] *Propius* dixit pro eo quod est promtius, facilius, jam scilicet pollentibus mari Romanis, post devictam Græciam, trajicere in Asiam, quam hanc adhuc liberam ex Italia aggredi, cum minorem haberent classem. Ceterum latius est Ægæum mare, quo Asia dirimitur a Græcia, quam Adriaticus sinus, qui Græciam ab Italia sejungit; nam Hellesponto ac Bosphoro Thracico, (angustioribus Hadriatico sinu) non Græcia, sed Thracia, Romanis adhuc armis intacta, ab Asia dispescitur.

[l] *Et multo majorem causam Antiochum*] Referri potest *major causa* vel ad lacessitos in Græcia Romanos, vel ad fructum victoriæ, qui longe uberior ex magno rege Antiocho in Asia devicto, quam ex Ætolis, qui inter Græciæ gentes non eminebant, vix Achæis aut Atheniensibus hisce temporibus comparandi.

[m] *Neque enim mari*] Ex causis quas profert Hannibal prosequendi a Romanis in Asia belli adversus Antiochum, facilitatem nempe trajiciendi e Græcia, et victoriæ emolumentum, ratio quæ hic additur, ad priorem potius quam ad posteriorem refertur, ut recte advertit Gron. sed non semper ad justam ratiocinationem atque ad dialecticorum leges exigendi sunt sermones.

et de ipsa Asia brevi terra marique dimicandum ei cum Romanis esse; et aut imperium adimendum orbem terrarum affectantibus, aut ipsi regnum amittendum.' Unus vera et providere, et fideliter prædicere visus. Itaque ipse rex navibus, quæ paratæ instructæque erant, Chersonesum [n] petit, ut ea loca, si forte terra venirent Romani, præsidiis firmaret. Ceteram classem Polyxenidam parare et deducere jussit; speculatorias naves ad omnia exploranda circa insulas dimisit.

42. C. Livius præfectus Romanæ classis, cum quinquaginta navibus tectis profectus ab Roma Neapolim, quo ab sociis ejus oræ convenire jusserat apertas naves, quæ ex fœdere debebantur, Siciliam inde petit; fretoque Messanam prætervectus, cum sex Punicas naves ad auxilium missas accepisset,[20] ab Rheginis Locrisque et ejusdem juris sociis debitas exegisset naves, lustrata classe ad Lacinium, altum petit. Corcyram, quam primam [1] Græciæ civitatium adiit, cum venisset, percunctatus de statu belli, (necdum enim omnia in Græcia perpacata erant,) et ubi classis Romana esset, postquam audivit, circa Thermopylarum saltum in statione consulem ac regem [o] esse, classem Piræei stare, maturandum ratus omnium rerum causa, pergit protenus navigare Peloponnesum. Samen Zacynthumque,[p] quia [2] partis Ætolorum maluerant esse, protenus

20 'Post *missas accepisset* (audisset) excidit forte *et*.' Rupert.—1 'Recte lectio vett. quorundam librr. *primum* nostræ postposita est.' *Doering*. Mox *civitatem* edd. ante Gron. Modius ex Mog. *civitatium*.—2 *Samum, Zacynthum, quia* edd. ante Sigon. *Tamen, Zacynthumque* vet. lib. apud Sigon.

NOTÆ

[n] *Chersonesum*] Peninsulam nempe Thraciæ, iu qua Lysimachia.

[o] *Ac regem*] Philippum Macedoniæ.

[p] *Samen Zacynthumque*] Veteres libri, quibus utor, scribunt uno ductu *Peloponnesum tamen Saguntumque:* impressi distinguunt, et *Peloponnesum* referunt ad superiora; male, meo quidem judicio: neque enim dicendum esset 'navigare Peloponnesum,' sed 'in' aut 'versus Peloponnesum:' est quippe Peloponnesus regio, non urbs, ut cuique notum. Livius quidem in præpositionum usu grammaticorum regulas minus scrupulose sequitur: nihil tamen opus ad insueta ceteris scriptoribus orationem ejus

depopulatus, Maleam petit, et, prospera navigatione usus, paucis diebus Piræeum ad veterem classem pervenit. Ad Scyllæum Eumenes rex cum tribus navibus occurrit; cum Æginæ diu incertus consilii fuisset, utrum ad tuendum rediret regnum, (audiebat enim Antiochum Ephesi navales terrestresque parare copias,) an nusquam abscederet ab Romanis, ex quorum fortuna sua penderet. A Piræeo A. Atilius, traditis successori quinque et viginti navibus tectis, Romam est profectus. Livius una et octoginta rostratis [3] navibus,[q] multis præterea minoribus, quæ aut apertæ

—3 Habet Kreyssig. quod legendum putat Duk. *constratis.* Vid. Not. Var.

NOTÆ

deflectere absque necessitate: ut nec *Samum* vel *Samen* substituere in locum particulæ adversativæ *tamen.* Nec sum nescius Samen, quæ et Samus dicitur, insulam esse maris Ionii, Echinadum unam Dulichio proximam, Strabone teste; cujus et Virgilius meminit; sed ea ita exigua erat, ut parum aut nihil interesset Romanorum has an illas partes sequeretur. Nec ejus meminit auctor noster tanquam Ætolorum fœdus amplexæ, aut Ætolis subjectæ. Nihil itaque mutandum censeo, nisi quod *Zacynthumque* malim, quam ut est in plerisque scriptis, *Saguntumque*: quanquam Saguntum ipsam Hispaniæ a Zacynthiis conditam atque appellatam non ignorem. Lego itaque *pergit protinus navigare.* (Gallice, *il continua sa navigation.*) *Peloponnesum tamen Zacynthumque, quia partis Ætolorum maluerant esse, protinus depopulatus.* Fateor nec Peloponnesum, nec Zacynthum in partibus Ætolorum fuisse: sed quod de Zacyntho Sigonius conjicit, Livium præfectum classis Romanæ Roma profectum eam insulam populatum esse, cui forte nondum compertum erat ab Achæis, agente Quintio, concessam populo Romano; quidni idem de Laconia Peloponnesi parte, vel maxime conspicua, conjici possit? Lacedæmonios certe Ætolorum antea socios fuisse constat ex Liv. lib. XXV. c. 23. Et hoc quoque tempore Nabidem Lacedæmoniorum tyrannum ad Ætolos defecisse, (quod Noster lib. XXXV. c. 13. et sequentibus narrat,) quod C. Livius discere Romæ potuit; tyranni vero necem, quæ nonnisi cap. 35. memoratur, nondum didicisse credibile est, aut etiam si sciverit, tamen præteritam Lacedæmoniorum ut et Zacynthiorum culpam ulcisci voluerit: neque enim hic dicitur ideo Livium depopulatum hæc loca, quod tunc partis Ætolorum essent, sed 'quia' antea 'partis Ætolorum maluerant esse.'

q *Una et octoginta rostratis navibus*] Naves aliæ tectæ ad commodius navigandum pugnandumque aptæ: aliæ apertæ. Aliæ præterea rostratæ, seu rostris æneis ferreisve armatæ ad pugnam: aliæ rostris carebant: omnium generum naves in classe C. Livii erant, sed majores tectæ ac rostris instructæ, atque ad pugnandum comparatæ octoginta et una numero fuere.

rostratæ, aut sine rostris speculatoriæ erant, Delum trajecit.

43. Eo fere tempore consul Acilius Naupactum oppugnabat. Livium Deli per aliquot dies (et est ventosissima regio inter Cycladas,[r] fretis alias majoribus, alias minoribus divisas) adversi venti tenuerunt.[4] Polyxenidas, certior per dispositas speculatorias naves factus, Deli stare Romanam classem, nuntios ad regem misit; qui, omissis, quæ in Hellesponto agebat, cum rostratis navibus, quantum accelerare potuit, Ephesum rediit, et consilium extemplo habuit, faciendumne periculum navalis certaminis foret. Polyxenidas negabat cessandum, 'et utique prius confligendum, quam classis Eumenis et Rhodiæ naves conjungerentur Romanis. Ita numero non ferme impares futuros se, ceteris omnibus superiores,[5] [s] et celeritate navium, et varietate auxiliorum. Nam Romanas naves cum ipsas inscite factas immobiles esse, tum etiam, ut quæ in terram hostium veniant,[6] oneratas commeatu venire; suas autem, ut pacata omnia circa se relinquentes, nihil præter militem

4 'Altera lectio *retinuerunt* pro interpretamento nostræ lectionis habenda est.' *Doering.*—5 *Futuros; ipsum ceteris omnibus superiorem* Gron. Vid. Not. Delph. inf.—6 Voss. *ut quæ hosti conveniant;* unde J. F. Gron. conjiciebat *ut quæ in hosticum;* et sic vere, teste Drak. in tribus codd. legitur.—

NOTÆ

[r] *Inter Cycladas*] Insulæ maris Ægæi dividuntur præsertim in Cycladas et Sporadas. Illæ a Geresto Eubœæ promontorio circa Delum in orbem sitæ, unde et nomen traxere, numero fere quinquaginta sunt, quarum præcipuæ Andrus, Tenos, Myconos, Scyros, Siphnus, Seriphus, Præpesinthus, Cythnus, ipsaque omnium et minima fere et clarissima Delos; Oliaros præterea, Paros, Naxus. Sporades autem, ita dictæ quod per æquor sparsæ sint, absque ordine, ad meridiem et ortum deflectunt, Icaria, Ios Homeri sepulcro veneranda, Gyaros, Pathmos, Leros, Cimolus, Melos, Amorgos, Thera, Therasia, Anaphe, Astypalæa.

[s] *Ita numero non ferme impares futuros se, ceteris omnibus superiores* [*Ita numero ferme impares futuros, ipsum ceteris omnibus superiorem esse, &c.*] Sic magno consensu scripti tres, qui apud me; nescio cur mutatum est: perspicuus enim sensus est, Romanos numero navium fere impares, id est, inferiores potius quam superiores futuros; ipsum vero Antiochum ceteris omnibus rebus superiorem. Vulgaris lectio, *ita numero non ferme impares futuros se, ceteris omnibus superiores.*

atque arma habituras. Multum etiam adjuturam notitiam maris terrarumque et ventorum; quæ omnia ignaros turbatura hostes essent.' Movit omnes auctor consilii, qui et re consilium executurus erat. Biduum in apparatu morati: tertio die centum navibus,7 [t] quarum septuaginta tectæ, ceteræ apertæ, minoris omnes formæ, erant,[u] profecti Phocæam[x] petierunt. Inde, cum audisset, appropinquare jam Romanam classem, rex, quia non interfuturus navali certamini erat, Magnesiam, quæ ad Sipylum est,[y] concessit, ad terrestres copiascomparandas. Classis ad Cyssuntem portum Erythræorum,[z] tanquam ibi aptius expectatura hostem, contendit. Romani, ubi primum aquilones (ii namque per aliquot dies tenuerant) cecidere,8 ab Delo Phanas, portum Chiorum [a] in Ægæum mare versum, petunt: inde ad urbem [b] circumegere naves, commeatuque sumto, Phocæam trajiciunt. Eumenes, Elæam ad suam classem profectus, paucis post inde diebus, cum quatuor et viginti navibus tectis, apertis pluribus, paulo a Phocæa ad Romanos,9 parantes instruentesque se ad navale certa-

7 Sigon. conj. *ducentis* ex Appian. Mox edd. antt. *minores omnes ferme;* unde J. F. Gron. conj. *moneres om. ferme.*—8 *Ceciderunt* Kreyssig.—9 'Duk. *Phocæam* legendum esse suspicatus est, ita quidem, ut particula *paulo*, distinctione post illam facta, ad *pluribus* referatur. Sed si Livius τὸ *paulo* ad *pluri-*

NOTÆ

[t] *Centum navibus*] Appianus *ducentas* numerat.

[u] *Minoris omnes formæ, erant*] Conjicit Gronovius *moneres omnes ferme erant;* id est, quæ uno remorum ordine agerentur; sed parum credibilis conjectura.

[x] *Profecti Phocæam*] Ad sinum Smyrnæum, a læva influentis in eum Hermi, fuit Æolidis urbs Phocæa, unde orti Massilienses: hodie *Focchia.*

[y] *Magnesiam, quæ ad Sipylum est*] Duplex in Minori Asia est urbs hoc nomine: hæc ad Sipylum montem, in Lydia est ad Phrygiæ magnæ confinia; (ubi olim Niobe in rupem durata in fabulis memoratur;) sub istud tempus victoria Scipionis Asiatici de Antiocho nobilitata est. Hodie *Manissa* Leunclavio.

[z] *Portum Erythræorum*] Erythræ Ioniæ urbs fuit in Asia Minori e regione insulæ et urbis Chii, inter Clazomenas et Teon: hodie *Colire* vel *Stolar* sub Turcis. Ejus portum Cyssuntem dictum discimus ex hoc Livii loco.

[a] *Phanas, portum Chiorum*] Phanæ promontorium est insulæ Chii ex Steph. ubi portus et ejusdem nominis oppidum.

[b] *Ad urbem*] Chium insulæ cognominis caput.

men, rediit. Inde centum quinquaginta [10] [b] tectis navibus, apertis ferme quinquaginta, profecti, primo, aquilonibus transversis cum urgerentur in terram, cogebantur tenui agmine prope in ordinem singulæ naves ire; deinde, ut lenita paulum vis venti est, ad Corycum portum,[c] qui super Cyssuntem est, conati sunt trajicere.

44. Polyxenidas, ut appropinquare hostes allatum est, occasione pugnandi lætus, sinistrum ipse cornu in altum extendit, dextrum cornu præfectos navium ad terram explicare jubet, et æqua fronte ad pugnam procedebat. Quod ubi vidit Romanus, vela contrahit,[d] malosque inclinat, et, simul armamenta componens, opperitur insequentes naves. Jam ferme triginta in fronte erant, quibus ut æquaret lævum cornu, dolonibus erectis [e] altum petere intendit; jussis, qui sequebantur, adversus dextrum cornu prope terram proras dirigere. Eumenes agmen cogebat. Ceterum, ut demendis armamentis tumultuari primum cœptum est, et ipse, quanta maxima celeritate potest, concitat naves. Jam omnibus [11] in conspectu erant:[f] duæ Punicæ naves antecedebant Romanam classem, quibus obviæ tres fuerunt regiæ naves: et, ut in numero impari, duæ regiæ

---

bus retulisset, haud dubie illud ante *pluribus* posuisset. Et sic nondum omnis, qua hic locus laborat, sublata videtur difficultas. Mihi potius ante *paulo* nomen loci . . . *paulo a Phocæa* distantis, excidisse videtur.' *Doering*. 'Difficultatem distinctione non post *paulo*, sed post *pluribus* posita tollere conati sunt Ascens. et Drak. *Ad Phocæam* conj. Crev. et Jac. Periz. Sed ita præpos. *ad* quater h. l. posita est.' *Rupert. Apertis pluribus paulo, a Phocæa* Gron. Doujat. Crev.—10 Legendum esse *centum quinque*, (quod habet Kreyssig.) ex subducta navium ratione, probatum ivit Jac. Gron.

11 'Ms. Lov. 5. et edd. ante Ald. *omnes;* quod multo melius.' *Rupert.*

NOTÆ

[b] *Centum quinquaginta*] Enumeratæ tantum sunt *centum quinque*, quomodo legendum censent viri docti. *J. Clericus.*

[c] *Ad Corycum portum*] Diversus hic portus a Coryco Ciliciæ; fuit enim in Erythrarum vicinia situs, ad sinum Ionium ab occasu Tei urbis.

[d] *Vela contrahit*] Hæc omnia ad inhibendum cursum navium facta, ut remotioribus navibus ad assequendam classem tempus daretur.

[e] *Dolonibus erectis*] In instrumento navali dolones vocantur minora vela, quæ supra acatia, id est, supra vela majora, erigi solent celeritatis causa.

[f] *Jam omnibus in conspectu erant*] Naves, opinor, Eumenis.

unam circumsistunt; et primum ab utroque latere remos detergunt;[r] deinde transcendunt armati, et, dejectis cæsisque propugnatoribus, navem capiunt. Una, quæ compari Marte concurrerat, postquam [12] captam alteram navem vidit, priusquam a tribus simul circumveniretur, retro ad classem refugit. Livius, indignatione accensus, prætoria nave in hostes tendit. Adversus quam eadem spe duæ, quæ Punicam unam navem circumvenerant, cum inferrentur, demittere in aquam remos ab utroque latere remiges stabiliendæ navis causa[s] jussit, et in advenientes hostium naves ferreas manus injicere, et, ubi pugnam pedestri similem fecisset,[13] [g] meminisse Romanæ virtutis, nec pro viris ducere regia mancipia. Haud paulo facilius, quam ante duæ unam, tunc una duas naves expugnavit cepitque. Et jam classes quoque undique concurrerant, et passim permixtis navibus pugnabatur. Eumenes, qui extremus commisso certamine[h] advenerat, ut animadvertit lævum cornu hostium ab Livio turbatum, dextrum ipse, ubi æqua pugna erat, invadit.

45. Nec ita multo post primum ab lævo cornu fuga cœpit. Polyxenidas enim, ut virtute militum haud dubie superari se vidit, sublatis dolonibus effuse fugere intendit:

[r] *Confregerunt remos.*
[s] *Ad navem (intermisso cursu) firmandam.*

Omnes Kreyssig.—12 ‘*Una cum pari* multi Mss. *una compari* Lov. 2. *una quæ pari* Lov. 5. et primæ edd. *Una, cum pari Marte concurreret* conj. Drak. Possis et *una compari M. concurrerat, et, postquam cet.*’ Rupert.—13 ‘*Similem fecisset* Livius; nisi cum Gron. leg. *fecissent*, sc. remiges.’ *Rupert.* *Fecissent* Kreyssig.

NOTÆ

[g] *Pedestri similem fecisset*] Legendum ait Gronovius *fecissent*, præfecti nempe et propugnatores navium: sed Livii hoc erat inventum: neque præfecti, sed remiges, Livii jussu, statariam hanc efficiebant pugnam.

[h] *Commisso certamine*] Certamen commissum hoc loco sumitur pro inchoato, non pro perpetrato: Gallice diceremus, *le combat étant déjà engagé:* ut cum dicuntur committi paria gladiatorum: et apud Velleium ‘commissa proscriptio sanguine tribuni,’ id est, cœpta: ita Virgil. v. Æneid. ‘Et tuba commissos medio canit aggere ludos.’

mox idem et,[14] qui prope terram cum Eumene contraxerant certamen, fecerunt. Romani et Eumenes, quoad sufficere remiges potuerunt, et in spe erant extremi agminis vexandi, satis pertinaciter secuti sunt. Postquam celeritate navium, utpote levium, suas commeatu onustas eludi frustra tendentes viderunt, tandem abstiterunt; tredecim captis navibus cum milite ac remige, decem demersis. Romanæ classis una Punica navis, in primo certamine ab duabus circumventa, periit. Polyxenidas non prius, quam in portu Ephesi, fugæ finem fecit. Romani eo die, unde [15] egressa regia classis erat, manserunt: postero die hostem persequi intenderunt. Medio fere in cursu obviæ fuere iis quinque et viginti [i] tectæ Rhodiæ naves, cum Pausistrato [k] præfecto classis. Iis adjunctis, Ephesum hostem persecuti, ante ostium portus acie instructa steterunt. Postquam confessionem victis satis expresserunt, Rhodii et Eumenes domos dimissi: Romani, Chium petentes, Phœnicuntem primum portum Erythrææ terræ prætervecti, nocte ancoris jactis, postero die in insulam [l] ad ipsam urbem trajecerunt. Ubi paucos dies remige maxime reficiendo morati, Phocæam transmittunt. Ibi relictis ad præsidium urbis quatuor quinqueremibus, ad Canas [m] classis venit; et, cum jam hyems appeteret, fossa valloque circumdatis naves subductæ.[t] Exitu anni comitia Romæ habita, quibus creati sunt consules L. Cornelius Scipio et C. Lælius,* in-

[t] *Naves deductæ ex alto mari, et munitæ, adjectis circum fossa et vallo.*

14 'Τὸ *et*, quod, quia jam latet in *idem*, putide abundat, aut delendum, aut in *ei* vel *ii* mutandum videtur.' *Doering.*—15 'Crev. satis probabiliter ante *unde*, nomen loci, v. c. *Cyssunte*, excidisse suspicatur; quanquam τὸ *unde* ad

NOTÆ

[i] *Quinque et viginti*] *Septem et viginti* fuisse Appianus ait.

[k] *Cum Pausistrato*] Idem Appianus hunc Rhodiæ classis præfectum *Pausimachum* vocat.

[l] *In insulam*] Chium.

[m] *Ad Canas*] Canæ oppidum est Mysiæ majoris, Elææ ad austrum, in Æolidis confinio, ad promontorium Maliæ, promontorio Lesbi insulæ oppositum, intermedio sinu Elaitico.

* A. U. C. 563.

tuentibus cunctis [16] [n] ad finiendum cum Antiocho bellum. Postero die prætores creati, M. Tuccius, L. Aurunculeius, Cn. Fulvius, L. Æmilius, P. Junius, C. Atinius Labeo.



omissum *ibi* recte quoque referri posse videtur.' *Doering.*—16 ' *Intentis* conj. Gron. *C. Lælius Africanus* vel *C. Lælius. Africanum intuentibus*, vel *Africanus legitur annuentibus* vel *ruentibus* vel *imminentibus cunctis* Mss. et edd. ante Mogunt.' *Rupert.* Mox τὸ *die* abest ab edd. ante Sigon.

NOTÆ

[n] *Intuentibus cunctis*] *Intuentes* dicit pro intentis atque ad unum id spectantibus.

T. LIVII PATAVINI
HISTORIARUM
AB URBE CONDITA
LIBER XXXVII.

BREVIARIUM.

Cap. 1. A senatu Rom. infecta pace dimittuntur legati Ætolorum, et L. Scipioni cos. provincia Græcia datur, quia P. Scipio Africanus frater dixerat, se legatum cum eo iturum. 2. Ceteris magistratibus decernuntur legiones et provinciæ. 3. Prodigia procurantur, et P. Scipio fornicem ponit in Capitolio. Ætolorum XLIII. principes in Lautumias conjiciuntur, et munera dantur legatis Ptolemæi et Cleopatræ. 4. L. Scipio et L. Æmilius Regillus, classi præfectus, ab Urbe proficiscuntur, et L. Aurunculeius novas parare naves jubetur. Ætoli occupant Coracem montem, et M'. Acilius præter eorum opinionem Lamiam corona aggreditur. 5. Qua urbe intra paucas horas capta, Amphissam operibus oppugnat. 6. Eodem mox L. Scipio consul ducit exercitum; in cujus castra legati Ætolorum Atheniensiumque, pro his deprecantium, veniunt, qui durius ab eo responsum ferunt, clementius ab Africano. 7. Per hunc tamen redeuntes inducias impetrant; et consul, soluta obsidione Amphissæ, per Macedoniam Thraciamque, prosequente et præparante omnia Philippo, ad Hellespontum pervenit.

8. Antiochus per hyemem terrestres maritimasque reparat vires. Classis Rom. ad Canas hybernat; et Eumenes magnam ex agris circa Thyatira prædam agit. 9. Phocææ seditio oritur, quibusdam ad Antiochum plebis animos avocantibus. Vere autem ineunte et Rhodia et Romana classis vela dat in altum. Illi præest Pausistratus, huic C. Livius; qui profectus Hellespontum, ut transitum exercitus consularis præpararet, ante omnia fauces ejus et castella, Sestum Abydumque, occupat. 10. 11. At Polyxenidas, regius præfectus, ad Panormum Samiæ terræ, totam pæne Rhodiorum classem fraude capit, et Pausistratus impigre pugnans interficitur. Phocæa quoque, Cyme aliæque ejusdem oræ urbes ad Seleucum, Antiochi

filium, deficiunt. 12. Hinc Livius Canas, ubi quasdam reliquerat naves, et inde Samum petit, quo etiam Eumenes et nova classis Rhodiorum, Eudamo tradita, tendunt cursum. 13. Polyxenidas Æthaliam insulam trajicit, ut naves hostium tempestate sparsas aggrediatur; sed infecta re Ephesum redit. Eodem mox proficiscuntur Romana Rhodiaque classes: regiis autem certamen fugientibus, Samum repetunt. 14. Ibi L. Æmilius Regillus classem accipit a C. Livio; qui in consilio a successore advocato suadet, ut onerariæ naves, multa saburra gravatæ, in faucibus Ephesii portus supprimantur. 15. Nulli ea placet sententia. 16. Livius cum aliquot navibus in Lyciam mittitur, et Pataris, capite gentis, frustra tentatis, in Græciam et inde in Italiam trajicit. 17. Æmilius ab Epheso repellitur tempestate, consilioque Patara proficiscendi capto, exscensionem facit ad Jassum. Cujus urbis oppugnatione absistit, motus Rhodiorum Eumenisque precibus, et, ne ab tergo relictus hostis in sociorum grassetur urbes, Samum reducit naves. 18. Interea Seleucus in fines regni Attali, et, omissa oppugnatione Elææ, Pergamum proficiscitur; quo et mox venit Antiochus pater. Hinc propere Eumenes et paulo post Romana Rhodiaque classis Elæam contendunt. Quos ubi exposuisse copias audit Antiochus, et consulem cum exercitu jam in Macedonia esse, de pace agit cum Æmilio. 19. Is vero cum Eumene auctore respondisset, adventum consulis expectandum esse; rex, filio relicto, castra movet, et opulentum Thebes campum depopulatur, subsequentibus Æmilio et Eumene. 20. Per eosdem dies Diophanes, Philopœmenis discipulus, parvam Achæorum manum deducit Pergamum, et negligentes inordinatasque hostium stationes improviso adortus cædem passim fugamque per campos facit. 21. Seleucus iterum fusus ex agro Pergameno movet castra, et Antiochus Sardes redit: classis autem Romana cum sociis frustra oppugnat Phocæam. 22. Inde Eumenes Elæam, ut adjuvet consulem ad trajiciendas in Asiam legiones, Romani Samum redeunt cum Rhodiis; qui paulo post adversus classem regiam, ex Syria venientem, Rhodum, et hinc juncti aliis navibus, a Rhodo cum Pamphilida præfecto missis, Phaselidem proficiscuntur. 23. Hanc urbem, in confinio Lyciæ et Pamphyliæ sitam, mox pestilentiæ metu relinquunt, et ad Sidam conspiciunt regiam classem, cui Hannibal et Apollonius præsunt. 24. Rhodii eam vertunt in fugam, et Chariclitum cum xx. navibus ad Megisten portum et Patara mittunt, qui prohibeat, quo minus Hannibal conjungatur veteri regiæ classi. 25. Ad Prusiam, Bithyniæ regem, legati veniunt et Antiochi, et Scipionum senatusque Romani. 26. Antiochus Ephesum ad classem revertit, Notiumque, oppidum propinquum, oppugnare aggreditur, non dubitans, Romanos ad opem ferendam sociæ urbi classem a Samo moturos, eamque occasionem Polyxenidæ ad rem gerendam fore. 27. L. Æmilius Regillus ab Samo profectus Chiorum Teiorumque maritimam depopulatur oram, et ad Myonnesum promont. piratas persequitur. 28. Ibi Polyxenidas nocte occupare fauces et terra marique simul hostes, ut antea Pausistratum Rhodium ad Panormum, opprimere conatur. 29. Sed Æmilius, ab agresti quodam certior de eo consilio factus, e portu in altum evehitur; et classes utrimque aciem explicant. 30. Polyxenidas vincitur et Ephesum refugit, XLII. navibus in ea pugna

amissis. 31. Antiochus, jam diffidens longinqua tueri se posse, ab Lysimachia, urbe munitissima refertaque omnium rerum commeatibus, deducit præsidium, et Sardes se recipit. Rhodii domum dimittuntur, et Æmilius Chium indeque Phocæam trajicit. 32. Quam urbem ubi cepit diripuitque, portus ejus ad hybernandum classi deligit.

33. L. Cornelius Scipio consul, Lysimachiæ paucos dies moratus, pervenit Hellespontum, ibique omnibus cura Eumenis, Æmilii et Rhodiorum ad transitum præparatis, velut in pacata littora, nullo prohibente, sine tumultu trajicit. 34. Per eos forte dies legatus ab Antiocho in castra Rom. venit Byzantius Heraclides, de pace afferens mandata, et jussus primum adire P. Scipionem, cujus indoles et animi magnitudo omnibus nota, filiusque captus in potestate regis erat. 35. Advocato frequenti consilio legatus verba facit. 36. Idem privatim P. Scipioni ingens auri pondus societatemque regni pollicetur, et filium ei sine pretio redditum iri dicit. Is vero respondet, se nihil regi dare posse, nisi privatam gratiam pro privato beneficio et fidele consilium, nullam pacis conditionem recusandi. 37. Consul per Troadem iter facit, et Eumenes cum parva manu venit in castra ejus, ad caput Caici amnis posita. Antiochus autem P. Scipioni, qui æger Elæam delatus erat, remittit filium, eoque auctore non ante in aciem descendere statuit, quam in castra illum fratris redisse audiat. 38. Consul, transgressus Phrygium amnem, circa Magnesiam, quæ ad Sipylum est, non longe ab hoste ponit castra. 39. Rex primum detrectat certamen; sed metuens, ne invadantur castra sua et animi militum minuantur, non ultra tergiversatur. Forma aciei Romanæ, 40. et regiæ. 41–43. Pugna et clades Antiochi, 44. qui, cum paucis fugiens, Sardes et inde Apameam ad filium contendit. 45. Asiæ civitates in fidem consulis sese tradunt, et Polyxenidas, relicta classe, cum paucis Syriam petit itinere pedestri. Sardibus jam consul est: quo mox et P. Scipio et oratores regis veniunt, Zeuxis et Antipater. His Africanus e consilii sententia conditiones pacis dicit; iisque confestim acceptis, Romam mitti legatos placet.

46. M'. Acilius de Antiocho et Ætolis triumphat sine exercitu, et paucis diebus post mortem voluntariam Damocriti, Ætolorum ducis: cujus triumphi minuit lætitiam nuntius ex Hispania tristis de clade L. Æmilii proconsulis. Triumviri creantur ad colonos deducendos Placentiam et Cremonam, inopiam eorum querentes. 47. C. Lælius cos. ex Gallia redit; et supplicationes decernuntur ob victoriam navalem L. Æmilii prætoris primumque Romanorum transitum in Asiam. Consules (M. Fulvius Nobilior et Cn. Manlius Vulso) prætoresque creantur. 48. Rumor Romæ est celeber, Scipiones, in colloquium evocatos Antiochi, comprehensos esse, et deletas omnes copias Romanorum. 49. Ætolorum legati dimittuntur a senatu cum tristi responso. 50. Magistratus sorte et ex SCto provincias legionesque accipiunt. 51. Q. Fabius Pictor prætor, quia simul est Flamen Quirinalis Sardiniam provinciam prætura urbana permutare cogitur. Fama de rebus in Asia gestis temere vulgata, post dies paucos veniunt nuntii certi. 52. Eumenes in senatu ei dato jubetur dicere, quid sibi a Romanis tribui æquum censeat, idque eorum arbitrio permittit. 53. Sed senatu in eadem

perstante sententia, gratam Patribus orationem habet. 54. Eam, interposita brevi Smyrnæorum legatione, excipit longa Rhodiorum oratio; quæ apta magnitudini Romanæ videtur. 55. Post Rhodios Antiochi vocantur legati, et pacis leges, a Scipionibus dictæ, confirmantur. Audiuntur deinde aliæ legationes ex Asia, et decem legati decernuntur, qui res Asiæ disceptent componantque. 56. SCtum de summa rerum, ab his ordinandarum, placet omnibus, nisi quod Rhodii ægre ferunt, Solos, Ciliciæ urbem, sibi cognatam, non eximi ex servitute regia.

57. L. Bæbius prætor, ab Liguribus circumventus, ex vulneribus moritur. L. Æmilius Paullus vincit Lusitanos. Bononiam deducitur colonia Latina. Censuram multi clarique viri petunt, et favore populi, congiariis emto, in M'. Acilium Glabrionem, novum hominem, inclinante, duo tribuni pl. ei diem dicunt, et inter testes, adversus illum prolatos, est M. Cato competitor. 58. Censores T. Quintius Flamininus et M. Claudius Marcellus creantur. Triumphus navalis decernitur L. Æmilio Regillo, et supplicatio ob L. Æmilii Paulli victoriam. L. Scipio ad Urbem venit, et Asiaticum se appellari vult. 59. Triumphus ejus. 60. Cn. Manlius cos. in Asia bellum gerit cum Gallis, et Q. Fabius Labeo prætor, classi præfectus, cum Cretensibus.

1. L. Cornelio Scipione,[1] C. Lælio consulibus, nulla prius secundum religiones[a] acta in senatu res est, quam de Ætolis. Et legati eorum institere,[a] quia brevem induciarum diem habebant; et ab T. Quintio, qui tum Romam ex Græcia redierat, adjuti sunt. Ætoli, ut quibus plus in misericordia senatus, quam in causa, spei esset, suppliciter egerunt, veteribus benefactis nova pensantes maleficia. Ceterum et præsentes interrogationibus undique senatorum, confessionem magis noxæ, quam responsa, exprimentium, fatigati sunt, et, excedere curia jussi, magnum certamen præbuere.[b] Plus ira, quam misericordia, in causa eorum valebat; quia non ut hostibus modo, sed tanquam indomitæ et insociabili genti, succensebant. Per aliquot dies cum certatum esset, postremo neque dari, neque negari pacem placuit. Duæ conditiones eis latæ sunt: vel senatui libe-

[a] *Post ea quæ ad religionem et piacula spectabant.*
[b] *Occasionem ingentis inter senatores contentionis dederunt.*

NOTÆ

[a] *Legati eorum institere*] Legati scilicet Ætolorum postularunt quamprimum audiri, quoniam breves ipsis induciæ a Manio Acilio consule datæ fuerant. Supra lib. XXXVI. c. 25. forte 90. dierum, ut Epirotis ibid.

rum arbitrium de se permitterent; vel mille talentum[b] darent, eosdemque amicos atque inimicos haberent. Exprimere cupientibus, quarum rerum in se arbitrium senatui permitterent, nihil certi responsum est. Ita infecta pace dimissi, Urbe eodem die, Italia intra quindecim dies excedere jussi. Tum de consulum provinciis cœptum est agi. Ambo Græciam cupiebant. Multum Lælius in senatu poterat. Is, cum senatus aut sortiri, aut comparare inter se provincias consules jussisset, elegantius facturos dixit, si judicio Patrum, quam si sorti, eam rem permisissent. Scipio, responso ad hoc dato, 'cogitaturum, quid sibi faciendum esset,' cum fratre uno locutus, jussusque ab eo permittere audacter senatui, renuntiat collegæ, 'facturum se, quod is censeret.' Cum res, aut nova, aut vetustate exemplorum memoriæ jam exoletæ, relata expectatione certaminis senatum erexisset, P. Scipio Africanus dixit, 'Si L. Scipioni fratri suo provinciam Græciam[2] decrevissent, se legatum iturum.' Hæc vox, magno assensu audita, sustulit certamen. Experiri libebat, utrum plus regi Antiocho in Hannibale victo, an in victore Africano consuli legionibusque Romanis, auxilii foret; ac prope omnes Scipioni Græciam, Lælio Italiam decreverunt.

2. Prætores inde provincias sortiti,[3] L. Aurunculeius urbanam, Cn. Fulvius peregrinam, L. Æmilius Regillus classem, P. Junius Brutus Tuscos, M. Tuccius Apuliam et Bruttios, C. Atinius Siciliam. Consuli deinde, cui Græcia provincia decreta erat, ad eum exercitum, quem a M'. Acilio (duæ autem legiones erant) accepturus esset, in supplementum addita peditum civium Romanorum tria millia, equites centum, et socium Latini nominis quinque millia,

1 Copula *et* olim inserebatur.—2 *Græciam* del. Crev. Mox *se ei legatum iturum* conj. Duk.

3 ' Verbum *sunt*, quod in quibusdam librr. vett. ut sæpe alias, post *sortiti* omissum est, rectius, puto, ad orationis perspicuitatem juvandam in plurimis

NOTÆ

b *Mille talentum*] Id esset monetæ nostræ vicies centena et quadringenta librarum millia. Gallice *deux millions quatre cens mille livres*.

equites ducenti; et adjectum, ut, cum in provinciam venisset, si e re publica videretur esse, exercitum in Asiam trajiceret. Alteri consuli totus novus exercitus decretus, duæ legiones Romanæ, et socium Latini nominis quindecim millia peditum, equites sexcenti. Exercitum ex Liguribus Q. Minucius (jam enim confectam provinciam[e] scripserat, et Ligurum omne nomen in deditionem venisse) traducere in Boios et P. Cornelio proconsuli tradere jussus. Ex agro, quo victos[4] bello mulctaverat Boios, deductæ[5] urbanæ legiones, quæ priore anno conscriptæ erant, M. Tuccio prætori datæ, et socium ac[6] Latini nominis peditum quindecim millia, equites sexcenti, ad Apuliam Bruttiosque obtinendos. A. Cornelio superioris anni prætori, qui Bruttios cum exercitu obtinuerat, imperatum, si ita consuli videretur, ut legiones in Ætoliam trajectas M'. Acilio traderet, si is manere ibi vellet: si Acilius redire Romam mallet, ut A. Cornelius cum eo exercitu in Ætolia remaneret. C. Atinium Labeonem provinciam Siciliam exercitumque a M. Æmilio accipere placuit, et in supplementum scribere ex ipsa provincia, si vellet, peditum duo millia et centum equites. P. Junius Brutus in Tuscos exercitum novum, legionem unam Romanam, et decem millia socium ac Latini nominis scribere et quadringentos equites; L. Æmilius, cui provincia maritima erat, viginti naves longas et socios navales a M. Junio prætore superioris anni accipere jussus, et scribere ipse mille navales socios, duo millia peditum; cum iis navibus militibusque in Asiam proficisci, et classem a C. Livio accipere. Duas Hispanias Sardiniamque obtinentibus prorogatum in annum imperium est, et iidem exercitus decreti. Siciliæ Sardiniæque binæ eo anno decumæ frumenti imperatæ: Siculum omne frumentum in Ætoliam[7] ad exercitum portari jussum: ex

[e] *Perfunctum munere suo.*

codd. apud Drak. adjicitur.' *Doering. Sunt* add. Kreyssig.—4 ' Duk. perspicuitatis causa legendum fortasse suspicatur *quo hic victos, &c.*' Doering.—5 *Deducendæ* Kreyssig. c. quibusd. Mss.—6 Τὸ *ac* ante *Latini nominis*, h. l. et paulo inf. del. Gron. Doujat. Crev.—7 ' Duæ voces *in Ætoliam* glossema sapere videntur Crev.' *Doering*.

Sardinia pars Romam, pars in Ætoliam, eodem quo Siculum.

3. Priusquam consules in provincias proficiscerentur, prodigia per pontifices procurari placuit. Romæ Junonis Lucinæ templum de cœlo tactum erat, ita ut fastigium valvæque deformarentur. Puteolis pluribus locis murus et porta fulmine icta, et duo homines exanimati. Nursiæ sereno satis constabat nimbum ortum: ibi quoque duos liberos homines exanimatos. Terra[8] apud se pluisse Tusculani nuntiabant, et Reatini mulam in agro suo peperisse. Ea procurata, Latinæque instauratæ; quod Laurentibus carnis,[9] quæ dari debet,[c] data non fuerat. Supplicatio quoque earum religionum causa fuit,[d] quibus Diis decemviri ex libris ut fieret ediderunt.[10] Decem ingenui, decem virgines, patrimi omnes matrimique,[d] ad id sacrificium adhibiti; et decemviri nocte lactentibus[11] rem divinam fecerunt.[e] P. Cornelius Scipio Africanus, priusquam proficisceretur, fornicem in Capitolio adversus viam, qua in Capitolium ascenditur,[12] cum signis septem auratis et

[d] *Ad expianda hæc prodigia quæ religionem incusserant.*
[e] *Sacrificarunt nocte decemviri hostias nondum ab ubere matrum depulsas, veluti agnos, suculos, vitulos.*

8 Sunt qui legant *terram.*—9 ' Τὸ *carnis,* auctore Prisciano, interpretes in casu primo positum esse statuunt. Sed cum hujus insolentioris formæ exempla desint, equidem aut ante aut post *carnis,* vocem aliquam, v. c. *pars* vel *portio,* vel simile nomen, excidisse suspicor.' *Doering.* Mox *deberet* pro *quæ dari debet* lectio est, teste Sigon. vetustorum librorum.—10 ' *Causa fuit Diis, quibus ut fieret* supplicatio, *decemviri ex libris ediderunt.* Ordo verborum a librariis forte perturbatus est, et post *fuit* inserendum *et,* aut major distinctio restituenda. Τὸ *ut* primus omisit Grut. et ante *fieret* Ms. Harl. et quædam edd. antt. adjecerunt *sacra,* forsan ex glossa, quæ verbum *fieri* eo sensu capiendum significavit.' *Rupert.* ' Crev. impeditiorem orationem hac emendatione expedire tentavit, *Quibus Diis fieret, decemviri ex libris ediderunt.*' Doering. *Causa fuit. Quibus* Gron. Crev. Kreyssig. Τὸ *ut* del. Gron. Doujat. Crev.—11 Male in quibusd. librr. vett. *lactantibus.*—12 *Escenditur* Kreys-

NOTÆ

[c] *Carnis, quæ dari debet*] E Latii populis, quibus distribui solebat portio victimæ Jovi Latiari mactatæ, fuisse Laurentes nemo nescit: at *carnis* in recto casu dici pro *caro,* novum; usurpatum tamen a Livio hic notat Prisçianus.

[d] *Patrimi omnes matrimique*] Gall. *qui tous avoient encore leur père et leur mère.*

duobus equis, et marmorea duo labra ante fornicem posuit. Per eosdem dies principes Ætolorum tres et quadraginta, inter quos Damocritus et frater ejus erant, ab duabus cohortibus, missis a M'. Acilio, Romam deducti, et in Lautumias[13] [e] conjecti sunt. Cohortes inde ad exercitum redire, L. Cornelius consul jussit. Legati a Ptolemæo et Cleopatra, regibus Ægypti, gratulantes, quod M'. Acilius consul Antiochum regem Græcia expulisset, venerunt, adhortantesque, ut in Asiam exercitum trajicerent,[14] 'omnia perculsa metu non in Asia modo, sed etiam in Syria, esse; reges Ægypti ad ea, quæ censuisset senatus, paratos fore.' Gratiæ regibus actæ: legatis munera dari jussa, in singulos quaternum millium æris.[f]

4. L. Cornelius consul, peractis, quæ Romæ agenda erant, pro concione edixit, ut milites, quos ipse in supplementum scripsisset, quique in Bruttiis cum A. Cornelio proprætore essent, ut hi omnes Idibus Quintilibus Brundisium convenirent. Item tres legatos nominavit, Sex. Digitium, L. Apustium, C. Fabricium Luscinum, qui ex ora maritima undique naves Brundisium contraherent; et, omnibus jam paratis, paludatus ab Urbe est profectus. Ad quinque millia voluntariorum ex Romanis sociisque, qui emerita stipendia sub imperatore P. Africano habebant, præsto fuere exeunti consuli, et nomina dederunt. Per eos dies, quibus est profectus ad bellum consul, ludis Apollinaribus, ante diem quintum Idus Quintiles, cœlo sereno interdiu obscurata lux est,[†] cum luna sub orbem solis sub-

sig.—13 *Latomias* edd. ante Gron.—14 *Traduceret* Gron. Crev. *traducerent* Doujat.

NOTÆ

[e] *In Lautumias*] Lapidicinas quas Siculi Græce λατομίας, Latini *Lautumias* dixere; et sic legitur in scriptis melioribus. Tetrum hoc nomine carcerem Dionysius tyrannus Syracusis primus exciderat.

[f] *Quaternum millium æris*] Lege Papiria, a L. Papirio Carbone tribuno plebis lata, asses facti sunt semunciales auctore Plin. lib. XXXIII. cap. 3. Id Hotomannus ad hunc annum refert. Itaque hæc quatuor millia vix efficient Gallicæ monetæ hodiernæ libras sexdecim supra centum, cum assibus nostris tredecim ac denariis quatuor.

[†] *Obscurata lux est*] Defectus ille solis, ex calculo Dionysii Petavii, con-

isset. Et L. Æmilius Regillus, cui navalis provincia evenerat, eodem tempore profectus est. L. Aurunculeio negotium ab senatu datum est, ut triginta quinqueremes, viginti triremes faceret; quia fama erat, Antiochum post prælium navale majorem classem aliquanto reparare. Ætoli, postquam[15] legati ab Roma retulerunt, nullam spem pacis esse, quanquam omnis ora maritima eorum, quæ in Peloponnesum versa est, depopulata ab Achæis erat, periculi magis, quam damni, memores, ut Romanis intercluderent iter, Coracem montem occupaverunt. Neque enim dubitabant, ad oppugnationem Naupacti eos principio veris redituros esse. Acilio, qui id expectari sciebat, satius visum est, inopinatam aggredi rem, et Lamiam oppugnare. Nam et a Philippo prope ad excidium adductos esse;[g] et tunc[16] eo ipso, quod nihil tale timerent, opprimi incautos posse. Profectus ab Elatia primum in hostium terra[h] circa Sperchium[17] amnem posuit castra: inde nocte motis signis, prima luce corona mœnia[i] est aggressus.

5. Magnus pavor ac tumultus, ut in re improvisa, fuit. Constantius tamen, quam quis facturos crederet, in tam subito periculo, cum viri propugnarent, fœminæ tela omnis generis saxaque in muros gererent, jam[18] multifariam scalis appositis, urbem eo die defenderunt. Acilius, signo receptui dato, suos in castra medio ferme die[19] reduxit; et tunc cibo et quiete refectis corporibus, priusquam prætorium dimitteret, denuntiavit, 'ut ante lucem armati paratique essent. Nisi expugnata urbe, se eos in castra non reducturum.' Eodem tempore, quo pridie, pluribus locis aggressus, cum oppidanos jam vires, jam tela, jam ante



15 *Priusquam* Gron.—16 Magis placet *nunc*, quod est in quibusd. codd. apud Drak.—17 *Spercheum*, ut sup. Kreyssig.

NOTÆ

venit anno periodi Julianæ 4524. cyclo solis 16. lunæ 2. Martii 14. feria 2. *J. Clericus.*

[g] *Adductos esse*] Ætolos.

[h] *In hostium terra*] Non in Ætolia ipsa, sed in Ætolorum ditione, quæ circa sinum Maliacum.

[i] *Mœnia*] Lamiæ.

omnia animus deficeret, intra paucas horas urbem cepit. Ibi, partim divendita, partim divisa præda, consilium habitum, quid deinde faceret. Nemini ad Naupactum iri placuit, occupato ad Coracem ab Ætolis saltu. Ne tamen segnia æstiva essent, et Ætoli non impetratam pacem ab senatu nihilominus per suam cunctationem haberent, oppugnare Acilius Amphissam [k] statuit. Ab Heraclea per Œtam exercitus eo ductus. Cum ad mœnia castra posuisset, non corona, sicut Lamiam, sed operibus oppugnare urbem est adortus. Pluribus simul locis aries admovebatur; et cum quaterentur muri, nihil adversus tale machinationis [20] genus parare, aut comminisci oppidani conabantur. Omnis spes in armis et audacia erat. Eruptionibus [1] crebris et stationes hostium, et eos ipsos, qui circa opera et machinas erant, turbabant.

6. Multis tamen locis murus decussus erat, cum allatum est, successorem, Apolloniæ exposito exercitu, per Epirum ac Thessaliam venire. Cum tredecim millibus [2] peditum [l] et quingentis equitibus consul veniebat. Jam in sinum Maliacum [3] venerat,[m] et præmissis Hypatam, qui tradere

18 *Jam* del. Gron. Doujat. Crev.—19 *Diei* edd. ante Sigon.—20 *Oppugnationis* Crev.—1 *Erat, eruptionibusque* Gron. Doujat. Crev. Mox scripti *machinationes* pro *machinas*.

2 *Cum tribus millibus* omnes Mss. et edd. antt. teste Rupert. Vid. Not.

NOTÆ

[k] *Acilius Amphissam*] In Phocidis et Locrorum Ozolarum confinio fuit Amphissa; sed tunc in Ætolorum potestate aut societate erat: Amphissæi enim, offensi graveolentia Locrorum, se ad Ætolos applicuerant. Hæc urbs nomen adhuc servare dicitur a quibusdam, quanquam Nigro *Lambina* hodie dicatur.

[l] *Cum tredecim millibus peditum*] Scripti habent, *cum tribus millibus peditum:* sed in numero haud dubie peccant, ut colligitur ex cap. 2. ubi præter tria millia civium Romanorum L. Scipioni in supplementum data, leguntur addita sociorum quinque millia; quibus se ultro adjunxerunt totidem ex veteranorum numero cap. 4. qui numeri simul juncti tredecim millia efficiunt; ut recte Sigon. notavit.

[m] *Jam in sinum Maliacum venerat*] In scriptis legitur, *jam in sinu Maliaco venerat.* Sigon. corrigit *in finem Maliacum venerat;* ut satisfieret miranti Glareano, quod ante in Maliacum sinum quam Hypatam consul venisset: nam recta venienti ex Epiro prior haud dubie occurrebat Hypata, quam Maliacus sinus. Sed nec ne-

urbem juberent, postquam responsum est, nihil, nisi ex communi Ætolorum decreto, facturos; ne teneret se oppugnatio Hypatæ, nondum Amphissa recepta, præmisso fratre Africano, Amphissam ducit. Sub adventum eorum oppidani, relicta urbe, (jam enim magna ex parte nudata mœnibus erat,) in arcem, quam inexpugnabilem habent, omnes armati atque inermes concessere. Consul sex millia ferme passuum inde posuit castra. Eo legati Athenienses primum ad P. Scipionem, prægressum agmen, (sicut ante dictum est,) deinde ad consulem venerunt, deprecantes pro Ætolis. Clementius responsum ab Africano tulerunt; qui, causam relinquendi honeste Ætolici belli quærens, Asiam et regem Antiochum spectabat, jusseratque Athenienses, non Romanis solum, ut pacem bello præferrent, sed etiam Ætolis persuadere. Celeriter, auctoribus Atheniensibus, frequens ab Hypata legatio Ætolorum venit; et spem pacis eis sermo etiam Africani, quem priorem adierunt, auxit, commemorantis, 'multas gentes populosque in Hispania prius, deinde in Africa, in fidem suam venisse. In omnibus se majora clementiæ benignitatisque, quam virtutis bellicæ, monumenta reliquisse.' Perfecta videbatur res, cum aditus consul idem illud responsum retulit,[4] quo fugati[n] ab senatu fuerant. Eo tanquam novo cum icti Ætoli essent, (nihil enim nec legatione Atheniensium, nec placido Africani responso profectum[5] videbant,) referre ad suos dixerunt velle.

7. Reditum inde Hypatam est, nec consilium expedie-

Delph. inf.—3 Vid. Not. Delph. inf.—4 *Reddidit* conj. Jac. Gron.—5 'Magis placet *perfectum*, quod est in plurimis codd. apud Drakenb. Id enim (ut nihil de rariore usu τοῦ *profectus* dicam) præcedentibus verbis, *Perfecta videbatur res*, melius respondet.' *Doering*.

NOTÆ

cesse est belli ducem in expeditionibus suis itinerum ordinem sequi; causamque habere potuit consul Scipio Heracleam, Thaumacos, Lamiam, erepta nuper Ætolis circa sinum Maliacum oppida, prius adeundi, quam Hypatam, quæ adhuc in hostium erat potestate: nec vero eam nunc oppugnandam censuit, sed longe inde Amphissam profectus est.

[n] *Quo fugati*] Sup. cap. 1.

batur. Nam neque, unde mille talentum daretur, erat; et, permisso libero arbitrio, ne in corpora sua sæviretur, metuebant. Redire itaque eosdem legatos ad consulem et Africanum jusserunt, et petere, ut, si dare vere pacem, non tantum ostendere, frustrantes spem miserorum, vellent, aut ex summa pecuniæ demerent, aut permissionem extra civium corpora fieri juberent. Nihil impetratum, ut mutaret consul; et ea quoque irrita legatio dimissa est. Secuti et Athenienses sunt; et princeps legationis eorum Echedemus fatigatos tot repulsis Ætolos, et complorantes inutili lamentatione fortunam gentis, ad spem revocavit, auctor inducias sex mensium petendi, ut legatos Romam mittere possent. 'Dilationem nihil ad præsentia mala, quippe[6] quæ ultima essent, adjecturam. Levari per multos casus, tempore interposito, præsentes clades posse.' Auctore Echedemo iidem missi, prius P. Scipione convento, per eum inducias temporis ejus, quod petebant, a consule impetraverunt; et, soluta obsidione Amphissæ, M'. Acilius, tradito consuli exercitu, provincia decessit, et consul ab Amphissa Thessaliam repetit, ut per Macedoniam Thraciamque duceret in Asiam. Tum Africanus fratri, 'Iter, quod insistis, L. Scipio, ego quoque approbo; sed totum id vertitur in voluntate Philippi. Qui, si imperio nostro fidus est, et iter et commeatus et omnia, quæ in longo itinere exercitus alunt juvantque, nobis suppeditabit. Si is destituat,[7] nihil per Thraciam satis tutum habebis. Itaque prius regis animum explorari placet. Optime explorabitur, si nihil ex præparato agentem opprimet, qui mittetur.'[o] Ti. Sempronius Gracchus, longe tum acerrimus juvenum ad id delectus, per dispositos equos prope incredibili celeritate ab Amphissa (inde enim est dimissus) die tertio Pellam pervenit. In convivio rex erat, et in multum vini proces-

6 Τῷ *quippe* carent edd. ante Gron.—7 Leg. fortasse *destituit* putat Duk.

NOTÆ

[o] *Opprimet, qui mittetur*] Gallice, *pourvu si celui qu'on envoyera le prend à l'im-*

serat: ea ipsa remissio animi suspicionem demsit, novare eum quicquam velle. Et tum quidem comiter acceptus hospes. Postero die commeatus exercitui paratos benigne, pontes in fluminibus factos, vias, ubi transitus[8] difficiles erant, munitas vidit. Hæc referens eadem, qua ierat, celeritate Thaumacis occurrit consuli. Inde certiore et majore spe lætus exercitus ad præparata omnia in Macedoniam pervenit. Venientes regio apparatu et[9] accepit, et prosecutus est rex. Multa in eo et dexteritas, et humanitas visa, quæ commendabilia apud Africanum erant; virum, sicut ad[10] cetera egregium, ita a comitate, quæ sine luxuria esset, non aversum. Inde non per Macedoniam modo, sed etiam Thraciam, prosequente et præparante omnia Philippo, ad Hellespontum perventum est.

8. Antiochus post navalem ad Corycum pugnam, cum totam hyemem liberam in apparatus terrestres maritimosque habuisset, classi maxime reparandæ, ne tota maris possessione pelleretur, intentus fuerat. Succurrebat, 'Superatum se, cum classis abfuisset Rhodiorum. Quod si ea quoque (nec commissuros[p] Rhodios, ut iterum morarentur) certamini adesset, magno sibi navium numero opus fore, ut viribus et magnitudine classem hostium æquaret.' Itaque et Hannibalem in Syriam miserat ad Phœnicum arcessendas naves, et Polyxenidam, quo minus prospere gesta res erat, eo enisius et eas, quæ erant, reficere, et alias parare naves jussit. Ipse in Phrygia hybernavit,[q] undique

—8 *Transitu* Gron. Doujat. Crev.—9 *Et* del. eæd.—10 'J. F. Gron. τὸ *ad*

NOTÆ

[p] *Nec commissuros*] Supple providebat, vel reputabat.

[q] *In Phrygia hybernavit*] Duplex in Asia Minori Phrygia fuit: major, quæ postea Pacatiana, sive Salutaris, in mediterraneis, a Bithynia in Lyciam et Pamphyliam protensa; nunc *Germian* dicta, Castaldo teste; partim etiam *Chiutaje:* ejus caput Laodicea: altera minor ad Hellespontum, quæ et Troas, et Epictetos, quasi adjectitiam dicas: postea Hellesponti provinciæ pars: nunc *Sarcan*, vel *Sacrum*, eidem Castaldo. Antiochus in priori hyemem transegit.

auxilia arcessens: etiam in Gallogræciam[r] miserat. Bellicosiores ea tempestate erant, Gallicos adhuc, nondum exoleta stirpe gentis, servantes animos. Filium Seleucum in Æolide reliquerat cum exercitu ad maritimas continendas urbes; quas illinc a Pergamo Eumenes, hinc a Phocæa Erythrisque Romani solicitabant. Classis Romana, sicut ante dictum est, ad Canas hybernabat. Eo media ferme hyeme rex Eumenes cum duobus millibus peditum, equitibus centum, venit. Is, cum magnam prædam agi posse dixisset ex hostium agro, qui circa Thyatira[s] esset, hortando perpulit Livium, ut quinque millia militum secum mitteret. Missi ingentem prædam intra paucos dies averterunt.

9. Inter hæc Phocææ seditio orta, quibusdam ad Antiochum multitudinis animos avocantibus. Gravia hyberna navium erant; grave tributum, quod togæ quingentæ imperatæ erant cum quingentis tunicis; gravis etiam inopia frumenti, propter quam naves quoque et præsidium Romanum excessit. Tum vero liberata metu factio erat, quæ plebem in concionibus ad Antiochum trahebat. Senatus et optimates in Romana societate perstandum censebant: defectionis auctores plus apud multitudinem valuerunt. Rhodii, quo magis cessatum priore æstate erat, eo maturius æquinoctio verno eundem Pausistratum classis præfectum cum sex et triginta navibus miserunt. Jam Livius a Canis cum triginta navibus et septem quadriremibus, quas secum

NOTÆ

[r] *In Gallogræciam*] Galatia Minoris Asiæ provincia, decerpta fere fuerat ex veteri Phrygia, Tectosagum aliorumque Gallorum in Asiam transitu, post vastatam victricibus armis Græciam: dividebatur in populos tres, Tectosages, Tolistobogios, (quorum nomen a Tolosa urbe detortum suspicor, etsi veteres quidam scriptores a ducis nomine derivent,) et Trocmos. Incolæ Gallogræci dicti sunt, quod Galli essent Græcis Asiaticis mixti: quemadmodum in Hispania Celtiberi dicti, quod Celtæ essent Iberis permixti, sive Hispanis. Totam hanc veterum Gallorum expeditionem ex Strabone, Pausania, Justino accurate descripsit Ægidius Lacarrius e societate Jesu, vir pietate et eruditione omnibus, mihi familiaris etiam amicitiæ memoria commendabilis. Galatia Turcis dominantibus, hodie partim *Kiengar*, partim *Gelas* vocatur.

[s] *Circa Thyatira*] Lydiæ urbs est Thyatira non procul Magnesia ad Sipylum, inter Hermum et Hillum amnes.

Eumenes rex adduxerat, Hellespontum petebat, ut ad transitum exercitus, quem terra venturum[t] opinabatur, præpararet, quæ opus essent. In portum, quem vocant Achæorum,[u] classem primum advertit. Inde Ilium ascendit,[11] sacrificioque Minervæ facto, legationes finitimas ab Elæunte[x] et Dardano[y] et Rhœteo,[z] tradentes in fidem civitates suas, benigne audivit. Inde ad Hellesponti fauces navigat, et, decem navibus in statione contra Abydum relictis, cetera classe in Europam ad Sestum[12][a] oppugnandam trajecit. Jam subeuntibus armatis muros fanatici Galli[b] primum cum solenni habitu ante portam occurrunt. Jussu se matris Deum famulos Deæ venire memorant, ad precandum Romanum, ut parceret mœnibus urbique. Nemo eorum violatus est: mox universus senatus cum magistra-

præter necessitatem delendum putat.' *Doering.*—11 *Escendit* Kreyssig. Mox *Ab Eleunte* edd. ante Sigon.—12 *Seston* Gron. Doujat. Crev. Mox *oppugnandum* edd. ante Gron.

NOTÆ

[t] *Terra venturum*] Per Macedoniam nempe et Thraciam ad extrema Europæ et oram Hellesponti: inde in Mysiam minorem et majorem transiturum; ita ut navibus trajiciendus tantum esset Hellespontus exiguo freto.

[u] *Quem vocant Achæorum*] In Troade ad Sigeum promontorium fuit hic portus, cui nomen a Græcorum Trojam petentium classe eo loco appulsa vel ibi stationem habente.

[x] *Ab Elæunte*] Urbs fuit in extrema versus austrum Chersonneso Thracica ad fauces Hellesponti, cui ad boream Sestos, ad eurum vero Sigeum, intermedio freto: hodie *Critea.*

[y] *Et Dardano*] Phrygiæ minoris urbs maritima a Dardano conditore nomen accepit, qui, ducta Teucri filia, auctor fuit familiæ regum Trojanorum: fuit inter Abydum et Sigeum ad oram Hellesponti Asiaticam: unde Dardania dicta, quæ post Troas: nunc locus *Dardanello.*

[z] *Et Rhœteo*] Oppidum fuit et promontorium Troadis, haud procul Sigeo, nunc Turcis *Pefkiam*, Leunclavio teste.

[a] *Ad Sestum* [*Seston*] Herus, seu Heronis, patria Sestos in Europa, ejus cum Leandro Abydeno infaustis amoribus nota; in Thracia e regione Abydi, ubi vix milliaris unius spatio patent Hellesponti angustiæ. Ibi duæ arces oppositæ nostris communi nomine vocantur *les Dardanelles.* At Sestos in Europa, et Abydos in Asia, propriam adhuc appellationem retinent.

[b] *Fanatici Galli*] Cybeles Pessinuntiæ sacerdotes, seu harioli evirati, Galli dicebantur a Gallo Phrygiæ magnæ flumine in Sangarium defluente: aut quod e Galatarum gente. Hi autem per varias regiones oberrare soliti, religionis nomine lucrum captabant, non secus ac Isidis Ægyptiacæ sacerdotes.

tibus ad dedendam urbem processit. Inde Abydum[c] trajecta classis: ubi cum, tentatis per colloquia animis, nihil pacati responderetur, ad oppugnationem sese expediebant.

10. Dum hæc in Hellesponto geruntur, Polyxenidas regius præfectus, (erat autem exul Rhodius,) cum audisset, profectam ab domo popularium suorum classem, et Pausistratum præfectum superbe quædam et contemtim in se concionantem[14] dixisse, præcipuo certamine animi[d] adversus eum sumto, nihil aliud dies noctesque agitabat animo, quam ut verba magnifica ejus rebus confutaret. Mittit ad eum hominem et illi notum, qui diceret, 'et se Pausistrato patriæque suæ magno usui, si liceat,[15] fore;[e] et a Pausistrato se restitui in patriam posse.' Cum, quonam modo ea fieri possent, mirabundus Pausistratus percunctaretur, fidem petenti dedit agendæ communiter rei, aut silentio tegendæ. Tum internuntius,[16] 'regiam classem aut totam, aut majorem ejus partem, Polyxenidam traditurum ei. Pretium tanti meriti nullum aliud pacisci, quam reditum in patriam.' Magnitudo rei, nec ut crederet, nec ut aspernaretur dicta, effecit. Panormum Samiæ terræ[f] petit, ibique



14 *Concionatum* Gron. Doujat. Crev. Mox '*unum* pro *animi* conj. Gron. offensus forte repetitione voc. *animi*.' Rupert.—15 *Si libeat* conj. Tan. Faber. —16 *Aperit* addidit Mog. In primis editis est *internuntius reg. clas. ait to-*

NOTÆ

[c] *Inde Abydum*] De Abydo jam diximus. Capta hæc urbs fuerat a Philippo Macedoniæ rege, civibus ex desperatione ad se cum pretiosis quibusque rebus suis igne consumendos adactis, lib. XXXI. c. 17. et sequentibus.

[d] *Certamine animi*] Quamvis sic legatur in scriptis et editis, Gronovio non placet τὸ *animi*, legique vellet *præcipuo certamine unum adversus eum sumto, nihil aliud dies noctesque agitabat animo.* Non video tamen cur ut 'certamen belli' a Cicerone, et 'contentio animorum;' ita 'certamen animi' a Livio dici non potuerit. Neque obest iteratio nominis ejusdem paulo post, cum dicitur 'agitabat animo:' hujusmodi quippe minutias Nostro parum curæ esse sæpius notavimus.

[e] *Si liceat, fore*] Mallet Tan. Faber *si libeat*, ad rem satis apposite.

[f] *Panormum Samiæ terræ*] Plures sunt hujus nominis portus. Hic agitur de eo, qui est in Samo insula; hodie *Macri*, ut vult Nardus.

ad explorandam rem, quæ oblata erat, substitit.[17] Ultro citroque nuntii cursare, nec fides ante Pausistrato facta est, quam coram nuntio ejus Polyxenidas sua manu scripsit, 'se ea, quæ pollicitus esset, facturum,' signoque suo impressas tabellas misit. Eo vero pignere velut auctoratum sibi proditorem ratus est. Neque enim eum, qui sub rege viveret, commissurum fuisse, ut adversus semet ipsum indicia manu sua testata daret. Inde ratio simulatæ proditionis composita. 'Omnium[18] se rerum apparatum omissurum,' Polyxenidas dicere; 'non remigem, non socios navales ad classem frequentes habiturum: subducturum per simulationem reficiendi quasdam naves, alias in propinquos portus dimissurum: paucas ante portum Ephesi in salo habiturum; quas, si exire res cogeret, objecturus certamini foret.'[19] Quam negligentiam Polyxenidam in classe sua habiturum Pausistratus audivit, eam ipse extemplo habuit. Partem navium ad commeatus arcessendos Halicarnassum, partem Samum ad urbem misit,[f] ut paratus esset, cum[20] signum aggrediendi a proditore accepisset. Polyxenidas augere simulando errorem: subducit quasdam naves, alias velut subducturus esset, navalia reficit: remiges ex hybernis non Ephesum arcessit, sed Magnesiam occulte cogit.

11. Forte quidam Antiochi miles, cum Samum rei privatæ causa venisset, pro speculatore deprehensus[1] deducitur Panormum ad præfectum. Is percunctanti, quid Ephesi ageretur, incertum metu, an erga suos haud sincera fide, omnia aperit: classem instructam paratamque in portu

[f] *Navium partem misit in insulam Samum, atque ad ipsam urbem Samum insulæ caput.*



tam.—17 *Subsistit* Gron. Donjat. Crev.—18 *Omnem* Gron. Donjat. Crev.—19 'Mutatio orationis: nisi leg. *objecturum c. fore.*' Rupert.—20 'Non cohæret oratio, ut bene vidit Crev. Nam quod Pausistratus navium partem Halicarnassum et aliam partem Samum misit, id profecto non fecit, *ut paratus esset, cum cett.* sed ut eandem, quam Polyxenidas, negligentiam ostenderet. Assentior igitur Crev. qui ante *ut* verba quædam (a quibus τὸ *ut* pendeat) in hunc fere sensum, *Ipse Panormi substitit, ut paratus esset*, excidisse suspicatur.' *Doering.*

stare: remigium omne Magnesiam ad Sipylum[2] [g] missum: perpaucas naves subductas esse, et navalia tegi:[3] nunquam intentius rem navalem administratam esse. Hæc ne pro veris audirentur, animus errore et spe vana præoccupatus fecit. Polyxenidas, satis omnibus comparatis, nocte remige a Magnesia arcessito, deductisque raptim, quæ subductæ erant, navibus, cum diem non tam in apparatu absumsisset, quam quod conspici proficiscentem classem nolebat; post solis occasum profectus septuaginta navibus tectis, vento adverso, ante lucem Pygela portum [h] tenuit. Ubi cum interdiu ob eandem causam[4] [i] quiesset, nocte in proxima Samiæ terræ trajecit. Hinc Nicandro quodam archipirata quinque[5] navibus tectis Palinurum [k] jusso petere, atque inde armatos, qua proximum per agros iter esset, Panormum ad tergum hostium ducere; ipse interim, classe divisa, ut ex utraque parte fauces portus teneret, Panormum petit. Pausistratus primo, ut in re necopinata, turbatus parumper, deinde vetus miles, celeriter collecto animo, terra melius arceri, quam mari, hostes posse ratus, armatos duobus agminibus ad promontoria, quæ cornibus objectis ab alto portum faciunt, ducit: inde facile telis

1 *Comprehensus* Gron. Doujat. Crev.—2 ‘Verba *ad Sipylum* pro glossemate habenda esse, non male monuit Crev. *Magnesiam ac Sipylum* conj. Doujat. *Magnesiam missum, ad Sipylum perpaucas naves subductas esse* recepit Ald. ex cod. Mog.’ *Rupert.*—3 ‘Quid sit navalia tegere, nullus adhuc docuit. Itaque Drakenborchio, qui ad ea, quæ capite superiore dicuntur, ‘subducit quasdam naves, alias velut subducturus esset, navalia reficit,’ pro vitiosa lectione *tegi* fortasse *refici* legendum esse suspicatur, eo lubentius primum astipulabar, quod idem mihimet ipsi sponte in mentem venerat.’ *Doering.*—4 Quædam post Ald. edd. *quievisset.*—5 Ver-

NOTÆ

[g] *Magnesiam ad Sipylum*] Hæc urbs a mari adeo dissita, parum apta videtur ad congregandos remiges: Magnesia ad Mæandrum minus distat a mari, et ex ea non difficile per flumen devehi poterant; sed Sipylum oppidum non longe a Smyrna, maritima civitate, memorant Strabo et Plinius: procul tamen ab Epheso, si maritimum iter inspicias. Vide an legendum *Magnesiam ac Sipylum;* ut intelligatur Magnesia ad Mæandrum mari propior: et Sipylus non mons, sed oppidum fere maritimum.

[h] *Pygela portum*] Epheso ad boream: unde in Græciam solvere soliti: hodie *Figena.*

[i] *Ob eandem causam*] Ne conspiceretur; ut sic Rhodiam classem improvisus adoriri posset.

[k] *Palinurum*] Apparet locum fuisse maritimum in Samo insula.

ancipitibus[6] hostem summoturus. Id inceptum ejus Nicander a terra visus[7] cum turbasset, repente mutato consilio, naves conscendere omnes jubet. Tum vero ingens pariter militum nautarumque trepidatio orta, et velut[8] fuga in naves fieri, cum se mari terraque simul cernerent circumventos. Pausistratus, unam viam salutis esse ratus, si vim facere[9] per fauces portus, atque erumpere in mare apertum posset, postquam conscendisse suos vidit, sequi ceteris jussis, ipse princeps concitata nave remis ad ostium portus tendit. Superantem jam fauces navem ejus Polyxenidas tribus quinqueremibus circumsistit. Navis rostris icta supprimitur: telis obruuntur propugnatores: inter quos et Pausistratus impigre pugnans interficitur. Navium reliquarum ante portum aliæ, aliæ in portu deprehensæ, quædam a Nicandro, dum moliuntur a terra,[g] captæ. Quinque tantum Rhodiæ naves[10] [1] cum duabus Cois effugerunt, terrore flammæ micantis via sibi inter confertas naves facta. Contis enim binis a prora prominentibus trullis ferreis multum conceptum ignem præ se portabant. Erythrææ triremes, cum haud procul a Samo Rhodiis navibus, quibus ut essent præsidio, veniebant, obviæ fugientibus fuissent, in Hellespontum ad Romanos[m] cursum averterunt. Sub idem tempus Seleucus[n] proditam Phocæam, porta una per custodes aperta, recepit; et Cyme[11] [o] aliæque ejusdem oræ urbes ad eum metu defecerunt.

12. Dum hæc in Æolide geruntur, Abydus cum per ali-

g *Dum conarentur a terra discedere, ac littus relinquere.*

bo *quinque* præponunt *cum* Gron. Doujat. Crev.—6 *Facile ex ancipitibus* omnes Mss. præter Mog. et edd. ante Ascens. a. 1513. non improb. Drak.—7 *Missus* Gron.—8 *Veluti* Gron. Doujat. Crev.—9 'Male edd. vett. *viam facere.*' Doering.—10 Vid. Not. Delph. inf.—11 *Cymæ* edd. ante Sigon.

NOTÆ

1 *Quinque tantum Rhodiæ naves*] Appianus *septem* scripsit: nec tamen Livio adversatur, qui cum quinque Rhodiis Coas duas elapsas esse scribit.

m *Ad Romanos*] Ad classem Livii.

n *Seleucus*] Antiochi filius.

o *Et Cyme*] Alias *Cyma*, urbs Æolidis maritima, inter Myrinam et Phocæam: nunc *Castri* Sophiano auctore: hinc Cumæ in Italia ortum et nomen traxerunt.

quot dies obsidionem tolerasset, præsidio regio[p] tutante mœnia, jam omnibus fessis, Philota quoque præfecto præsidii permittente, magistratus eorum cum Livio de conditionibus tradendæ urbis agebant. Rem distinebat, quod, utrum armati, an inermes, emitterentur regii, parum conveniebat. Hæc agentibus cum intervenisset nuntius Rhodiorum cladis, emissa de manibus res est. Metuens enim Livius, ne successu tantæ rei elatus[12] Polyxenidas classem, quæ ad Canas erat, opprimeret, Abydi obsidione custodiaque Hellesponti extemplo relicta, naves, quæ subductæ Canis erant, deduxit. Et Eumenes Elæam venit. Livius omni classe, cui adjunxerat triremes duas Mitylenæas,[q] Phocæam petit. Quam cum teneri valido regio præsidio audisset, nec procul Seleuci castra esse; depopulatus maritimam oram, et præda maxime hominum raptim in naves imposita, tantum moratus, dum Eumenes cum classe assequeretur, Samum petere intendit. Rhodiis primo audita clades simul pavorem, simul luctum ingentem fecit. Nam, præter navium militumque jacturam, quod floris, quod roboris in juventute fuerat, amiserant, multis nobilibus secutis inter cetera auctoritatem Pausistrati, quæ inter suos merito maxima erat. Deinde, quod fraude capti, quod a cive potissimum suo[r] forent, in iram luctus vertit. Decem extemplo naves, et diebus post paucis decem alias, præfecto omnium Eudamo, miserunt;[s] quem, aliis virtutibus bellicis haudquaquam Pausistrato parem, cautiorem, quo minus animi erat, ducem futurum credebant. Romani

12 ‘ *Elatus* ed. Ald. et seqq. ex cod. Mog. *inflatus* reliqui Mss. et primæ

NOTÆ

[p] *Præsidio regio*] Antiochi, qui hanc ad Hellespontum urbem, a Philippo composita cum Romanis pace derelictam, occupaverat. Vide lib. XXXIII. cap. 38.

[q] *Triremes duas Mitylenæas*] Caput Lesbi insulæ, in Ægæo mari, fuit Mitylene, ad orientalem oram, e regione Ioniæ: nunc insula cum urbe communi nomine vocatur *Metelin*.

[r] *A cive potissimum suo*] Polyxenida, qui et ipse Rhodius Antiocho militabat.

[s] *Præfecto omnium Eudamo, miserunt*] Classem nempe suam ad Livium Rhodii miserunt, data Eudamo omnium navium suarum præfectura.

et Eumenes rex in Erythræam[t] primum classem applicuerunt.[13] Ibi noctem unam morati, postero die Corycum Teiorum promontorium[u] tenuerunt. Inde cum in proxima Samiæ vellent trajicere, non expectato solis ortu, ex quo statum cœli notare gubernatores possent, in incertam tempestatem miserunt. Medio in cursu, aquilone in septemtrionem verso,[y] exasperato fluctibus mari jactari cœperunt.

13. Polyxenidas, Samum petituros ratus hostes, ut se Rhodiæ classi conjungerent, ab Epheso profectus, primo ad Myonnesum stetit;[z] inde ad Macrin (quam vocant) insulam trajecit,[a] ut, prætervehentis classis si quas aber-

edd.' *Rupert.* *Inflatus* Gron. Doujat. Crev.—13 *Applicaverunt* eæd.

NOTÆ

[t] *In Erythræam*] Erythræam pro Erythra vel Erythris dixit, quæ urbs fuit Ionicæ Chersonesi maritima, e regione insulæ Chii: hodie *Colire Nigro*: hinc Sibyllæ Erythrææ nomen.

[u] *Corycum Teiorum promontorium*] Patet diversum fuisse a Coryco Ciliciæ. Fuit oppidum et promontorium hujusce nominis ad sinum Ionium, Teo urbi ad occasum.

Teiorum] In territorio Ionicæ urbis maritimæ Tei, quæ et Teios: nunc, Theveto ac Moletio testibus, *Susor.*

[y] *Aquilone in septemtrionem verso*] Septemtrionales sunt stellæ arcticæ, ita inter se dispositæ, ut ternæ quæque trigonon seu triquetram figuram efficiant, et plaustrum exhibeant: sed cum de ventis agitur, septemtrionum nomine generaliter intelliguntur venti tres ab ea cœli parte flantes, in quibus aquilo quoque: sed hic septemtrio proprie dicitur qui recta ab arcto flat, nautis in oceano navigantibus *nord*, in Mediterraneo *tramontana*, et Græcis dicitur ἀπαρκτίας, medius inter aquilonem, qui paulum versus ortum solstitialem declinat, diciturque nautis vulgo *nord-nordest* et Thrasciam qui paulo occidentalior, et vulgo *nord-nordouest.*

[z] *Ad Myonnesum stetit*] Ioniæ fuit oppidum in Asia Minori, inter Teum et Lebedum, ad sinum Ionium. Thucydides Teiorum insulam facit; et in insula, aut certe peninsula fuisse hoc oppidum, indicio est vel ipsum nomen. Est enim Græce *Myonnesus* murium insula.

[a] *Ad Macrin ... insulam trajecit*] Macris plurium Ægæi maris insularum nomen fuit. Nam et Eubœa hoc nomen alias sortita est a longitudine; et Chios, Plinio teste, apud quem minores eo nomine insulæ duæ memorantur lib. v. cap. 3. ambæ ad diversam Lyciæ oram: sed hæ longius ab Samo insula, cui vicinas fuisse et hanc Macrin et Æthaliam tota Livii narratio docet. Et forte hæc Macris eadem cum Icaria, quæ Samo ad occasum: siquidem ex Eustathio in Dionysium Periegeten discimus Cycladum unam, Icarum nempe, a qua Icarium mare quidam deducunt, Macrin fuisse appellatam; ut et Chion Æthaliæ nomine olim dictam testatur Ephorus apud Plin. Verum hæc prisca harum insularum nomina.

rantes ex agmine naves posset, aut postremum agmen opportune adoriretur. Postquam sparsam tempestate classem vidit, occasionem primo aggrediendi ratus, paulo post increbrescente vento et majores jam volvente fluctus, quia pervenire se ad eos videbat non posse, ad Æthaliam insulam trajecit, ut inde postero die Samum ex alto petentes naves aggrederetur. Romani, pars exigua, primis tenebris portum Samiæ[14] desertum[b] tenuerunt: classis cetera, noctem totam in alto jactata, in eundem portum decurrit. Ibi ex agrestibus cognito, hostium naves ad Æthaliam stare, consilium habitum, utrum extemplo decernerent,[15] an Rhodiam expectarent classem. Dilata re, (ita enim placuit,) Corycum, unde venerant, trajecerunt. Polyxenidas quoque, cum frustra stetisset, Ephesum rediit. Tum Romanæ naves vacuo ab hostibus mari Samum trajecerunt. Eodem et Rhodia classis post dies paucos venit. Quam ut expectatam esse appareret, profecti extemplo sunt Ephesum, ut aut decernerent navali certamine, aut, si detrectaret hostis pugnam, (quod plurimum intererat ad animos civitatium,) timoris confessionem exprimerent. Contra fauces portus instructa in frontem navium acie stetere. Postquam nemo adversus ibat, classe divisa, pars in salo ad ostium portus in ancoris stetit; pars in terram milites exposuit. In eos, jam ingentem prædam late depopulato agro agentes, Andronicus Macedo, qui in præsidio Ephesi erat, jam[16] mœnibus appropinquantes eruptionem fecit, exutosque magna parte prædæ ad mare ac naves redegit. Postero die, insidiis medio ferme viæ positis, ad eliciendum extra mœnia Macedonem, Romani ad urbem agmine iere: inde, cum ea ipsa suspicio, ne quis exiret, deterruisset, redierunt

14 '*Samiæ;* sc. terræ; nisi leg. *Sami.*' Rupert.—15 Barberinæ membranæ *cernerent.*—16 'Particula *jam,* quæ ex cod. Mogunt. recepta est, apte τῷ *appropinquantes* respondet; sed eandem ab initio hujus periodi ante *ingentem*

NOTÆ

b *Portum Samiæ desertum*] Intellige terræ; ut c. 10. supra, 'Panormum Samiæ terræ,' et cap. 11. 'in proxima Samiæ terræ,' id est, insulæ Sami.

ad naves; et, terra marique fugientibus certamen hostibus, Samum, unde venerat, classis repetit. Inde duas sociorum ex Italia, duas Rhodias triremes cum præfecto Epicrate Rhodiorum[17] [c] ad fretum Cephalleniæ[d] tuendum prætor misit. Infestum id latrocinio Lacedæmonius Hybristas cum juventute Cephallenum faciebat; clausumque jam mare[18] commeatibus Italicis erat.

14. Piræei L. Æmilio Regillo, succedenti ad navale imperium, Epicrates occurrit. Qui, audita clade Rhodiorum, cum ipse duas tantum quinqueremes haberet, Epicratem cum quatuor navibus in Asiam secum reduxit. Prosecutæ etiam apertæ Atheniensium naves sunt. Ægæo mari trajecit.[19] Eodem Timasicrates Rhodius cum duabus quadriremibus ab Samo nocte intempesta venit; deductusque ad Æmilium, præsidii causa se missum, ait, quod eam oram maris infestam onerariis regiæ naves[h] excursionibus crebris ab Hellesponto atque Abydo facerent. Trajicienti Æmilio a Chio Samum duæ Rhodiæ quadriremes missæ obviam ab Livio et rex Eumenes cum duabus quinqueremibus occurrit. Samum postquam ventum est, accepta a Livio[20] classe, et sacrificio, ut assolet, rite facto, Æmilius consilium[1] advocavit. Ibi C. Livius, (is enim est primus rogatus sententiam,) ‘Neminem fidelius dare posse consilium,’ dixit, ‘quam eum, qui id alteri suaderet,

[h] *Naves Antiochi.*

positam, nemo facile, ut recte censet Crev. desideret.’ *Doering.*—17 Jac. Periz. pro *Rhodiorum* legendum esse *Rhodio*, conjecit; præcipue cum Epicrates infra quoque cap. 15. Rhodius appelletur. *Rhodio* Kreyssig.—18 *Id mare* vet. lib. apud Sigon.

19 Dok. et Crev. vix dubitari posse putant quin ante vel post *trajecit*, nomen excidit loci, nempe *Chium.*—20 Habet Kreyssig. quod vet. lib. apud Sigon. *ab Livio.*—1 *Concilium* Gron. Doujat.

NOTÆ

[c] *Cum præfecto Epicrate Rhodiorum*] Cave accipias Rhodiæ classis hunc præfectum fuisse: jam enim vidimus capite proximo præpositum ei classi fuisse Eudamum: sed hic Epicrates præfectus erat Rhodiorum, qui in duabus triremibus Cephalleniam versus missis: cui et Italicæ totidem sociorum parere jussæ.

[d] *Ad fretum Cephalleniæ*] Angustum, opinor, mare intelligit, quo Cephallenia dirimitur a Zacyntho.

quod ipse, si in eodem loco esset, facturus fuerit. Se in animo habuisse, tota classe Ephesum petere, et onerarias ducere multa saburra gravatas, atque eas in faucibus portus supprimere; et eo minoris molimenti ea claustra esse, quod, in fluminis modum, longum et angustum et vadosum ostium portus sit. Ita ademturum se maris usum hostibus fuisse, inutilemque classem facturum.'

15. Nulli ea placere sententia. Eumenes rex quæsivit, 'Quid tandem? ubi demersis navibus frænassent claustra maris, utrum libera sua classe abscessuri inde forent ad opem ferendam sociis, terroremque hostibus præbendum? an nihilo minus tota classe portum obsessuri? Sive enim [2] abscedant, cui dubium esse, quin hostes extracturi demersas moles sint, et minore molimento aperturi portum, quam obstruatur? Sin autem manendum ibi nihilo minus sit, quid attinere, claudi portum? Quin contra, illos, tutissimo portu, opulentissima urbe fruentes, omnia Asia præbente, quieta æstiva acturos: Romanos, aperto in mari fluctibus tempestatibusque objectos, omnium inopes, in assidua statione futuros; ipsos magis alligatos impeditosque, ne quid eorum, quæ agenda sint, possint agere, quam ut hostes clausos habeant.' Eudamus, præfectus Rhodiæ classis, magis eam sibi displicere sententiam ostendit, quam ipse, quid censeret faciendum, dixit. Epicrates Rhodius, 'omissa in præsentia Epheso, mittendam navium partem in Lyciam,' censuit, 'et Patara, caput gentis, in societatem adjungenda. In duas res magnas id usui fore: et Rhodios, pacatis contra insulam suam terris, totis viribus incumbere in unius belli, quod adversus Antiochum sit, curam posse; et eam classem, quæ in Lycia compararetur, intercludi, ne Polyxenidæ conjungatur.' Hæc maxime movit sententia. Placuit tamen, Regillum tota classe evehi ad portum Ephesi, ad inferendum hostibus terrorem.

16. C. Livius cum duabus quinqueremibus Romanis, et quatuor quadriremibus Rhodiis et duabus apertis Smyr-

2 'Vet. lib. *si enim;* probo: nam sequitur *sin autem.*' Sigon.

næis in Lyciam est missus, Rhodum prius jussus adire, et omnia cum iis[e] communicare consilia. Civitates, quas prætervectus est, Miletus,[f] Myndus, Halicarnassus, Cnidus,[g] Cous,[3][h] imperata enise fecerunt. Rhodum ut est ventum, simul et, ad quam rem missus esset, iis exposuit, et consuluit eos. Approbantibus cunctis, et ad eam, quam habebat, classem assumtis tribus quadriremibus, navigat Patara. Primo secundus ventus ad ipsam urbem ferebat eos, sperabantque, subito terrore aliquid moturos. Postquam, circumagente se vento, fluctibus dubiis volvi cœptum est mare, pervicerunt quidem remis, ut tenerent terram: sed neque circa urbem tuta statio erat, nec ante hostium portus[4] in salo stare poterant, aspero mari, et nocte imminente. Prætervecti mœnia portum Phœnicunta,[5] minus duum millium spatio inde distantem, petiere, navibus ab maritima[6] vi tutum: sed altæ rupes insuper imminebant, quas celeriter oppidani, assumtis regiis militibus, quos in præsidio habebant, ceperunt. Adversus quos Livius, quanquam erant iniqua ac difficilia ad exitus loca, Issæos[k] auxiliares et Smyrnæorum expeditos juvenes mi-

3 *Cous, Cnidus* Kreyssig. Vid. Not. Delph. inf.—4 '*Ante ostium portus* rescribendum esse, ingeniose suspicatur Drak.' *Doering*. *Ostium* habet Kreyssig.—5 '*Phœnicunta* ex cod. Mog. edidit Aldus. In reliquis Mss. et edd. antt. *petitum, Penicum, Pœnicum, Phœnicum, Phœnichum*.' Rupert. Jac. Gron. in Diss. ad Liv. quædam loca Geogr. Epist. legendum esse conjecit *Phellum*, ut testatur Doer.—6 *A maritim.* Gron. Doujat. Crev. Mox *altæ*

NOTÆ

[e] *Cum iis*] Cum Rhodiis.

[f] *Miletus*] Urbs fuit Ioniæ in Cariæ confinio, sex fere passuum millibus ab ostio Mæandri, haud procul mari, inter Jassum et Myuntem: hodie *Melassa*.

[g] *Cnidus*] Cariæ sive Doridis in Asia Minori oppidum, qua peninsula maxime ad occidentem excurrit versus Coum insulam: alii *Gnidum* scribunt: ab ea dictum vicinum promontorium: adhuc nomen servat, vulgo *Gnido*: promontorium autem *Capo Crio*.

[h] *Cous*] Urbis nomen et insulæ in mari Carpathio sitæ, quæ Græcis Cos, ad Cariæ oram, Apellis pictoris patria, rerum omnium ferax, triginta fere milliaribus a Cnido. Paruit alias equitibus Rhodiis, nunc Turcis, a quibus tam insula quam urbs *Stanco* dicitur, aut *Lango*.

[i] *Phœnicunta*] Oppidum Lyciæ maritimum et montem fuisse apparet, haud procul Antiphello e regione Doliches insulæ.

[k] *Issæos*] Ab Isso Ciliciæ orientalis urbe et portu, in confinio Syriæ

sit. Ii, dum missilibus primo et adversus paucos levibus excursionibus lacessebatur magis, quam conserebatur, pugna, sustinuerunt certamen: postquam plures ab urbe affluebant, et jam omnis multitudo effundebatur, timor incessit Livium, ne et auxiliares circumvenirentur, et navibus etiam ab terra periculum esset. Ita non milites solum, sed etiam navales socios, remigum turbam,[7] quibus quisque poterat telis, armatos in prælium eduxit. Tum quoque anceps pugna fuit; neque milites solum aliquot, sed L. Apustius tumultuario prælio cecidit. Postremo tamen fusi fugatique sunt Lycii, atque in urbem compulsi; et Romani cum haud incruenta victoria ad naves redierunt. Inde in Telmissicum[8] profecti sinum,[1] qui latere uno Cariam, altero Luciam contingit, omissa Patara amplius tentandi spe,[9] Rhodii domum dimissi sunt. Livius prætervectus Asiam, in Græciam transmisit, ut, conventis Scipionibus, qui tum circa Thessaliam erant, in Italiam trajiceret.

17. Æmilius, postquam omissas in Lycia res, et Livium profectum in Italiam cognovit, cum ipse ab Epheso, repulsus tempestate, irrito incepto Samum revertisset, turpe ratus, tentata frustra Patara esse, proficisci eo tota classe, et summa vi aggredi urbem statuit. Miletum et ceteram oram sociorum prætervecti, in Bargylietico sinu[10] [m] exscen-

---

insuper imminebant rupes Kreyssig.—7 'Ultimas voces *remigum turbam* pro glossemate habet Crev. nisi forte ante *remigum* inserenda sit particula *et*.' Doering.—8 *Thelmessicum* Gron. *Telmessicum* Doujat. Crev.—9 *Omisso conatu Patara amplius tentandi* Kreyssig.

10 Vid. Not. Delph. inf. *Bargylletico sinu* Crev. et mox vulgo edebatur

NOTÆ

ad montis Amani fauces, potius quam ab Issa Illyriæ insula, dicti hi auxiliares: Issus autem nunc *Lajasso*, celebris hodie quoque portus in Caramania, unde et sinus Issicus, *Golfo di Lajazzo* Italis.

[1] *Telmissicum profecti sinum*] Ab oppido Lyciæ maritimo Telmesso, sive Telmisso, inter Patara ad ortum, et Dædala ad occasum sito, nomen sumsit hic sinus, itemque promontorium quod ibi in mare excurrit.

[m] *Bargylietico sinu*] Præclare sic restitutum ab Gelenio hunc locum ait Gronov. Sigonium secutus; cum ederetur, quemadmodum in veteri-

sionem ad Jassum fecerunt. Urbem regium tenebat præsidium; agrum circa Romani hostiliter depopulati sunt. Missis deinde, qui per colloquia principum et magistratuum tentarent animos, postquam nihil in potestate sua responderunt esse, ad urbem oppugnandam ducit. Erant Jassensium exules cum Romanis: ii frequentes Rhodios orare instituerunt, 'Ne urbem, et vicinam sibi, et cognatam,[n] innoxiam perire sinerent. Sibi exilii nullam aliam causam esse, quam fidem erga Romanos. Eadem vi regiorum, qua ipsi pulsi sint, teneri eos, qui in urbe maneant. Omnium Jassensium unam mentem esse, ut servitutem regiam effugerent.'[11] Rhodii, moti precibus,[o] Eumene etiam rege assumto, simul suas necessitudines commemorando, simul obsessæ regio præsidio urbis casum[12] miserando, pervicerunt, ut oppugnatione absisteretur. Profecti inde, pacatis ceteris, cum oram Asiæ legerent, Loryma[p] (portus adversus Rhodum est) pervenerunt. Ibi in principiis[q] sermo primo inter tribunos militum secretus oritur, deinde ad aures ipsius Æmilii pervenit, abduci classem ab Epheso, ab suo bello,[i] ut ab tergo liber relictus hostis in tot propinquas sociorum urbes omnia impune conari posset. Movere ea Æmilium, vocatosque Rhodios cum percunctatus esset,

[i] *A vera et præcipua belli suscepti sede.*

descensionem.—11 'Vulgatam lectionem *effugere vellent* recte damnavit J. F.

NOTÆ

bus libris est, *in Bargyliam et Icoson*: certe Icosium Mauritaniæ urbs est, non Asiæ Minoris. Cogitabam num leviori mutatione legendum esset *in Bargyliam et Jasson*, quæ duæ sunt vicinæ ac maritimæ urbes, ad eundem sinum. Verum obstat quod statim ad Jassum facta exscensio dicitur: unde quod præcedit ab eo diversum sit oportet.

[n] *Et cognatam*] Orti ab Atheniensibus erant Rhodii, non minus quam Jassenses et reliqui Iones.

[o] *Precibus*] Jassensium exulum.

[p] *Loryma*] Ptolemæo aliisque nota Cariæ, seu Doridis potius urbs, Melæ *Larumna*, est in ora meridionali peninsulæ, in qua et Cnidus, respicitque latus occidentale insulæ Rhodi: hodie *Maxi*, auctore Nigro.

[q] *In principiis*] Principia quid sint in exercitu alibi explicui: nimirum loca, in quibus principes (secundus nempe ordo militum) et cum iis primarii duces.

utrumnam Pataris universa classis in portu stare posset, cum respondissent, non posse; causam nactus omittendæ rei, Samum reduxit [13] naves.

18. Per idem tempus Seleucus, Antiochi filius,[14] cum per omne hybernorum tempus exercitum in Æolide [r] continuisset, partim sociis ferendo opem, partim, quos in societatem pellicere non poterat, depopulandis, transire in fines regni Eumenis, dum is procul ab domo cum Romanis et Rhodiis Lyciæ maritima oppugnaret,[15] statuit. Ad Elæam primo infestis signis accessit; deinde, omissa oppugnatione urbis, agros hostiliter depopulatus, ad caput arcemque regni Pergamum ducit oppugnandum.[16] Attalus [s] primo, stationibus ante urbem positis et excursionibus equitum levisque armaturæ, magis lacessebat, quam sustinebat, hostem: postremo, cum, per levia certamina expertus, nulla parte virium se parem esse, intra mœnia se recepisset, obsideri urbs cœpta est. Eodem ferme tempore et Antiochus, ab Apamea profectus, Sardibus primum, deinde, haud procul Seleuci castris, ad caput Caici amnis [t] stativa habuit cum magno exercitu mixto variis ex gentibus. Plurimum terroris in Gallorum mercede conductis quatuor millibus erat. Hos, paucis admixtis, ad pervastandum passim Pergamenum agrum misit. Quæ postquam Samum sunt nuntiata, primo Eumenes, avocatus domestico bello, cum classe Elæam petit; inde, cum præsto fuissent equites

Gron.' *Doering.*—12 *Causam* Gron. Doujat.—13 *Reducit* Gron. Doujat. Crev. 14 Vox *filius* in quibusd. codd. et edd. antt. deest.—15 ' Pro *dum . . . oppugnaret,* præter rem Drak. tentabat *dum . . . oppugnat,* vel *cum . . . oppugnaret;* nam conjunctivus, ubi oratio obliqua eum postulat, non raro τῷ *dum* jungitur.' *Doering.*—16 Vet. lib. apud Sigon. *oppugnandam,* quod Gron. Dou-

NOTÆ

[r] *In Æolide*] Asiæ Minoris partem ad septemtrionem Ioniæ, Mysiæ ad meridiem sitam Æolidem vocaverunt, sinui Smyrnæo oppositam, in qua Phocæa, Cuma, Myrina: quam regionem Orestis posteri incoluerunt.

[s] *Attalus*] Eumenis frater, eo absente.

[t] *Caici amnis*] Fluvius hic Caicus in extremis Mysiæ finibus prope Phrygiæ magnæ confinia Pergamum alluit, atque in sinum Elaiticum se exonerat e regione Mitylenes, quæ caput Lesbi insulæ: vocatur hodie *Girmasti,* aliis *Chyai.*

peditumque expediti, præsidio eorum tutus, priusquam hostes sentirent, aut moverentur, Pergamum contendit. Ibi rursus levia per excursiones prælia fieri cœpta, Eumene summæ rei discrimen haud dubie detrectante.[k] Paucos post dies Romana Rhodiaque classis, ut regi opem ferrent, Elæam ab Samo venerunt. Quos ubi exposuisse copias Elææ, et tot classes in unum convenisse portum, Antiocho allatum est, et sub idem tempus audivit, consulem cum exercitu jam in Macedonia esse, pararique, quæ ad transitum Hellesponti opus[17] essent; tempus venisse ratus, prius, quam terra marique simul urgeretur, agendi de pace, tumulum quendam adversus Elæam castris cepit. Ibi peditum omnibus copiis relictis, cum equitatu (erant autem [18] sex millia equitum) in campos sub ipsa Elææ mœnia descendit, misso caduceatore ad Æmilium, velle se de pace agere.

19. Æmilius, Eumene a Pergamo accito, adhibitis et Rhodiis, consilium[19] habuit. Rhodii haud aspernari pacem: Eumenes, 'Nec honestum esse,' dicere, 'eo tempore de pace agi; nec exitum rei imponi posse. Qui enim,' inquit, 'aut honeste, inclusi mœnibus et obsessi velut,[20] leges pacis accipiemus? aut cui rata ista pax erit, quam sine consule, non ex auctoritate senatus, non jussu populi Romani pepigerimus?[1] Quæro enim pace per te facta,[u] rediturusne extemplo in Italiam sis, classem exercitumque deducturus? an expectaturus, quid de ea re consuli placeat, quid senatus censeat, aut populus jubeat? Restat ergo, ut maneas in Asia, et rursus in hyberna copiæ reductæ, omisso bello, exhauriant commeatibus præbendis socios; deinde (si ita

[k] *Cum Eumenes recusaret decretoria pugna summam rerum in periculum dare.*

jat.—17 Deerat in edd. ante Sigon. *τὸ opus.*—18 'Sic hunc locum ex corrupta lectione vett. codd. *coëquitaverant autem* egregie restituit Gelenius.' *Doering.* Mox cod. Mog. habet *septem millia.*

19 *Concilium* Gron. Doujat.—20 *Velut* del. eæd.—1 *Senatus, injussu . . . per-*

NOTÆ

[u] *Pace per te facta*] Alloquitur Æmilium Eumenes.

visum sit iis, penes quos potestas fuerit)[x] instauremus novum de integro bellum: quod possumus, si ex hoc impetu rerum nihil prolatando remittitur, ante hyemem, Diis volentibus, perfecisse.' Hæc sententia vicit, responsumque Antiocho est, ante consulis adventum de pace agi non posse. Antiochus, pace nequicquam tentata, evastatis[2] Elæensium primum, deinde Pergamenorum agris, relicto ibi Seleuco filio, Adramytteum[y] hostiliter itinere facto, petit agrum[3] opulentum, quem vocant Thebes campum,[z] carmine Homeri nobilitatum.[4] Neque alio ullo loco Asiæ major regiis militibus parta est præda. Eodem, Adramytteum, ut urbi præsidio essent, navibus circumvecti, Æmilius et Eumenes venerunt.

20. Per eosdem forte dies Elæam ex Achaia mille pedites cum centum equitibus, Diophane omnibus his copiis præposito, accesserunt. Quos egressos navibus obviam missi ab Attalo nocte Pergamum deduxerunt. Veterani omnes et periti belli erant, et ipse dux Philopœmenis, summi tum omnium Græcorum imperatoris, discipulus. Qui biduum simul ad quietem hominum equorumque, et ad visendas hostium stationes, quibus locis temporibusque accederent reciperentque sese, sumserunt. Ad radices fere collis, in quo posita est urbs, regii succedebant. Ita libera ab tergo populatio erat, nullo ab urbe, ne in stationes qui-

egerimus Gron. Doujat. *injussu* pro *non jussu* etiam habet Crev.—2 'Sic recte pro vitiosa Mogunt. et aliorum codd. lectione *evastandis* vel *vastandis*, legendum esse, jam Modius vidit.' *Doering*. *Vastatis* Gron. Doujat. Crev.—3 *Petit: agrum* Gron. Doujat.—4 '*Nobilitatum* pro *nobilitatæ* dictum putabat Jac. Gron. Sed forte leg. *nobilitatæ* e cod. Lov. 1. cum J. F. Gron. et Drak. Mox vocem *Adramytteum* glossam olere monent Duk. et Crev. Omisit eam Sigon.' *Rupert*. Omisit etiam Doer. ut ab inepto librario quodam temere in textum receptam.

NOTÆ

[x] *Iis, penes quos potestas fuerit*] Consuli scilicet L. Scipioni, aut senatui populoque Romano.

[y] *Adramytteum*] Adramytteum urbs fuit Mysiæ, imminens sinui sui nominis, quo dividitur vicinus tractus a Lesbo insula: hodie *Landermiti*, Turcis *Endromi*.

[z] *Thebes campum*] Inter Adramytteum et Antandrum fuit jam tempore belli Trojani oppidum Thebe in Eetionis ditione, eversum ab Achille una cum Lyrnesso: nunc *Attramiti* vocari scribit Lydus.

dem qui procul jacularetur, excurrente. Postquam semel compulsi metu se mœnibus incluserunt, contemtus eorum, et inde negligentia, apud regios oritur. Non stratos, non infrænatos [a] magna pars habebant equos. Paucis ad arma et ordines relictis, dilapsi ceteri sparserant se toto passim campo, pars in juvenales [5] lusus lasciviamque versi, pars vescentes sub umbra, quidam somno etiam strati. Hæc Diophanes ex alta urbe Pergamo contemplatus, arma suos capere et ad jussa [6] præsto esse jubet; ipse Attalum adiit, et in animo sibi esse dixit, hostium stationem tentare. Ægre id permittente Attalo,[7] [b] quippe qui centum equitibus adversus trecentos,[8] mille peditibus cum quatuor millibus pugnaturum cerneret, porta egressus,[c] haud procul statione hostium, occasionem opperiens, consedit. Et qui Pergami erant, amentiam magis, quam audaciam credere esse; et hostes, paulisper in eos versi, ut nihil moveri viderunt, nec ipsi quicquam ex solita negligentia, insuper etiam eludentes paucitatem, mutarunt. Diophanes quietos aliquamdiu suos, velut ad spectaculum modo eductos, continuit: postquam dilapsos ab ordinibus hostes vidit, peditibus, quantum accelerare possent, sequi jussis, ipse princeps inter equites cum turma sua, quam posset effusissimis habenis, clamore ab omni simul pedite atque equite sublato, stationem hostium improviso invadit. Non homines solum, sed equi etiam territi, cum vincula abrupissent, trepidationem et tumultum inter suos fecerunt; pauci stabant impavidi equi: eos ipsos non sternere, non

5 *Juveniles* Gron. Doujat. Crev.—6 *Ad portam* eæd.—7 Vid. Not. Delph. inf.—8 *Sexcentos* Kreyssig. Mox 'An scripsit Livius *pugnandum* pro *pugnaturum?* ut sit *quippe qui cerneret, pugnandum esse centum equitibus* (in casu tertio) *adversus trecentes,* (et) *mille peditibus cum quatuor millibus.*' Doering.—

NOTÆ

[a] *Infrænatos*] Alibi plerumque infrænati dicuntur, qui frænis carent: contra vero hoc loco sumuntur pro frænatis, quemadmodum paulo post 'infrænare equum,' pro frænare.

[b] *Ægre id permittente Attalo*] Sic in Regio quoque legitur: alii *ægre id permittere Attalus;* forma loquendi magis historicis familiari.

[c] *Porta egressus*] Diophanes.

infrænare, aut ascendere facile poterant, multo majorem, quam pro numero equitum, terrorem Achæis inferentibus. Pedites vero ordinati et præparati sparsos per negligentiam et semisomnos[9] prope adorti sunt: cædes passim fugaque per campos facta est. Diophanes, secutus effusos, quoad tutum[10] fuit, magno Achæorum genti decore parto, (spectaverant enim e mœnibus Pergami non viri modo, sed fœminæ etiam,) in præsidium urbis rediit.

21. Postero die regiæ, magis compositæ et ordinatæ, stationes quingentis passibus longius ab urbe posuerunt castra; et Achæi eodem ferme tempore, atque in eundem locum processerunt. Per multas horas intenti utrimque velut jam futurum impetum expectavere: postquam haud procul occasu solis redeundi in castra tempus erat, regii signis collatis[11] abire agmine, ad iter magis, quam ad pugnam, composito, cœpere. Quievit Diophanes, dum in conspectu erant. Deinde eodem, quo pridie, impetu in postremum agmen incurrit, tantumque rursus pavoris ac tumultus incussit, ut, cum terga cæderentur, nemo pugnandi causa restiterit: trepidantesque[12] et vix ordinem agminis servantes in castra compulsi sunt. Hæc Achæorum audacia Seleucum ex agro Pergameno movere castra coëgit. Antiochus postquam Romanos et Eumenem ad tuendum Adramytteum venisse audivit, ea quidem urbe abstinuit, depopulatus agros. Peræam[13] inde,[d] coloniam Mitylenæorum, expugnavit. Cotton[e] et Corylenus[14][f] et Aphrodi-

9 *Semisomnes* Gron. Doujat. Crev.—10 *Quoad totum* edd. ante Sigon.

11 ‘ Nisi leg. *conversis ;* vel cum Ern. *convulsis.*’ Rupert.—12 ‘ Si τὸ *que* pro particula accipis, quæ hæc cum antecedentibus copulet, sane pro *compulsi sunt,* ut recte judicat Drak. scribendum est *compulsi sint.* Sed non opus est, ut hæc verba, separatim quippe ab antecedentibus posita, ad *ut* referas.’ *Doering.*—13 ‘ *Phercam* multi codd. et edd. ante Frob. a. 1535. *Prohercam,* et *Peream,* et *Feream,* et *Ferream* reliqui Mss. *Eupatriam* conj. Jac. Gron. quod est opp. Lydiæ ap. Steph. An leg. *Perperenam,* vel *Ceramum?*’ Rupert.—14 Vid. Not. Delph. inf. ‘ Mox pro *Crene* plerique Mss. et edd.

NOTÆ

[d] *Peræam inde*] Hæc Peræa in Mysia fuit ad Æolidis confinia, nec ejus alibi facile mentio.

[e] *Cotton*] Ignotum aliis oppidi nomen, ut et quæ sequuntur. Ea in Mysia sive Æolide magnam partem fuisse credibile est, vel certe in Phrygia. An pro *Cotton* legendum

sias[g] et Crene[h] primo impetu captæ sunt. Inde per Thyatira Sardes rediit. Seleucus, in maritima ora permanens, aliis terrori, aliis præsidio erat. Classis Romana cum Eumene Rhodiisque Mitylenen primo,[i] inde retro, unde profecta erat, Elæam rediit. Inde Phocæam petentes ad insulam, quam Bachium[15] vocant,[k] (imminet urbi Phocæensium,) appulerunt, et, quibus ante abstinuerant templis signisque, (egregie autem exornata insula erat,) cum hostiliter diripuissent, ad ipsam urbem[l] transmiserunt. Eam divisis inter se partibus[m] cum oppugnarent, et viderent, sine operibus, armis scalisque capi non posse; missum ab Antiocho præsidium trium millium armatorum[16] cum intrasset urbem, extemplo, oppugnatione omissa, classis ad insulam se recepit, nihil aliud quam depopulato circa urbem hostium agro.

22. Inde placuit Eumenem domum dimitti, et præparare consuli atque exercitui, quæ ad transitum Hellesponti opus essent; Romanam Rhodiamque classem redire Samum,

vett. *Prime*, *Prine*, *Prinne*, *Priene*, *Prienne*.' Rupert.—15 All. *Bacchium* et *Bechium*.—16 *Præsid. mille armat.* edd. ante Sigon.

NOTÆ

Colonæ, quod oppidum in Mysia minori? an potius *Cotyæon*, in Phrygia magna?

[f] *Et Corylenus*] Fallor aut *Dorylæum* dicere voluit: quæ urbs fuit Phrygiæ magnæ ad fines Bithyniæ: nunc Leunclavio *Tzadurile*. Et scriptura Regii codicis ita flecti potest, ut fiat *Corileum*.

[g] *Et Aphrodisias*] Nota quidem est urbs Cariæ Aphrodisias, non longe a Mæandro, quæ nunc *Apodisia* et *Stauropolis*, Italis *Sancta Croce*; sed utrum de hac intelligendus hic Livius, subdubito propter ejus tum ab Adramytteo et Pergamo, tum ab aliis ibidem memoratis distantiam; et quod inde Sardeis per Thyatira non eatur.

[h] *Crene*] In Phrygiæ magnæ versus Galatiam finibus, Aulo Crene vallis et mons legitur apud Plinium, unde Mæander exit. Verum urbs a Nostro intelligi videtur. Num *Priene* in Ionia, quæ patria Biantis? Certe in Regio ita scriptum hoc nomen, ut legi possit *Prinne*.

[i] *Mitylenen primo*] Lesbi insulæ urbs hæc princeps, ad ejus oram orientalem. Hodie *Metelin*: unde toti insulæ nomen.

[k] *Quam Bachium vocant*] Parva est insula in sinu Smyrnæo, Plinio *Bacchina*.

[l] *Ad ipsam urbem*] Phocæam.

[m] *Divisis inter se partibus*] Hinc Romani, inde Eumenes et Rhodii,

atque ibi in statione esse, ne Polyxenidas ab Epheso moveret. Rex Elæam, Romani et Rhodii Samum redierunt. Ibi M. Æmilius, frater prætoris, decessit. Rhodii celebratis exequiis, adversus classem, quam fama erat ex Syria venire, tredecim suis navibus, et una Coa quinqueremi, altera Gnidia,[17] Rhodum, ut ibi in statione essent, profecti sunt. Biduo ante, quam Eudamus cum classe a Samo veniret, tredecim a Rhodo [18] naves cum Pamphilida præfecto adversus eandem Syriacam classem missæ, assumtis navibus quatuor, quæ Cariæ præsidio erant, oppugnantibus regiis, Dædala[n] et quædam alia parva [19] castella obsidione exemerunt. Eudamum confestim exire placuit. Additæ huic quoque sunt ad eam classem, quam habebat, sex apertæ naves. Profectus cum, quantum accelerare poterat, maturasset, ad portum, quem Megisten vocant,[o] prægressos consequitur. Inde uno agmine Phaselidem cum venissent,[p] optimum visum est, ibi hostem opperiri.

23. In confinio Lyciæ et Pamphyliæ Phaselis est: prominet penitus in altum, conspiciturque prima terrarum Rhodum a Cilicia petentibus, et procul navium præbet prospectum. Eo maxime, ut in obvio[q] classi hostium

17 *Cnidia* Crev. Kreyssig.—18 *Ab Samo . . . ab Rhodo* Kreyssig.—19 'Pro *parva* multi Mss. *per ea*, et Thuan. *perrea;* unde Jac. Gron. non male conj. *Peræœ*, quam regionem Cariæ continentem fuisse monet.' *Rupert.* 'Si quid mutandum, nihil hac conjectura verius videtur.' *Drak.*

NOTÆ

[n] *Dædala*] Nomen est oppidi maritimi et vicinorum montium in Lycia, ad occasum Telmessi. Creditur a Dædalo ibi sepulto inditum nomen: hodie *Urlie.*

[o] *Ad portum, quem Megisten vocant*] In ora Lyciæ Megisten insulam exiguam per antiphrasin sic appellatam, Dolychæ vicinam, e regione Patarorum, memorant Plin. et Ptol. hodie *Strongallo* appellari volunt.

[p] *Phaselidem cum venissent*] In extrema Lycia versus Pamphyliam maritima urbs fuit Phaselis, apud Tragum montem, a Mopso Argivo, ut ferunt, condita, ubi Apollinis oraculum. Piratarum postea sedes. Inde phaselus navigii genus.

[q] *In obvio*] Loco scilicet commodo, ut obviam hostibus irent. Regius unus habet, *uti obvii classi hostium essent.* Nec video cur damnaverit Gelen.

essent, electus locus est. Ceterum, quod non providerunt, et loco gravi, et tempore anni, (medium enim æstatis erat,) ad hoc insolito odore ingruere morbi vulgo, maxime in remiges, cœperunt. Cujus pestilentiæ metu profecti, cum præterveherentur Pamphylium sinum, ad Eurymedontem amnem appulsa classe, audiunt ab Aspendiis,[r] ad Sidam jam[20] hostes esse.[s] Tardius navigaverant regii, adverso tempore Etesiarum,[t] quod velut statum Favoniis ventis[u] esset.[1] Rhodiorum duæ et triginta quadriremes et[2] quatuor triremes fuere. Regia classis septem et triginta majoris formæ navium erat, in quibus tres hepteres et quatuor hexeres[l] habebat.[3] Præter has decem triremes erant. Et hi[4] adesse hostes ex specula quadam cognovere. Utraque classis postero die luce prima, tanquam eo die pugnatura, e portu movit; et, postquam superavere Rhodii promontorium, quod ab Sida prominet in altum, extemplo et conspecti ab hostibus sunt, et ipsi eos viderunt. Ab

[l] *Tres septiremes, seu naves, quæ septem remorum ordinibus agebantur; et quatuor quæ sex ordinibus constabant, &c.*

20 *Jam* del. Kreyssig.—1 *Est* Kreyssig.—2 *Et* del. Gron. Doujat. Crev.—3 'Verbum *habebat* assutum videri pannum, monent Gron. Duk. et Crev.' *Rupert.*—4 *Et alii* Gron. Doujat. Male, judice Doer. in quibusd. edd. *ab*

NOTÆ

[r] *Ab Aspendiis*] Aspendus, sive Aspendum, Pamphyliæ urbs ad Eurymedontem fluvium ab Argivis condita, sexaginta stadiis ab ostio ejus amnis. Inde 'Aspendius cytharista' inter adagia Græcorum, qui sibi tantum uni canebat, citharam digitis duntaxat pulsans: quod ad eos trahitur qui omnia in commodum suum vertunt.

[s] *Ad Sidam jam hostes esse*] Sida, seu Side, urbs Pamphyliæ maritima, ejusque provinciæ metropolis, nunc *Chirisonda* Nigro, Moletio vero et Theveto *Scandalor.* Τὸ *jam*, quod respuit Perizonius, in nostris legitur: neque est quod mutetur *esse* in *isse*, cum æque sensus constet, et τὸ *esse* rem præsentem significet.

[t] *Tempore Etesiarum*] Etesiæ, alias Prodromi, venti sunt, qui certo anni tempore ex alia atque alia parte cœli spirant, ut loquitur Gall. lib. II. cap. 22. Ἐτησίαι dicti a nomine ἔτος, quod *annum* significat, quoniam singulis annis recurrunt.

[u] *Favoniis ventis*] Diximus stato anni tempore flare Etesias: quod autem Favonios ventos interpretatur Noster, ab occasu spirantes ventos, Straboni adversatur, qui lib. III. euros vocat, ab ortu solis flantes: sed nimirum modo ex hac, modo ex illa cœli regione spirant Etesiæ per illa maria. Vide Plin. XXXVII. 5.

regiis[5] sinistro cornu,[x] quod ab alto objectum erat, Hannibal, dextro Apollonius, purpuratorum unus, præerat;[m] et jam in frontem directas habebant naves. Rhodii longo agmine veniebant. Prima prætoria navis Eudami erat; cogebat agmen Chariclitus; Pamphilidas mediæ classi præerat. Eudamus, postquam hostium aciem instructam et paratam ad concurrendum vidit, et ipse in altum evehitur, et deinceps, quæ sequebantur, servantes ordinem in frontem dirigere jubet. Ea res primo tumultum præbuit. Nam nec sic in altum evectus erat, ut ordo omnium navium ad terram explicari posset; et festinans ipse præpropere cum quinque solis navibus Hannibali occurrit. Ceteri, quia in frontem dirigere jussi erant, non sequebantur. Extremo agmini loci nihil ad terram relicti erat; trepidantibusque iis inter se, jam in dextro cornu adversus Hannibalem pugnabatur.

24. Sed momento temporis et navium virtus,[6] [y] et usus rei maritimæ terrorem omnem Rhodiis demsit. Nam et in altum celeriter evectæ naves locum post se quæque venienti ad terram dedere; et, si qua concurrerat rostro cum hostium navi, aut proram lacerabat, aut remos detergebat, aut, libero inter ordines discursu prætervecta, in puppim impetum dabat. Maxime exterruit hepteris regia, a multo minore Rhodia nave uno ictu demersa. Itaque jam haud dubie dexterum[7] cornu hostium in fugam inclinabat. Eudamum in alto multitudine navium maxime Hannibal, ceteris omnibus longe præstantem, urgebat; et circumve-

[m] *Unus e numero eorum, qui principem gratiæ locum habebant apud Antiochum.*

aliis. Apud Doer. legitur *erant, et hi.*—5 *Ab regio* Gron. Doujat. *Ab regis* Magont.
6 Vid. Not. J. Clerici inf.—7 Apud Kreyssig. et in Crev. min. *dextrum.*

NOTÆ

[x] *Ab regiis* [*regio*] *sinistro cornu*] Ita nostri; sed tamen facile in Gronovii sententiam ierim legentis, *ab regiis, sinistro cornu.*

[y] *Navium virtus*] Legendum dudum conjeci *navalium*, nempe sociorum, *virtus.* J. Clericus.

nisset, ni, signo sublato ex prætoria nave, (quo dispersam classem in unum colligi mos erat,) omnes, quæ in dextro cornu vicerant,[8] naves ad opem ferendam suis concurrissent. Tum et Hannibal, quæque circa eum erant naves, capessunt fugam; nec insequi Rhodii, ex magna parte ægris, et ob id celerius fessis remigibus, potuerunt. Cum in alto, ubi substiterant, cibo reficerent vires, contemplatus Eudamus hostes, claudas mutilatasque[9] naves apertis navibus remulco trahentes,[z] viginti paulo amplius integras abscedentes, e turri prætoriæ navis silentio facto, 'Exsurgite,' inquit, 'et egregium spectaculum capessite oculis!' Consurrexere omnes, contemplatique trepidationem[10] [a] fugamque hostium, prope una voce exclamavere omnes, ut sequerentur. Ipsius Eudami multis ictibus vulnerata navis erat. Pamphilidam et Chariclitum insequi, quoad putarent tutum, jussit. Aliquamdiu secuti sunt: postquam terræ appropinquabat Hannibal, veriti ne includerentur vento in hostium ora, ad Eudamum revecti, hepterem captam, quæ primo concursu icta erat, ægre Phaselidem pertraxerunt. Inde Rhodum, non tam victoria læti, quam alius alium accusantes, quod, cum potuisset,[11] non omnis summersa aut capta classis hostium foret, redierunt. Hannibal ictus[12] uno prælio adverso, ne tum quidem prætervehi

—8 'Periz. Anim. Hist. c. 8. p. 336. et Drak. putabant legendum esse *quæ in altero cornu vicerant*, vel *quæ dextrum cornu vicerant*; posse etiam verba *in dextro cornu* ex margine in contextum invecta videri; sed potius Livium cornua confudisse.' *Rupert.*—9 *Mutilasque* Gron. Doujat. Crev.—10 Vid. Not. Delph. inf.—11 Al. *potuissent.*—12 '*Victus* cod. Mog. Sed sic Livius non addidisset *adverso*.' Drak. Mox '*Ne tum quidem p. L. audebat*, verba absurda et corrupta, quasi clades accepta Hannibali animos facere debuisset ad peragendum inceptum.' *Crev.* 'Equidem Crevierio assentior, et vitium, quod ille subodoratus est, tolli posse puto, si pro *audebat* legatur *ambigebat*.' Doering.

NOTÆ

[z] *Remulco trahentes*] *Remulco trahi* dicuntur naves, quæ velis aguntur, quoties vento destitutæ aut alias laceræ, minoribus navigiis alligatæ remigum opera trahuntur. *Remulco* itaque videtur ablativus, cujus nominativus 'remulcus' actum illum trahendi navem significat, sed in usu non est. Ex verbo minus usitato, remulcare, vernaculus apud nos sermo fecit *remorquer*.

[a] *Contemplatique trepidationem*] Quidam *expugnationem*, unde Gron. *exsternationem* fecit.

Lyciam audebat, cum conjungi veteri regiæ classi quam primum cuperet. Et, id ne ei facere liberum esset, Rhodii Chariclitum cum viginti navibus rostratis ad Patara et Megisten portum miserunt. Eudamum cum septem navibus maximis ex ea classe, cui præfuerat, Samum redire ad Romanos jusserunt, ut, quantum consilio, quantum auctoritate valeret, compelleret Romanos ad Patara oppugnanda.

25. Magnam lætitiam Romanis jam prius nuntius victoriæ, deinde adventus attulit Rhodiorum : et apparebat,[13] si ea cura[b] Rhodiis demta esset, vacuos eos tuta ejus regionis maria præstaturos. Sed profectio Antiochi ab Sardibus, ne opprimerentur urbes maritimæ, abscedere custodia Ioniæ atque Æolidis prohibuit.[14] Pamphilidam cum quatuor navibus tectis ad eam classem, quæ circa Patara erat, miserunt. Antiochus non civitatium modo, quæ circa se erant, contrahebat præsidia; sed ad Prusiam,[c] Bithyniæ regem,[d] miserat legatos literasque, quibus transitum in Asiam Romanorum increpabat: 'Venire eos ad omnia regna tollenda, ut nullum usquam orbis terrarum,[e] nisi Romanum, imperium esset. Philippum et Nabin expugnatos ; se tertium peti. Ut quisque proximus ab oppresso sit, per omnes velut continens incendium pervasurum. Ab

13 'Desidero quædam ante *et apparebat* . . . in hanc fere sententiam, 'Ante omnia autem Eudamus obtestabatur Romanos, ut Patara oppugnando Rhodios magna cura liberarent;' tum sane bene responderent verba, *et apparebat, si ea cura cett.*' Doering.—14 *Præstituros. Sed profecto Antiocho . . . prohibue-*

NOTÆ

[b] *Si ea cura*] Metus scilicet et solicitudo a Pataris urbe hostili, quæ in proximo continentis princeps.

[c] *Ad Prusiam*] Filius et successor erat Prusias Zielæ, qui mortuo Lysimacho Bithyniam occupaverat, atque a Gallis acie cæsus fuerat. Is Romanis addictus adeo fuit, ut sumto pileo libertum se populi Romani diceret.

[d] *Bithyniæ regem*] Minoris Asiæ regio, Thraciæ Europæ regioni opposita, est Bithynia, Propontide intermedia et Bosphoro Thracio: hodie Turcis *Bursia*, et ex parte *Becsangil*.

[e] *Orbis terrarum*] Refer ad imperium : ut nempe nulli per orbem terrarum imperent, vel orbis terrarum imperium obtineant, præter populum Romanum.

se gradum in Bithyniam fore, quando Eumenes in voluntariam servitutem concessisset.'[n] His motum Prusiam literæ Scipionis consulis, sed magis ejus fratris Africani, ab suspicione tali averterunt; qui, præter consuetudinem perpetuam populi Romani augendi omni honore regum sociorum majestatem, domesticis ipse exemplis Prusiam ad promerendam amicitiam suam compulit. 'Regulos se acceptos in fidem in Hispania reges reliquisse. Masinissam non in patrio modo locasse regno, sed in Syphacis, a quo ante expulsus fuisset, regnum imposuisse: et esse eum non Africæ modo regum longe opulentissimum, sed toto in orbe terrarum cuivis regum vel majestate, vel viribus parem. Philippum et Nabin, hostes bello [15] superatos ab T. Quintio, tamen in regno relictos. Philippo quidem anno priore etiam stipendium remissum, et filium obsidem redditum: et quasdam civitates extra Macedoniam, patientibus Romanis imperatoribus, recepisse eum. In eadem dignitate et Nabin futurum fuisse, nisi eum suus primo [16] furor, deinde fraus Ætolorum absumsisset.' Maxime confirmatus est animus regis, postquam ad eum C. Livius, qui prætor ante classi præfuerat, legatus ab Roma venit, et edocuit, quanto et spes victoriæ certior Romanis, quam Antiocho, et amicitia sanctior firmiorque apud Romanos futura esset.

26. Antiochus, postquam a spe societatis Prusiæ decidit, Ephesum ab Sardibus est profectus ad classem, quæ per aliquot menses instructa ac parata fuerat, visendam; magis quia terrestribus copiis exercitum Romanum et duos Scipiones imperatores videbat sustineri non posse, quam quod res navalis ipsa per se aut tentata sibi unquam feliciter, aut tunc magnæ et certæ fiduciæ esset. Erat tamen momentum in præsentia spei, quod et magnam partem Rho-

[n] *Quandoquidem Eumenes, qui medius est inter ipsum Antiochum et Prusiam, ultro servitutem Romanorum amplexus est; post se (Antiochum devictum) ituros in Bithyniam Romanos adversus Prusiam ipsum.*



runt Gron. Doujat. Crev.—15 Mavult Sigon. *ut bello*, cum olim fuerit *et bello.* —16 *Primum* Kreyssig.

diæ classis circa Patara esse, et Eumenem regem cum omnibus navibus suis consuli obviam in Hellespontum profectum audierat. Aliquid etiam inflabat animos classis Rhodia, ad Samum per occasionem fraude præparatam absumta. His fretus, Polyxenida cum classe ad tentandam omni modo certaminis fortunam misso, ipse copias ad Notium ducit; (id oppidum Colophonium, mari imminens, abest a vetere Colophone duo ferme millia passuum;) et ipsam urbem[f] suæ esse potestatis volebat, adeo propinquam Epheso, ut nihil terra marive ageret, quod non subjectum oculis Colophoniorum, ac per eos notum extemplo Romanis esset; quos, audita obsidione, non dubitabat ad opem ferendam sociæ urbi classem a Samo moturos: eam occasionem Polyxenidæ ad rem gerendam fore. Igitur, operibus oppugnare urbem aggressus, et ad mare partibus duabus[g] pariter munitionibus deductis, utrimque vineas et aggerem muro injunxit, et testudinibus arietes admovit. Quibus territi malis Colophonii oratores Samum ad L. Æmilium, fidem prætoris populique Romani implorantes, miserunt. Æmilium et Sami segnis diu mora offendebat,[o] nihil minus opinantem, quam Polyxenidam, bis nequicquam ab se provocatum, potestatem pugnæ facturum esse; et turpe existimabat, Eumenis classem adjuvare consulem ad trajiciendas in Asiam legiones, se Colophonis obsessæ auxilio, incertam[17] finem habituro, alligari. Eudamus

[o] *Ægre ferebat Æmilius se otiosum Sami tamdiu morari.*

17 *Incertum* Donjat. Crev. Mox pro *Eudamus* est *Eudorus* apud Appi-

NOTÆ

[f] *Et ipsam urbem*] Colophonem, opinor, aut certe Notium, coloniam scilicet veteris Colophonis, quæ urbs fuit Ioniæ, hodie Italis *Altobosco* secundum Nardum, aut *Belvedere* ex Nigro, medio ferme itinere inter, Smyrnam et Ephesum ad quindecim milliaria, huic paulo propior, una ex septem urbibus, quæ Homeri natales sibi vindicabant.

[g] *Ad mare partibus duabus, &c.*] Gallice, *après avoir fait des retranchemens, qui de deux cotés aboutissoient à la mer, il approcha du mur par des galleries de bois, et des terrasses de chaque coté; il fit approcher les béliers à couvert sous les planchers des machines couvertes de cuir, qu'on appelloit tortues.*

Rhodius,[h] qui et tenuerat eum Sami, cupientem proficisci in Hellespontum, cunctique instare et dicere, 'Quanto satius esse, vel socios obsidione eximere, vel victam jam semel classem iterum vincere,[18] totamque maris possessionem hosti eripere, quam, desertis sociis, tradita Antiocho Asia terra marique, in Hellespontum, ubi satis esset Eumenis classis, ab sua[19] parte belli discedere?'[p]

27. Profecti ab Samo ad petendos commeatus, consumtis jam omnibus, Chium parabant trajicere. Id erat horreum Romanis, eoque omnes ex Italia missæ onerariæ dirigebant cursum. Circumvecti ab urbe ad aversa insulæ (objecta[i] aquiloni ad Chium et Erythras sunt)[20] cum pararent trajicere, literis certior sit prætor, frumenti vim magnam Chium ex Italia venisse, vinum portantes naves tempestatibus retentas esse. Simul allatum est, Teios regiæ classi benigne commeatus præbuisse; quinque millia vasorum vini[k] esse pollicitos. Teum ex medio cursu classem repente avertit, aut volentibus iis usurus commeatu parato hostibus, aut ipsos pro hostibus habiturus.[q] Cum direxissent ad terram proras, quindecim ferme eis naves circa Myonnesum apparuerunt, quas primo ex classe regia prætor esse ratus, institit sequi. Apparuit inde, piraticas celoces[l] et lembos

[p] *Deserere stationem seu belli partem sibi mandatam.*

[q] *Ut aut vinum paratum classi Antiochi acciperet a Teiis, si modo consentirent; aut Teios ipsos tanquam hostes persequeretur.*

an. ut testatur Sigon.—18 *Vincere iterum* Gron. Doujat. Crev.—19 *A sua* edd. ante Sigon.

20 Glarean. delet *τὸ sunt*, scribitque *ad Chium, et Erythras cum pararent.*—

NOTÆ

[h] *Eudamus Rhodius*] Hic Appiano *Eudorus* dicitur: is distinuerat Æmilium apud Samum, cum reliqui omnes eum urgerent ad solvendam obsidionem Colophonis, aut ad hostium classem expugnandam.

[i] *Ad aversa insulæ, objecta*] Intellige insulæ Sami partem aversam ab urbe Samo, quæ ad meridiem insulæ; unde quæ ei aversa aquilonem respiciunt. Æmilius itaque cum suis circumvectus est Samum insulam, et Chium, atque Erythras versus navigavit, urbes freto discretas, quarum illa insulæ Chii caput, hæc in Ioniæ peninsula.

[k] *Vasorum vini*] Argillacea forte vasa fuerunt.

[l] *Celoces*] Exigua erant navigia celeritatis eximiæ; unde et nomen:

esse. Chiorum maritimam oram depopulati, cum omnis generis præda revertentes, postquam videre ex alto classem, in fugam verterunt:[1] [m] et celeritate superabant,[n] levioribus et ad id fabrefactis navigiis, et propiores terræ erant. Itaque, priusquam appropinquaret classis, Myonnesum perfugerunt. Unde se a portu[2] ratus abstracturum naves, ignarus loci sequebatur prætor. Myonnesus promontorium inter Teum Samumque[3] [o] est. Ipse collis est in modum metæ in acutum cacumen a fundo satis lato fastigatus:[4] a continenti arctæ semitæ aditum habet: a mari exesæ fluctibus rupes claudunt; ita ut quibusdam locis superpendentia saxa plus in altum, quam, quæ in statione sunt, naves, promineant. Circa ea appropinquare non ausæ naves, ne sub ictu superstantium[5] rupibus piratarum essent, diem trivere. Tandem, sub noctem vano incepto cum abstitissent, Teum postero die accessere; et, in portu, qui ab tergo urbis est, (Geræsticum ipsi appellant,) navibus constitutis, prætor ad depopulandum circa urbem agrum milites emisit.

28. Teii, cum in oculis populatio esset, oratores cum infulis et velamentis ad Romanum miserunt. Quibus purgantibus civitatem omnis facti dictique hostilis adversus Romanos, 'et juvisse eos commeatu classem hostium' arguit,[r] 'et quantum vini Polyxenidæ promisissent: quæ si eadem[p] classi Romanæ darent, revocaturum se a popu-

[r] *Cum negarent civitatem suam hostile quicquam contra Romanos aut fecisse aut dixisse, Æmilius coarguit, &c.*

1 Vid. Not. Delph. inf.—2 *E portu* Kreyssig.—3 *Teium* edd. ante Sigon. 'Pro *Samumque* jam Glareanus emendabat *Lebedumque*, cui quidem emendationi bene respondet, quam Stephanus de sinu Myonnesi dedit, descriptio.' *Doering.*—4 *Fastigiatus* Gron. Doujat. Crev.—5 *In* add. Gron. Doujat.

NOTÆ

uno duntaxat remorum ordine agebantur.

[m] *Verterunt*] Pro versi sunt, vel se converterunt: Reg. et Colb. *reverterunt*, et forte melius, si forte inde prius profecti piratæ.

[n] *Superabant*] Piratæ.

[o] *Inter Teum Samumque*] Num potius *inter Teum Lebedumque?*

[p] *Quæ si eadem*] Intellige vasa, seu

latione militem; sin minus, pro hostibus eos habiturum.' Hoc tam triste responsum cum retulissent legati, vocatur in concionem a magistratibus populus, ut, quid agerent, consultarent. Eo forte die[6] Polyxenidas cum regia classe a Colophone profectus, postquam movisse a Samo Romanos audivit, et, ad Myonnesum piratas persecutos, Teiorum agrum depopulari, naves in Geræstico portu stare, ipse adversus Myonnesum in insula (Macrin nautici vocant) ancoras portu occulto jecit. Inde ex propinquo explorans, quid hostes agerent, primo in magna spe fuit, quemadmodum Rhodiam classem ad Samum, circumsessis ad exitum faucibus portus, expugnasset,[q] sic et Romanam expugnaturum. Nec est dissimilis natura loci. Promontoriis coëuntibus inter se ita clauditur portus, ut vix duæ simul inde naves possint exire. Nocte occupare fauces Polyxenidas in animo habebat, et, denis navibus ad promontoria stantibus, quæ ab utroque cornu in latera exeuntium navium pugnarent, ex cetera classe, sicut ad Panormum fecerat, armatis in littora expositis, terra marique simul hostes opprimere. Quod non vanum ei consilium fuisset, ni, cum Teii facturos se imperata promisissent, ad accipiendos commeatus aptius visum esset Romanis, in eum portum, qui ante urbem est,[r] classem[7] transire.[s] Dicitur et Eudamus Rhodius vitium alterius portus ostendisse, cum forte duæ naves in arcto ostio implicitos remos fregissent: et inter alia id quoque movit prætorem, ut traduceret classem, quod

6 *Die* del. Gron. Doujat. Crev. Drak. Doer. ' Crev. legendum esse suspicatur, *Eo forte tempore Polyxenidas cett.* quam quidem conjecturam, quoad sensum, confirmare videtur lectio, quæ in quibusdam codd. apud Drak. reperitur, *Eo forte die Polyxenidas cett.*' Doering.—7 Vet. lib. apud Sigon. *classe.* Vid. Nott. Delph. inf.

NOTÆ

dolia vini.

q *Quemadmodum Rhodiam classem . . . expugnasset*] Supra cap. 11.

r *Qui ante urbem est*] Hic portus diversus est a Geræstico, qui ab tergo Myonnesi. Porro verbum *est* ignorant scripti nostri, et satis per se intelligitur.

s *Classem transire*] Sigon. mavult, *classe transire*, quod referretur ad Romanos transeuntes. Sed *classem transire*, quod nostri retinent, idem est ac, ut transiret classis; quod magis placet.

ab terra periculum erat, haud procul inde Antiocho stativa habente.

29. Traducta classe ad urbem, ignaris omnibus,[s] egressi milites nautæque sunt ad commeatus et vinum maxime dividendum in naves; cum medio forte diei agrestis quidam, ad prætorem adductus, nuntiat, 'alterum jam diem classem stare ad insulam Macrin, et paulo ante visas quasdam moveri, tanquam ad profectionem, naves.' Re subita perculsus prætor tubicines canere jubet, ut, si qui per agros palati essent, redirent; tribunos in urbem mittit ad cogendos milites nautasque in naves. Haud secus, quam in repentino incendio aut capta urbe, trepidatur, aliis in urbem currentibus ad suos revocandos, aliis ex urbe naves cursu repetentibus; incertisque clamoribus (quibus ipsis tubæ obstreperent) turbatis imperiis, tandem concursum ad naves est.[t] Vix suam quisque noscere aut adire præ tumultu poterat; trepidatumque cum periculo et in mari et in terra foret, ni, partibus divisis, Æmilius, cum prætoria nave primus e portu in altum evectus, excipiens insequentes, suo quamque ordine[u] in frontem[8] instruxisset;[1] Eudamus Rhodiaque classis substitissent ad terram, ut et sine trepidatione conscenderent, et, ut quæque parata esset, exiret navis. Ita et explicuere ordinem primæ in conspectu prætoris, et coactum agmen ab Rhodiis est; instructaque acies, velut cerneret regios, in altum processit. Inter Myonnesum et Corycum promontorium erant, cum hostem conspexere. Et regia classis, binis in ordinem

[s] *Cum omnes Romani ignorarent Polyxenidæ insidias.*
[t] *Ad naves redierunt milites Romani.*
[u] *Nisi Æmilius, postquam suum cuique munus mandasset, in diversas naves, &c. Vel postquam naves in exigua quasi corpora divisisset, et suum cuique locum intra portum assignasset, primusque extra portum egressus, &c.*



8 *In fronte* cod. Mog. et Gaertn. et mox pro *substitissent* cod. Mog. *substi-*

NOTÆ

[1] *In frontem instruxisset*] Gallice, il rangea tous les vaisseaux de front, à mesure qu'ils sortoient du port.

navibus longo agmine veniens, et ipsa aciem adversam explicuit; tantum lævo evecta cornu, ut amplecti et circumire dexterum cornu Romanorum posset. Quod ubi Eudamus, qui cogebat agmen, vidit, non posse æquare[9] ordinem Romanos, et tantum non jam circumiri[*] a dextro cornu, concitat naves; (et erant Rhodiæ[10] longe omnium celerrimæ tota classe;) æquatoque cornu, prætoriæ navi, in qua Polyxenidas erat, suam objecit.

30. Jam totis classibus simul ab omni parte pugna conserta erat. Ab Romanis octoginta naves pugnabant, ex quibus Rhodiæ duæ et viginti[11][u] erant. Hostium classis undenonaginta navium fuit, et maximæ formæ naves[12] tres hexeres habebat, duas hepteres. Robore navium et virtute militum Romani longe regios præstabant;[x] Rhodiæ naves[13] agilitate et arte gubernatorum et scientia remigum. Maximo tamen hostibus terrori fuere, quæ ignes præ se portabant;[y] et, quod unum iis ad Panormum circumventis saluti fuerat, id tum maximum momentum ad victoriam fuit. Nam metu ignis adversi[14][z] regiæ naves, ne prora concur-

[*] *Fere, seu in eo esse ut jamjam circumiretur.*

tisset.—9 *Exæquare* Gron. Doujat. Crev.—10 Add. *naves* eæd.
11 Vid. Not. Delph. inf.—12 'Τὸ *naves* insititium videtur.' *J. F. Gron.*—13 Ante Periz. legebatur *regios præstabant, regiæ naves;* pro *regios* habent *Rhodios* Gron. Doujat.—14 'Forte *adversas*, sc. Rhodias, ignem portantes;' Gron. Possis et ex Ms. Voss. legere *adversæ*, obviæ, occurrentes, vel *aver-*

NOTÆ

[u] *Rhodiæ duæ et viginti*] Apud Appianum leguntur *quinque et viginti.* Sed in Livio videtur error ex notis numerorum, ut fit, ortus; quemadmodum Sigonius non improbabiliter arbitratur.

[x] *Longe regios* [*Rhodios*] *præstabant*] Legendum sine dubio *regios* ex priscis editionibus, quamvis refragentur scripti; comparatio enim instituitur Romanorum et Rhodiorum, qui ipsorum socii, cum regiis eorundem hostibus, non Romanorum cum Rhodiis.

[y] *Quæ ignes præ se portabant*] Ex Rhodiarum numero, de quibus supra c. 11. Jam tum itaque in usu incendiariæ naves, Gallice *les brûlots.*

[z] *Metu ignis adversi*] Vellem ex vetusto codice hausisset Gronovius *adversas;* clarior enim esset sensus, si dicerentur regiæ naves declinasse *adversas* (naves Rhodias) quæ ignem portabant. Nihil tamen vetat epitheton *adversi* referri ad ignem ex adverso illatum per incendiarias naves.

rerent, cum declinassent, neque ipsæ ferire rostro hostem poterant, et obliquas se ipsæ ad ictus præbebant: et, si qua concurrerat, obruebatur infuso igni; magisque ad incendium, quam ad prælium, trepidabant. Plurimum tamen, quæ solet, militum virtus in bello valuit. Mediam namque aciem hostium Romani cum rupissent, circumvecti ab tergo pugnantibus adversus Rhodios regiis sese objecere; momentoque temporis et media acies Antiochi, et lævo in cornu circumventæ naves mergebantur. Dextera pars integra [a] sociorum magis clade, quam suo periculo, terrebatur. Ceterum, postquam alias circumventas, prætoriam navem Polyxenidæ, relictis sociis, vela dantem videre,[b] sublatis raptim dolonibus (et erat secundus petentibus Ephesum ventus) capessunt fugam, quadraginta duabus navibus in ea pugna amissis; quarum decem et tres captæ in potestatem hostium [c] venerunt, ceteræ incensæ aut demersæ. Romanorum duæ naves fractæ sunt, vulneratæ aliquot. Rhodia una capta [d] memorabili casu. Nam, cum rostro percussisset Sidoniam navem, ancora, ictu ipso excussa e nave sua, unco dente, velut manu ferrea injecta, alligavit alterius proram: inde tumultu injecto, cum, divellere se ab hoste cupientes, inhiberent Rhodii,[e] tractum ancorale [f] et implicitum remis latus [15] alterum detersit, et



sæ, quæ declinarant, ne prora concurrerent; Drak. qui tamen vulgatum non improbabat.' *Rupert.* Vid. Not. Delph. inf.—15 All. teste Sigon. *tracta anchora, et implicita remis;* a Sigonio est *tractu anchorali, et implicitum remis latus.* Mox *detersit: debilitatam* Kreyssig.

NOTÆ

[a] *Dextera pars integra*] Dextrum cornu Antiochi.

[b] *Videre*] Nempe qui erant in dextro cornu Antiochi.

[c] *In potestatem hostium*] Romanorum vel Rhodiorum.

[d] *Rhodia una capta*] Et a Polyxenida Ephesum abducta ex Appiano.

[e] *Inhiberent Rhodii*] Remos scilicet sisterent.

[f] *Tractum ancorale*] Est *anchorale* substantive dictum pro fune anchorali seu anchoræ retinaculo: anchora itaque excussa e navi Rhodia in hostilem Sidoniam, vel contra e Sidonia in Rhodiam alligavit proram Rhodiæ, quæ cum in puppem remigaret, funis ille tractus ab anchora inde religata, et magna parte delapsus, remisque Rhodiæ navis implicitus ab uno latere eos detersit: unde velut clauda facta Rhodia navis facile cap-

debilitatam ea ipsa, quæ icta cohæserat, navim cepit. Hoc maxime modo ad Myonnesum navali prælio pugnatum est.

31. Quo territus Antiochus, quia, possessione maris pulsus, longinqua tueri diffidebat se posse, præsidium ab Lysimachia, ne opprimeretur ibi ab Romanis, deduci pravo, ut res ipsa postea docuit, consilio jussit. Non enim tueri solum Lysimachiam a primo impetu Romanorum facile erat, sed obsidionem etiam per totam hyemem tolerare, et obsidentes quoque ad ultimam inopiam adducere extrahendo tempus, et interim spem pacis per occasiones tentare. Nec Lysimachiam tantum hostibus tradidit post adversam navalem pugnam, sed etiam Colophonis obsidione abscessit, et Sardes recepit se; atque inde in Cappadociam ad Ariarathen,[16] qui auxilia arcesserent, et quocumque alio poterat ad copias contrahendas, in unum jam consilium, ut acie dimicaret, intentus, misit. Regillus Æmilius, post victoriam navalem profectus Ephesum, directis [17] ante portum navibus,[g] cum confessionem concessi maris ultimam hosti expressisset, Chium, quo ante navale prælium cursum a Samo intenderat, navigat. Ibi naves in prælio quassatas cum refecisset, L. Æmilium Scaurum cum triginta navibus Hellespontum ad exercitum trajiciendum misit; Rhodias,[h] parte prædæ et spoliis navalibus decoratas,[18] domum redire jubet. Rhodii impigre prævertere, ad trajiciendasque copias consulis iere; atque, eo quoque functi officio, tum demum Rhodum rediere. Classis Romana ab Chio Phocæam trajecit. In sinu

16 *Ariaten* edd. ante Sigon.—17 *Direptis* edd. ante Sigon.—18 Vet. lib.

NOTÆ

ta est ab hostili.

g *Directis ante portum navibus*] Ea vetus lectio, qua designatur mos receptus quo victor in conspectu victi aciem instruit, ut victoriæ confessionem ab eo exprimat. Facit quod lib. prox. narratur: 'Ephesum hostem persecuti, ante ostium portus acie instructa steterunt; posteaquam confessionem victis satis expresserunt.' Vulgo perperam legitur *direptis* pro *directis*.

h *Rhodias*] Regius liber, quemadmodum Sigonianus, *Rhodios et* . . .

maris intimo posita hæc urbs est, oblonga forma. Duum millium et quingentorum passuum spatium murus amplectitur: coit deinde ex utraque parte in arctiorem velut cuneum: Lamptera[i] ipsi appellant. Mille et ducentos passus ibi latitudo patet: inde in altum lingua mille passuum excurrens medium fere sinum velut nota distinguit; ubi cohæret faucibus angustis, duos in utramque regionem versos portus tutissimos habet. Qui in meridiem vergit, ab re appellant Naustathmon,[y] [19] quia ingentem vim navium capit: alter prope ipsum Lamptera est.

32. Hos portus tutissimos cum occupasset Romana classis; priusquam aut scalis, aut operibus, mœnia aggrederetur, mittendos censuit prætor, qui principum magistratuumque animos tentarent. Postquam obstinatos vidit, duobus simul locis oppugnare est adortus. Altera pars infrequens ædificiis erat; templa Deum aliquantum tenebant loci. Ea prius ariete admoto quatere muros turresque cœpit: deinde, cum eo multitudo occurreret ad defendendum, altera quoque parte admotus aries; et jam utrimque sternebantur muri. Ad quorum casum cum impetum Romani milites per ipsam stragem ruinarum facerent, alii scalis etiam ascensum in muros tentarent; adeo obstinate restiterunt oppidani, ut facile appareret, plus in armis et virtute, quam in mœnibus, auxilii esse. Coactus ergo periculo militum prætor receptui cani jussit, ne objiceret incautos furentibus desperatione ac rabie. Diremto prælio, ne tum quidem ad quietem versi; sed undique omnes ad munienda et obmolienda, quæ ruinis strata erant, concurrerunt. Huic operi intentis supervenit Q. Antonius, a prætore missus, qui, castigata pertinacia eo-

[y] *Id est, navale, seu navium statio.*

apud Sigon. *Rhodios . . . decoratos.*—19 *Naustathmos ab re appellatur* Gron. Doujat. Crev.

NOTÆ

[i] *Lamptera*] Hoc vocabulo significatur lucerna sive pharus, unde signum navigantibus datur.

rum, 'Majorem curam Romanis, quam illis,' ostenderet, 'esse, ne in perniciem urbis pugnaretur. Si absistere furore vellent, potestatem iis dare[20] eadem conditione, qua prius C. Livii in fidem venissent,[k] se tradendi.' Hæc cum audissent, quinque dierum spatio ad deliberandum sumto, tentata interim spe auxilii ab Antiocho, postquam legati missi ad regem, nihil in eo esse præsidii, retulerant;[1] tum portas aperuerunt, pacti ne quid hostile paterentur. Cum signa in urbem inferrentur, et pronuntiasset prætor, parci se deditis velle, clamor undique est sublatus, 'indignum facinus esse, Phocæenses, nunquam fidos socios, semper infestos hostes, impune eludere.' Ab hac voce, velut signo a prætore dato, ad diripiendam urbem passim discurrerunt. Æmilius primo resistere et revocare, dicendo, 'captas, non deditas, diripi urbes; et in his tamen arbitrium esse imperatoris, non militum.'[2] Postquam ira et avaritia imperio potentiora erant, præconibus per urbem missis, liberos omnes in forum ad se convenire jubet, ne violarentur; et in omnibus, quæ ipsius potestatis fuerunt, fides constitit prætoris. Urbem agrosque et suas leges iis restituit; et, quia jam hyems appetebat, Phocææ portus ad hybernandum classi delegit.

33. Per idem fere tempus consuli, transgresso Æniorum Maronitarumque[1] fines, nuntiatur, victam regiam classem ad Myonnesum, relictamque a præsidio Lysimachiam esse. Id multo, quam de navali victoria,[3][m] lætius fuit; utique postquam eo venerunt, refertaque urbs omnium rerum

20 Mavult *dari* Jac. Periz.—1 *Retulerunt* Gron. Doujat. Crev.—2 *In his tamen imperatoris, non militum, arbitrium esse* Kreyssig.

3 'Quam quod de navali victoria nuntiatum fuerat; id enim ex antecedentibus *per idem fere tempus consuli . . . nuntiatur*, repetendum et eliciendum est. Sic hic locus, quem vitio quodam laborare putabat Crev. recte se habere vi-

NOTÆ

[k] *C. Livii in fidem venissent*] Hic C. Livius prætor fuit XXXV. 24.

[l] *Æniorum Maronitarumque*] Ab Æno et Maronea Thraciæ urbibus dicti Ænii et Maronitæ.

[m] *Quam de navali victoria*] Intellige nuntium de navali victoria.

commeatibus, velut in adventum exercitus præparatis, eos excepit; ubi inopiam ultimam laboremque in obsidenda urbe sibi proposuerant. Ibi paucos dies stativa habuere, ut impedimenta ægrique consequerentur,[n] qui passim per omnia Thraciæ castella, fessi morbis[4] ac longitudine viæ, relicti erant. Receptis omnibus, ingressi rursus iter per Chersonesum, Hellespontum perveniunt; ubi, omnibus cura regis Eumenis ad trajiciendum præparatis, velut in pacata littora, nullo prohibente, aliis alio delatis navibus, sine tumultu trajecere. Ea vero res Romanis auxit animos, concessum sibi transire[5] [o] cernentibus in Asiam; quam rem magni certaminis futuram crediderant.[a] Stativa deinde ad Hellespontum aliquamdiu habuerunt, quia dies forte, quibus ancilia moventur,[p] religiosi ad iter inciderant. Iidem dies P. Scipionem propiore etiam religione,[q] quia Salius erat, disjunxerant ab exercitu; causaque et is ipse moræ erat, dum consequeretur.

34. Per eos forte dies legatus ab Antiocho in castra venerat Byzantius Heraclides, de pace afferens mandata: quam impetrabilem fore, magnam ei spem attulit mora et cunctatio Romanorum; quos, simul Asiam attigissent,

[a] *Quem transitum existimaverant non sine magno certamine obtineri posse.*

detur.' *Doering.*—4 *Morbo* Ms. Thuan.—5 *Transitum* ed. Andr. et all.

NOTÆ

[n] *Ægrique consequerentur*] Id est, assequerentur exercitum, *afin que le bagage et les malades pussent joindre l'armée.*

[o] *Concessum sibi transire*] Vulgo *concessum sibi transitum cernentibus:* sed scripti habent infinitivum, qui ab bonorum auctorum usu non abhorret. Cic. VII. Verr. 'ipsis judicibus sine mea argumentatione conjecturam facere permittam.' Et Virg. VII. Æneid. 'Non dabitur regnis (esto) prohibere Latinis.' Denique Cic. de Nat. Deor. 'beatos esse Deos sumsisti, concedimus: beatum autem hac virtute neminem esse posse, id quoque damus, et libenter quidem.'

[p] *Quibus ancilia moventur*] Dies solennes intellige, quibus Romæ per urbem saltatione religiosa deferri a Saliis sacerdotibus solebant clypei sacri, quos ancilia vocabant.

[q] *Propiore etiam religione*] Etsi omnibus Romanis sacri essent illi dies, magis tamen religiosi Saliis ipsis, quorum e numero P. Scipio.

effuso agmine ad castra regia ituros crediderat. Statuit tamen non prius adire consulem, quam P. Scipionem; et ita mandatum ab rege erat. In eo maximam spem habebat, præterquam quod et magnitudo animi et satietas gloriæ placabilem eum maxime faciebat, notumque erat gentibus, qui victor ille[r] in Hispania, qui deinde in Africa fuisset, etiam quod filius ejus captus in potestate regis erat. Is ubi et quando et quo casu captus sit, sicut pleraque alia, parum inter auctores constat. Alii principio belli, a Chalcide Oreum[6][s] petentem, circumventum ab regiis navibus tradunt; alii, postquam transitum in Asiam est, cum turma Fregellana[t] missum exploratum ad regia castra, effuso obviam equitatu, cum reciperet sese, in eo delapsum tumultu ex[7] equo,[u] cum duobus equitibus oppressum, ita ad regem deductum esse. Illud satis constat, si pax cum populo Romano maneret,[x] hospitiumque privatim regi cum Scipionibus esset, neque liberalius, neque benignius haberi colique adolescentem, quam cultus est, potuisse. Ob hæc cum adventum P. Scipionis legatus expectasset, ubi is venit, consulem adit, petitque, ut mandata audiret.

35. Advocato frequenti consilio, legati verba sunt audita. Is, 'multis ante legationibus nequicquam ultro citroque de pace missis, eam ipsam fiduciam impetrandi sibi esse,'[8] dixit, 'quod priores legati nihil impetrassent. Smyrnam enim et Lampsacum et Alexandriam Troadem[y] et Ly-

6 Vid. Not. Delph. inf. Mox *turba* pro *turma* habet Doujat.—7 Τὸ *ex* in cod. Mog. omittitur. In edd. ante Gron. legitur *delapso equo*. Apud Gron. Doujat. Crev. legitur *in eo tumultu delapsum equo;* apud Kreyssig. *in eo tumultu delapsum ex equo.*

8 'Primum tentaveram *eam ipsam ob causam fiduciam impetrandi sibi esse.*'

NOTÆ

[r] *Qui victor ille*] *Qui* pro qualis fuisset, &c.

[s] *A Chalcide Oreum*] Vel cum *a Chalcide Demetriadem* navigaret, ut refert Appian.

[t] *Turma* [*turba*] *Fregellana*] Equitum scilicet sociorum ex urbe Volscorum Fregellis.

[u] *Delapsum tumultu ex equo* [*Delapsum equo*] Probatur Gronovio hæc lectio ex Moguntino: plerique tamen habent *delapso equo.*

[x] *Si pax cum populo Romano maneret*] *Si maneret* et *esset*, pro mansisset et fuisset.

[y] *Alexandriam Troadem*] Appiano

simachiam in Europa jactatas in illis disceptationibus esse. Quarum Lysimachia jam cessisse regem, ne quid in Europa habere eum dicerent: eas, quæ in Asia sint,[z] civitates tradere paratum esse, et si quas alias Romani, quod suarum partium fuerint, vindicare ab imperio regio velint. Impensæ quoque, in bellum factæ, partem dimidiam regem præstaturum[9] populo Romano.' Hæ conditiones erant pacis. Reliqua oratio fuit, 'Ut memores rerum humanarum, et suæ fortunæ moderarentur, et alienam[10] ne urgerent. Finirent Europa imperium. Id quoque immensum esse. Et[11] parari singula acquirendo facilius potuisse, quam universa teneri posse. Quod si Asiæ quoque partem aliquam abstrahere velint, dum modo non dubiis regionibus finiant, vinci suam temperantiam Romana cupiditate, pacis et concordiæ causa, regem passurum.' Ea, quæ legato magna ad pacem impetrandam videbantur, parva Romanis visa. Nam 'et impensam, quæ in bellum facta esset, omnem præstare regem,' æquum censebant, 'cujus culpa bellum excitatum esset, et non Ionia modo atque Æolide deduci debere præsidia regia; sed, sicut Græcia omnis liberata esset, ita, quæ in Asia sint, omnes liberari urbes. Id aliter fieri non posse, quam ut cis Taurum montem[a] possessione Asiæ Antiochus cedat.'

36. Legatus, postquam nihil æqui in consilio impetrare

Doering.—9 *Præstiturum* Gron. Doujat. Crev.—10 *Aliam* Gron. Doujat.—11 *Et* del. Gron. Doujat. Crev.

NOTÆ

est Alexandria ad Granicum, urbs Troadis sive Phrygiæ maritima ad sinum Achæorum inter Sigæum et Lectum promontoria: hodie Christianis *Sancta Maria*, Turcis *Carasia*, si Leunclavio fides.

z *Quæ in Asia sint*] In Asia nempe propria, aut certe in citeriori Minoris Asiæ parte.

a *Cis Taurum montem*] Quemadmodum Alpium nomine comprehenditur magna pars montium Europæorum; ita montium, qui per totam Asiam sparsi, generale nomen est Taurus. Proprie quidem Taurus dicitur, qui a Lycia versus occasum incipit, et Ciliciam a septemtrionali Asia dividit, crediturque ad extremos Sericæ fines in ortum pertingere. Sed ex eo plures hinc inde velut rami surgunt, tum ad boream, tum ad austrum, varia pro variis regionibus nomina sortiti.

se censebat, privatim (sic enim imperatum erat) P. Scipionis tentare animum est conatus. Omnium primum,[12] filium ei sine pretio redditurum regem, dixit; deinde, ignarus et animi Scipionis, et moris Romani, auri pondus ingens est pollicitus, et, nomine tantum regio excepto, societatem omnis regni, si per eum pacem impetrasset. Ad ea Scipio: 'Quod Romanos omnes, quod me, ad quem missus es, ignoras, minus miror, cum te fortunam ejus, a quo venis, ignorare cernam. Lysimachia tenenda erat, ne Chersonesum intraremus, aut ad Hellespontum obsistendum, ne in Asiam trajiceremus; si pacem tanquam ab solicitis de belli eventu petituri eratis. Concesso vero in Asiam transitu, et non solum frænis,[b] sed etiam jugo accepto,[13] quæ disceptatio ex æquo, cum imperium patiendum sit, relicta est? Ego ex munificentia regia maximum donum filium habebo:[14] aliis, Deos precor, ne unquam fortuna egeat mea; animus certe non egebit.[b] Pro tanto in me munere gratum me esse in se sentiet, si privatam gratiam pro privato beneficio desiderabit. Publice nec habeo quicquam ab illo, nec dabo. Quod in præsentia dare possim, fidele consilium est. Abi, nuntia meis verbis, bello absistat, pacis conditionem nullam recuset.' Nihil ea moverunt regem, tutam fore belli aleam ratum,[c] quando perinde ac victo jam sibi leges dicerentur. Omissa igitur in præsentia mentione pacis, totam curam in belli apparatum intendit.

[b] *Deos oro, ut nunquam eo me redigat fortuna, ut aliis regis donis indigeam, animo certe nunquam indigebo illius munificentia.*

12 *Animum conatus, Omnium primum,* omisso *est,* Gron. Doujat. Crev.—13 'Plutarchus aliter in Apophthegm. *non solum fræno, sed etiam insessore.*' Sigon.—14 *Habeo* Drak. Doer. Ernest.

NOTÆ

[b] *Et non solum frænis*] Alludit Scipio ad apologum equi, relatum ab Aristotele II. Rhetoric. cujus et Plut. meminit; ita tamen ut pro *jugo* insessor subjiciatur, dicaturque non solum fræno, sed etiam *insessore* accepto, non amplius de conditionibus, sed de obsequio agendum.

[c] *Tutam fore belli aleam ratum*] Gallice *croyant qu'il n'y avoit rien à risquer*

37. Consul, omnibus præparatis ad proposita exequenda, cum ex stativis movisset, Dardanum [d] primum, deinde Rhœteum,[e] utraque civitate obviam effusa, venit. Inde Ilium [f] processit, castrisque in campo, qui est subjectus mœnibus, positis, in urbem arcemque cum escendisset,[14] sacrificavit Minervæ præsidi arcis, et Iliensibus in [15] omni rerum verborumque honore ab se oriundos Romanos præferentibus, et Romanis lætis origine sua. Inde profecti sextis castris [g] ad caput Caici [h] amnis pervenerunt. Eo et Eumenes rex, conatus primo ab Hellesponto reducere classem in hyberna Elæam, adversis deinde ventis cum aliquot diebus superare Lecton promontorium [i] non potuisset, in terram egressus, ne deesset principiis rerum, qua proximum fuit,[k] in castra Romana cum parva manu contendit. Ex castris Pergamum remissus ad commeatus expedien-

14 *Ascendisset* Gron. Donjat. Crev.—15 Τὸ *in* eleganter abfuturum monent

NOTÆ

en faisant la guerre, puisque dès à présent on lui imposoit les loix de même que s'il étoit déjà vainçu.

[d] *Dardanum*] Dardanum sive Dardania urbs fuit minoris Mysiæ, quæ postea regio in Hellesponti fere nomen transiit, a Dardano rege Trojanorum primo condita dictaque, ad oram freti Hellespontici Asiaticam, inter Abydum et Rhœteum: hodie *Dardanello* vocatur, quod nomen non modo ad oppositum huic in Europa castellum; sed ad duas quoque arces sinus Corinthiaci faucibus imminentes porrectum.

[e] *Deinde Rhœteum*] Oppidi et promontorii nomen in Troade, Sigæo ad boream, nunc *Pefkian* Turcis, auctore Leunclavio.

[f] *Inde Ilium*] Ab Ilo Trojanorum rege nomen habuit Ilium, sicut a Troë Troja, minoris Phrygiæ urbs inter oram Hellesponti et Idam montem: a Græcis eversa, sed postea restituta, et aliquo apud Romanos in pretio ob Æneæ memoriam. Visuntur adhuc ruinæ, XIII. circiter milliari a littore maris, servantque nomen Trojæ.


[g] *Sextis castris*] Gallice *dans six journées d'armée.* Quòd tamen creditu difficile in tanta distantia.

[h] *Ad caput Caici*] Fluvius est in Mysia, cujus origo in confinio majoris Phrygiæ, juxta Pergamum decurrens, et in sinum Elaiticum sese exonerans, ex adverso Mitylenes: vulgo *Chiai,* vel, ut alii volunt, *Girmasti.*

[i] *Lecton promontorium*] In Troade, inter Sigæum et Asson promontoria fuit Lecton, in quod Ida mons desinit: id Æolida et Troada disterminabat, teste Plinio. Hodie *Scorpiata* vocatur Sophiano.

[k] *Qua proximum fuit*] Gallice *par le plus court chemin.*

dos, tradito frumento, quibus jusserat consul, in eadem stativa rediit. Inde, plurium dierum præparatis cibariis, consilium erat ire ad hostem, priusquam hyems opprimeret. Regia castra circa Thyatira erant. Ibi cum audisset Antiochus, P. Scipionem ægrum Elæam delatum, legatos, qui filium ad eum reducerent, misit. Non solum animo patrio gratum munus, sed corpori quoque salubre gaudium fuit; satiatusque tandem complexu filii, 'Renuntiate,' inquit, 'gratias regi me agere: referre gratiam aliam nunc non posse, quam ut suadeam, ne ante in aciem descendat, quam ut[16] in castra[l] me redisse audierit.' Quanquam sexaginta duo millia[17] peditum, plus duodecim millia equitum animos interdum ad spem certaminis faciebant; motus tamen Antiochus tanti auctoritate viri, in quo ad incertos belli eventus omnis fortunæ posuerat subsidia, recepit se, transgressus Phrygium amnem,[m] circaque Magnesiam,[18] quæ ad Sipylum[n] est, posuit castra; et ne, si[19] extrahere tempus vellet, munimenta Romani tentarent, fossam sex cubita altam, duodecim latam cum duxisset, extra duplex vallum fossæ circumdedit: interiore labro



Duk. et Crev.—16 'Τὸ *ut* pro ubi vel postquam dictum putabat Jac. Periz. sed delere malebant Gron. Crev. et Oudend. ad Front.' *Rupert.* *Ut* del. Kreyssig.—17 *Septuaginta millia* Gron. Doujat. Crev.—18 *Et transgress. . . . . circa Magnesiam* Kreyssig. pro *transgressus* malit J. F. Gron. simpliciter *trans*, ut jungatur cum *se recepit*.—19 *Dum* Gron. Doujat. Crev. et mox eæd. habent *cubitis* pro *cubita*.

NOTÆ

[l] *Ut in castra*] *Ut* pro ubi sive cum; Gallice *après qu'il aura su que je sois de retour au camp.*

[m] *Transgressus Phrygium amnem*] Refert Appianus Antiochum castra transtulisse circa montem Sipylum, et murum permunitum copiis suis circumdedisse, Phrygiumque fluvium hostibus opposuisse, quasi pro munimento. Sed quis ille Phrygius amnis? Hermum opinor significari, qui e Phrygia oritur, quamvis per Lydiam et Æolidem fluat. Sic igitur castra Antiochi ad Thyatira cis Hermum, et dextra ejus ripa, fuerint: qui Romanis a Caico venientibus oppositus.

[n] *Circaque Magnesiam, quæ ad Sipylum*] Hæc Magnesia Lydiæ urbs in confinio Phrygiæ magnæ fuit sub monte Sipylo, hodie *Magnisa* auctore Leunclavio, diversa ab ejusdem nominis urbe Cariæ ad Mæandrum, vulgo nunc *Mangresia:* diversa quoque ab Magnesia Thessaliæ regione.

murum cum turribus crebris objecit; unde facile arceri transitu fossæ hostis posset.

38. Consul, circa Thyatira regem esse ratus, continuis itineribus quinto die ad Hyrcanum campum[20][o] descendit. Inde cum profectum audisset, secutus vestigia citra Phrygium amnem, quatuor millia ab hoste, posuit castra. Eo mille ferme equites, (maxima pars Gallogræci erant et Dahæ quidam aliarumque gentium sagittarii equites intermixti,) tumultuose amne trajecto, in stationes impetum fecerunt. Primo turbaverunt incompositos. Deinde, cum longius certamen fieret,[1] Romanorum, ex propinquis castris facili subsidio, cresceret numerus, regii, fessi jam et plures non sustinentes,[c] recipere se conati, circa ripam amnis, priusquam flumen ingrederentur, ab instantibus tergo aliquot interfecti sunt. Biduum deinde silentium fuit,[d] neutris transgredientibus amnem. Tertio post die Romani simul omnes transgressi sunt, et duo millia fere[2] et quingentos passus ab hoste posuerunt castra. Metantibus et muniendo occupatis,[e] tria millia delecta equitum peditumque regiorum magno terrore ac tumultu advenere. Aliquanto pauciores, qui in statione erant, duo tamen millia, per se, nullo[3] a munimento castrorum milite avocato, et primo æquum prælium sustinuere, et, crescente certamine, pepulerunt hostes, centum ex his occisis, centum ferme

[c] *Et cum resistere non possent pluribus.*
[d] *Quieverunt utrique per duos dies a bellicis actibus.*
[e] *Cum Romani castra metarentur, et simul in iis vallo muniendis occuparentur.*

20 ‘*Hyrcamum* et *Hyrcaneum* quidam Mss. *Hyrcanium* conj. Drak.’ *Rupert.*—1 ‘Recte interpretes desiderant copulam; itaque jam Glareanus legendum esse monebat *Romanorumque;* sed propius ad veritatem legeris cum Drak. *et Romanorum;* quia τὸ *et* ab extrema syllaba præcedentis vocis absorptum esse videri potest.’ *Doering.*—2 *Ferme* Gron. Doujat. Crev.—3 *Duo tantum millia* ex emend. Gron. habet Crev. Habent Gron. Doujat. *aliquanto pauciores in statione erant, et tamen per se nullo.*

NOTÆ

[o] *Ad Hyrcanum campum*] Agrum, opinor, intelligit Hyrcaniæ in Mysia majori inter Caicum et Hermum fluvios: forte idem quod Plinio Hieracome, cujus incolæ Hieracomitæ, lib. v. cap. 25.

captis. Per quatriduum insequens instructæ utrimque acies pro vallo stetere. Quinto die Romani processere in medium campi. Antiochus nihil promovit signa, ita ut extremi minus mille pedes a vallo abessent.

39. Consul, postquam detrectari certamen vidit, postero die in consilium advocavit, 'Quid sibi faciendum esset, si Antiochus pugnandi copiam non faceret? Instare hyemem. Aut sub pellibus habendos milites fore, aut, si concedere in hyberna vellent, differendum esse in æstatem bellum.' Nullum unquam hostem Romani æque contemserunt. Conclamatum undique est, 'duceret extemplo, et uteretur ardore militum;' qui, tanquam non pugnandum cum tot millibus hostium, sed par numerus pecorum trucidandus esset, per fossas, per vallum castra invadere parati erant, si in prælium hostis non exiret. Cn. Domitius,[p] ad explorandum iter, et qua parte adire vallum hostium posset, missus, postquam omnia certa retulit, postero die propius castra admoveri placuit. Tertio signa in medium campi prolata, et instrui acies cœpta est. Nec Antiochus ultra tergiversandum ratus, ne et suorum animos minueret detrectando certamen, et hostium spem augeret, et ipse copias eduxit; tantum progressus a castris,[4] ut dimicaturum appareret. Romana acies unius prope formæ fuit et hominum et armorum genere. Duæ legiones Romanæ, duæ socium[5] [q] ac Latini nominis erant; quina millia et quadringenos[6] singulæ habebant. Romani mediam aciem,



4 *E cast.* Gron. Crev.—5 'Cum nomen *legionis* ad solos Romanos, *alæ* vero ad socios pertineat, Crevierius legi jubet *duæ alæ socium cett.*' Doering. —6 'Duker. non dubitat, quin pro *quadringenos* legendum sit *ducenos.* Nec parvi momenti sunt argumenta, quæ ille ad hanc conjecturam confirmandam

NOTÆ

p *Cn. Domitius*] Plut. Apophthegm. *Caium* nominat, scribitque eum a magno Scipione datum Lucio fratri, qui pro se ei hoc in bello adesset: ipse enim morbo laborabat.

q *Duæ socium*] Romanorum tantum legiones erant, non sociorum: sed ita accipiendus est auctor, ut velit Latinos aliosque socios Romanis armis instructos numero Romanorum respondisse.

cornua Latini tenuerunt: hastatorum prima signa,[r] deinde principum erant, triarii postremos claudebant. Extra hanc veluti justam aciem a parte dextra consul Achæorum cætratis immixtos auxiliares Eumenis,[s] tria millia ferme peditum, æquata fronte instruxit: ultra eos equitum minus tria millia opposuit; ex quibus Eumenis octingenti, reliquus omnis equitatus Romanus erat: extremos Tralles[7] et Cretenses[t] (quingentorum utrique numerum explebant) statuit. Lævum cornu non videbatur egere talibus auxiliis,[8] quia flumen ab ea parte ripæque deruptæ claudebant. Quatuor tamen inde[u] turmæ equitum oppositæ. Hæc summa copiarum erat Romanis; et duo millia mixtorum Macedonum Thracumque, qui voluntate secuti erant, præsidio[9] relicti sunt[10 x] castris. Sexdecim elephantos post triarios in subsidio locaverunt. Nam, præterquam quod multitudinem regiorum elephantorum (erant autem quatuor et quinquaginta) sustinere non videbantur posse, ne pari quidem numero Indicis Africi resistunt; sive quia mag-

protulit.' *Doering*.—7 *Trallos* Doujat. Vid. Not. Delph. inf.—8 'A Mog. est: prius edebatur *non verebatur talibus*. An fuit *non egere rebantur talibus auxiliis?*' J. F. Gron.—9 *Erant. Hi præsidio* Kreyssig.—10 Vet. lib. apud Sigon. *quindecim*.

NOTÆ

[r] *Hastatorum prima signa*] De hoc, deque aliis duobus militiæ Romanæ ordinibus, vide lib. VIII. cap. 8.

[s] *Achæorum cætratis immixtos auxiliares Eumenis*] Adjunctos ait Eumenis fœderati milites Achæis, qui cætris seu peltis, id est, brevioribus clypeis lunatis, armati.

[t] *Tralles* [*Trallos*] *et Cretenses*] Scripti habent *Tralleis:* Appianus *Cretes* et *Trallianos* vocat. Sed Noster melius *Trallos:* quod nomen est gentis Illyricæ apud Steph. ut Sigon. observat, eo nomine Glareanum reprehendens, quod *Triballos* legere maluerit. Sed fallor nisi *Trallos* vel *Tralles*, pro *Triballis*, Stephanus dicit, sive Theopompus apud Stephanum. Triballorum quippe nomen in Illyrici Thraciæque confinio omnibus notum. Tralles, nemini veterum auctorum cognitum, nisi pro urbe Lydiæ, cujus nomen Græcis notius, facile Theopompum ejusve exscriptores in errorem inducere potuit.

[u] *Inde*] A lævo scilicet cornu.

[x] *Præsidio relicti sunt*] Refertur ad duo millia. Ita cap. sequenti, 'similiter his armati duo millia Cappadocum ab Ariarate missi rege:' sic itaque armati, missi, relicti, intelliguntur milites Macedones, Tralles, Cappadoces ad duo millia: exulet igitur pronomen *hi*, ante nomen *præsidio* insertum a Moguntinis contra fidem membranarum, teste Gron.

nitudine, (longe enim illi præstant,) sive robore animorum vincuntur.

40. Regia acies varia magis multis gentibus, dissimilitudine armorum auxiliorumque erat. Decem et sex millia peditum more Macedonum armati fuere, qui phalangitæ [y] appellabantur. Hæc media acies fuit in fronte,[11] in decem partes divisa. Partes eas interpositis binis elephantis distinguebat: a fronte introrsus in duos et triginta ordines armatorum acies patebat. Hoc et roboris in regiis copiis erat, et, perinde cum alia specie, tum eminentibus tantum[f] inter armatos elephantis, magnum terrorem præbebat. Ingentes ipsi erant. Addebant speciem frontalia et cristæ et tergo impositæ turres turribusque superstantes, præter rectorem, quaterni armati. Ad latus dexterum phalangitarum mille et quingentos equites Gallogræcorum opposuit. His tria millia equitum[12] loricatorum (cataphractos ipsi appellant)[z] adjunxit. Addita his ala mille ferme equitum: agema[a] eam vocabant. Medi erant[b] lecti viri et ejusdem

[f] *Adeo eminentibus.*

11 *Fuit, in fronte* Kreyssig. In Gron. Doujat. hæc sine ulla distinctione leguntur. Mox '*Interpositi bini elephanti distinguebant* conj. Crev. Lenior medicina, *partes eæ interpositis binis e. distinguebantur.*' Rupert.—12 *Mille*

NOTÆ

[y] *Qui phalangitæ*] Milites, ex quibus constabat phalanx in militia Macedonica, phalangitæ dicebantur, quemadmodum in Romana legionarii, ex quibus legio.

[z] *Cataphractos ipsi appellant*] Ea voce Græci bene munitos, et armis velut obseptos significant: quo equitum genere usos Gallos constat, qui postea crupellarii apud Tacit. III. Annal. A Nazario in Panegyr. Constantini, et Ammiano Marcell. XVI. Histor. clibanarii, seu Persico, seu Græco vocabulo dicti; qui 'tegminibus ferreis absconditos bellatores' vocat. Nazar. sic describit: 'operimento ferri equi atque homines pariter obsepti. Superne omnibus tectis equorum pectoribus, demissa lorica, et crurum tenus pendens sine impedimento gressus a noxa vulneris vindicabat.'

[a] *Agema*] Græca hæc vox significat selectum equitum agmen quod regem præibat.

[b] *Medi erant*] E Media, quæ ingens superioris seu majoris Asiæ trans Tigrin regio, cui nomen a Medo Jasonis filio inditum volunt. Ei finitimæ ab occasu Armenia major atque Assyria, ad ortum Parthia et Hyrcania, ad meridiem Susiana: a septemtrione ad mare Caspium protendebatur, atque in plures provincias divisa: hodie sub Persis magna ex parte *Servan.* Urbium caput Ec-

regionis mixti multarum gentium equites.[c] Continens his grex sedecim[13] elephantorum est oppositus in subsidiis: ab eadem parte, paululum producto cornu, regia cohors erat: Argyraspides[d] a genere armorum appellabantur. Dahæ[14] deinde, equites[e] sagittarii, mille et ducenti. Tum levis armatura trium millium, pari ferme numero pars Cretenses, pars Tralles.[f] Duo millia et quingenti Mysi sagittariis[g][15] adjuncti erant. Extremum cornu claudebant quatuor millia mixti Cyrtæi[16] funditores[h] et Elymæi sagittarii.[i] Ab lævo cornu phalangitis adjuncti erant Gallo-



quingentos pedites . . . tria millia peditum edd. ante Sigon.—13 *Sexdecim* Kreyssig.—14 Vet. lib. apud Sigon. *Dacæ.*—15 *Sagittarii his* Kreyssig. Vet. lib. etiam apud Sigon. prob. *sagittarii.*—16 ' *Cyrtæi* forte sunt iidem qui *Cyrtii* dicuntur XLII. 58. extr. Schweigh. suspicatur eorum nomen superesse in

NOTÆ

batana, nunc *Tauris.*

[c] *Ejusdem regionis mixti multarum gentium equites*] Si ejusdem regionis, quomodo multarum gentium? ejusdem regionis nomine intelligit, ni fallor, provincias quæ ultra Euphratem et Tigrin Medis paruerant, eodemque ferme habitu et moribus haud absimilibus utebantur, et nunc ex parte Antiocho suberant. Hæ quippe nationes Medorum nomine sæpe comprehensæ, ut apud Satyr. 'epotaque flumina Medo pandente,' de exercitu Xerxis; et apud Lucan. 'Achæmeniis decurrant Medica Susis agmina.'

[d] *Argyraspides*] Argenteis clypeis armati, ceteroque apparatu splendidiores, deducto ab Alexandri Magni militia more ac nomine. Appianus hic equites facit, Diodorus in Alexandro pedites.

[e] *Dahæ deinde, equites*] In veteribus libris *Dacæ*, et ab Appiano *Daci*, confusis nominibus Daharum qui ad Caspium mare in Asia degebant, cum nomine Dacorum, Istri accolarum, in Europa, qui ante Aurelianum trans Danubium erant, ubi nunc Transsylvania: ab eo translati cis Danubium in parte Mœsiarum, ubi Servia, et Bulgariæ pars occidua.

[f] *Pars Tralles*] Parum refert Tralles fuerint Asiatici Antiocho subjecti, an Triballi, seu Tralles Illyrici Thraciæ proximi ab eō mercede conducti.

[g] *Mysi sagittariis*] E Mysia Minoris Asiæ regione, quæ ex parte in ditione Antiochi. Dividebatur in majorem et minorem. Distinguendæ porro hæ Mysiæ Asiaticæ, ab Europæis ad Istri ripam dextram Mœsiis, superiore et inferiore, quas non pauci Mysias corrupte appellant, inque his forte, quod utrarumque incolæ ab eadem origine.

[h] *Cyrtæi funditores*] Cyrtæorum seu Cyrtiorum Asiatici populi meminit Strabo lib. II. eosque Caddusiis et Amardis finitimos facit, quæ gentes per Zagrum et Niphatem montes sparsæ, latrociniis infames erant in Mediæ Armeniæque tractu.

[i] *Et Elymæi sagittarii*] Elymæi, qui sacris literis Elamitæ, ab Elima urbe dicti, in parte occidentali Susia-

græci equites[17] mille et quingenti: et similiter his armati duo millia Cappadocum:[k] (ab Ariarathe[l] missi erant regi.[18]) Inde auxiliares mixti[m] omnium generum duo millia et septingenti, et tria millia cataphractorum equitum, et mille alii equites, regia ala[n] levioribus tegumentis suis equorumque, alio haud dissimili habitu: Syri plerique[o] erant, Phrygibus et Lydis immixti. Ante hunc equitatum falcatæ quadrigæ[p] et cameli, quos appellant dromadas.[q] His insidebant Arabes sagittarii, gladios habentes tenues, longos quaterna cubita,[r] ut ex tanta altitudine contingere hostem possent. Inde alia multitudo, par ei, quæ in dextro cornu erat; primi Tarentini,[s] deinde Gallogræcorum equitum duo millia et quingenti, inde Neocretes mille,[t] et

Curdorum nomine.' *Rupert.*—17 In edd. ante Sigon. *pedites.*—18 *Cappadocum ab Ariathe missi rege,* signis parentheseos omissis, Gron. Doujat. Crev.—

NOTÆ

næ Persici imperii provinciæ fuere, inter Eulæum ac Tigrim fluvios: regio Elymais.

[k] *Duo millia Cappadocum*] Late patens in Minori Asia fuit Cappadocum natio: inter Galatiam ad occasum, atque Armeniam minorem ad ortum, a Tauro monte, ac Cilicia ad pontum usque Euxinum, nisi quod ei post detracta ora maritima. Caput Mazaca, quæ post Cæsarea magna. Regio Turcis hodie *Amasia,* magna ex parte.

[l] *Ab Ariarathe*] Plures fuere hoc nomine reges Cappadocum: hic de quo nunc agitur quintus eo nomine a Pharnace primo rege 13. numeratur.

[m] *Auxiliares mixti*] Appiano ξένοι dicuntur, id est, peregrini seu alienigenæ.

[n] *Regia ala*] Amicorum scilicet, et sodalium, ut ex Appiano liquet.

[o] *Syri plerique*] Syriam plerique cum Assyria confundunt. Vide XXXV. 13.

[p] *Falcatæ quadrigæ*] Hos currus falcatos (fere ut hic Noster) describit Curt. lib. IV. 'ex summo temone hastæ præfixæ ferro eminebant: utrimque a jugo ternos direxerant gladios: et inter radios rotarum plura spicula eminebant in adversum. Aliæ deinde falces summis rotarum orbibus hærebant, et aliæ in terram demissæ, quicquid obvium concitatis equis fuisset, amputaturæ.'

[q] *Cameli, quos appellant dromadas*] Dromades Græce a cursu vocantur. Camelorum genus, qui minoris staturæ sunt, sed velociores ceteris.

[r] *Gladios habentes tenues, longos quaterna cubita*] Istiusmodi enses nostris hominibus *estocs,* vel *estocades: cubita* autem in neutro, perinde ac masculino.

[s] *Primi Tarentini*] Hujusmodi equitum qui Tarentini dicti, binos singuli equos trahebant, meminit Ælian. in Tact. De his dictum etiam lib. XXXV.

[t] *Neocretes mille*] Novi nimirum ex Creta insula milites.

eodem armatu Cares[u] et Cilices mille et quingenti, et totidem Tralles, et tria millia cætratorum; (Pisidæ hi[19] erant et Pamphylii et Lycii;) tum Cyrtæorum et Elymæorum paria in dextro cornu locatis auxilia, et sexdecim elephanti modico intervallo distantes.

41. Rex ipse in dextero[20] cornu erat: Seleucum filium et Antipatrum fratris filium in lævo præposuit: media acies tribus permissa, Minioni et Zeuxidi et Philippo magistro elephantorum.[x] Nebula matutina, crescente die levata in nubes, caliginem dedit. Humor inde, ab austro velut, perfudit omnia. Quæ nihil admodum Romanis, eadem perincommoda regiis erant. Nam et obscuritas lucis in acie modica Romanis non adimebat in omnes partes conspectum; et humor, toto fere gravi armatu,[y] nihil gladios aut pila hebetabat. Regii, tam lata acie, ne ex medio quidem cornua sua circumspicere poterant, nedum extremi inter se conspicerentur; et humor arcus fundasque et jaculorum amenta emollierat. Falcatæ quoque quadrigæ, quibus se perturbaturum hostium aciem Antiochus crediderat, in suos terrorem verterunt. Armatæ autem in hunc maxime modum erant. Cuspides circa temonem ab jugo decem cubita[1] extantes, velut cornua, habebant,

19 *Hi* et signa parentheseos del. eæd.

20 *Dextro* Kreyssig.—1 ‘ Verba *X. cubita* jungi non possunt, cum sit enorme nec rei conveniens. Hinc Scheffer h. l. emend. *cubito*, non male; sed vox *decem* ita prius fuisset posita. *II. cubita*, (duo s. bina) vel *cuspides circa temonem et ab jugo decem cubita e.* h. e. quamque decem cuspidum extantem unum

NOTÆ

[u] *Et eodem armatu Cares*] More scilicet Cretensium armati milites ex Caria provincia Minoris Asiæ.

[x] *Minioni et Zeuxidi et Philippo magistro elephantorum*] Pro *Minione*, *Mendis* est apud Appianum, qui phalangi præpositum memorat Philippum elephantarchen: lævi autem cornu equitibus Seleucum solum præficit.

[y] *Et humor, toto fere gravi armatu*] Significat humorem Romanis, quorum totus fere exercitus graviter armatis constabat, parum obfuisse; multum vero regiis attulisse incommodi, utpote levius armatis, et quorum pars magna sagittarii funditoresque essent, aut jaculis uterentur, aut hastis amentatis, id est, loro seu habena religatis uterentur. Frontin. IV. Strategem. quod militum Antiochi arcus madentibus nervis inhabiles

quibus, quicquid obvium daretur, transfigerent: et in extremis jugis binæ circa eminebant falces; altera æquata jugo, altera inferior in terram devexa: illa, ut, quicquid ab latere objiceretur, abscinderet; hæc, ut prolapsos subeuntesque contingeret. Item ab axibus rotarum utrimque binæ eodem modo diversæ deligabantur falces. Sic armatas quadrigas, quia, si in extremo, aut in medio locatæ forent, per suos agendæ erant, in prima acie, ut ante dictum est, locaverat rex. Quod ubi Eumenes vidit, haud ignarus pugnæ, et quam anceps esset auxilii genus, si quis pavorem magis equis injiceret, quam justa adoriretur pugna, Cretenses sagittarios funditoresque et jaculatores equitum,[2] non confertos, sed, quam maxime possent, dispersos, excurrere jubet; simul omnibus partibus tela ingerere. Hæc velut procella, partim vulneribus missilium undique conjectorum, partim clamoribus dissonis, ita consternavit equos, ut repente, velut effrænati, passim incerto cursu ferrentur: quorum impetus et levis armatura, et expediti funditores et velox Cretensis momento declinabant: et eques insequendo tumultum ac pavorem equis camelisque, et ipsis simul consternatis, augebat, clamore et ab alia circumstantium turba multiplici adjecto. Ita medio inter duas acies campo exiguntur quadrigæ; amotoque inani ludibrio, tum demum ad justum prælium, signo utrimque dato, concursum est.

42. Ceterum vana illa res veræ mox cladis causa fuit. Auxilia enim subsidiaria, quæ[3] proxima locata erant, pavore et consternatione quadrigarum territa, et ipsa in fugam versa, nudarunt omnia usque ad cataphractos equites. Ad



cubitum, conj. Drak.' *Rupert.*—2 'Cum infra quatuor diversa militum genera, 'levis armatura, expediti funditores, velox Cretensis, et eques,' quadrigas illas expulisse dicantur, Crev. hic aliquid excidisse, v. c. *cum aliquot turmis equitum* conjectat.' *Doering.*

NOTÆ

facti essent, causam assignat imbri continuo, quo vexatus die ac nocte fuerat exercitus: ideoque L. Scipionem ait suos exhortatum esse, ut postero, quamvis religioso die, prælium committeretur.

quos cum, dissipatis subsidiis, pervenisset equitatus Romanus, ne primum quidem impetum pars eorum[4] sustinuerunt. Alii fusi sunt; alii propter gravitatem tegumentorum[z] armorumque oppressi sunt. Totum deinde lævum cornu inclinavit; et, turbatis auxiliaribus, qui inter equites[5] et, quos appellant phalangitas, erant, usque ad mediam aciem terror pervenit. Ibi simul perturbati ordines, et impeditus intercursu suorum usus prælongarum hastarum, (sarissas Macedones vocant,) intulere signa Romanæ legiones, et pila in perturbatos[6] conjecere. Ne interpositi quidem elephanti militem Romanum deterrebant, assuetum jam ab Africis bellis et vitare impetum belluæ, et ex transverso aut pilis incessere, aut, si propius subire posset, gladio nervos incidere. Jam media acies fere omnis a fronte prostrata erat, et subsidia circumita a tergo cædebantur, cum in parte alia fugam suorum, et prope jam ad ipsa castra clamorem paventium accepere. Namque Antiochus a dextro cornu, cum ibi fiducia fluminis nulla subsidia cerneret, præter quatuor turmas equitum, et eas, dum applicant se suis, ripam nudantes, impetum in eam partem cum auxiliis et cataphracto equitatu fecit:[7] nec a fronte tantum instabat, sed, circumito a flumine cornu, jam ab latere urgebat; donec fugati equites primum, deinde proximi peditum effuso cursu ad castra compulsi sunt.

43. Præerat castris M. Æmilius tribunus militum, M. Lepidi filius, qui post paucos annos[8] pontifex maximus factus est. Is, qua fugam cernebat suorum, cum præsidio

3 *Subsidiaque, quæ* edd. ante Sigon.—4 ‘ Delenda forte verba *pars eorum*, certe *pars*, et deinde alterutrum *sunt*.’ Crev. et Gron.—5 *Equitem* Gron. Doujat. Crev.—6 *Inter turbas* edd. ante Sigon.—7 *Facit* Gron. Doujat. Crev.
8 *Post annos paucos* Gron. Doujat. Crev. Mox pro *suorum* dederat Fro-

NOTÆ

[z] *Propter gravitatem tegumentorum*] De crupellariis Gallorum, qui in exercitu Sacro-viri, idem testatur Tac. III. Ann. quos, laminis ferreis adversus pila et gladios resistentibus, ait securibus cæsos, furcis prostratos, jacentesque nullo ad resurgendum nisu quasi exanimes relictos. Gallice, *parce qu'il leur étoit impossible de se relever quelque effort qu'ils fissent*.

omni occurrit, et stare primo, deinde redire in pugnam, jubebat, pavorem et turpem fugam increpans. Minæ exinde erant, in perniciem suam cæcos ruere, ni dicto parerent. Postremo dat signum suis, ut primos fugientium cædant, turbam insequentium ferro et vulneribus in hostes redigant.[g] Hic major timor minorem vicit. Ancipiti coacti metu primo constiterunt; deinde et ipsi redierunt in pugnam, et Æmilius cum suo præsidio (erant autem duo millia virorum fortium) effuse sequenti regi acriter restitit. Et Attalus, Eumenis frater, a dextro cornu, a quo lævum hostium primo impetu fugatum fuerat, ut ab sinistro fugam suorum et tumultum circa castra vidit, in tempore cum ducentis equitibus advenit. Antiochus, postquam et eos, quorum terga modo viderat, repetentes pugnam, et aliam et a castris et ex acie affluentem turbam conspexit, in fugam vertit equum. Ita utroque cornu victores Romani per acervos corporum (quos in media maxime acie cumulaverant, ubi et robur fortissimorum virorum, et arma gravitate fugam impedierant) pergunt ad castra diripienda. Equites primi omnium Eumenis, deinde et alius equitatus toto passim campo sequuntur hostem, et postremos, ut quosque adepti sunt,[a] cædunt. Ceterum fugientibus major pestis, intermixtis[b] quadrigis elephantisque et camelis, erat et sua ipsorum turba; cum, solutis ordinibus, velut cæci super alios alii ruentes, incursu[9] belluarum obtererentur. In castris quoque ingens et major prope quam in acie cædes est edita. Nam et primorum fuga in castra maxime

[g] *Agant iterum et cogant redire adversus hostes.*



ben. *sociorum* sine omni vett. librr. auctoritate.—9 Vulgat. ante Sigon. plurium vett. edd. lectio *ruerent et incursu.*

NOTÆ

[a] *Ut quosque adepti sunt*] Gallice, *à mesure qu'ils attrapoient les uns ou les autres.*

[b] *Major pestis, intermixtis*] Gallice, *ce qui fut le plus funeste aux fuyards, et qui en fit périr un plus grand nombre, fut l'embarras des chariots à quatre chevaux, des éléphants, et des chameaux, et par leur propre foule.*

inclinavit;[h] et hujus fiducia multitudinis, qui in præsidio erant, pertinacius pro vallo pugnarunt. Retenti in portis valloque, quæ se impetu ipso capturos crediderant, Romani, postquam tandem perruperunt, ab ira graviorem ediderunt cædem.

44. Ad quinquaginta millia peditum cæsa eo[10] die dicuntur, equitum tria millia; mille et quadringenti capti, et quindecim cum rectoribus elephanti. Romanorum aliquot vulnerati sunt; ceciderunt non plus trecenti pedites,[c] quatuor et viginti equites; et de Eumenis exercitu quinque et viginti.[11] Et illo quidem die victores, direptis hostium castris, cum magna præda in sua reverterunt; postero die spoliabant cæsorum corpora, et captivos contrahebant.[i] Legati ab Thyatira[d] et a Magnesia ad Sipylum[12][e] ad dedendas urbes venerunt. Antiochus, cum paucis fugiens, in ipso itinere pluribus congregantibus se, modica manu armatorum media ferme nocte Sardes contendit.[13][f] Inde,

[h] *Qui primi fugerant, hi versus castra sua præsertim delati fuerunt, seu castra petierunt maxima ex parte.*
[i] *Congregabant captivos.*

10 *Eâ* Gron. Doujat. Crev Mox pro *tria* Ald. recepit ex cod. Mog. *quatuor;* quod habent Gron. Doujat. Crev.—11 'Forte *quinqu decem* ex Appiano.' *Rupert.*—12 'Vett. codd. valde variant; plurimi tamen habent *a* vel *ab Sipylo* pro *ad Sipylum;* unde Spanhemius Nostrum scripsisse contendit *et a Magnesia ab Sipylo;* quod probat quoque Drak.' *Doering.* Vid. Not. Delph. inf.—13 *Concessit* Gron. Doujat. Crev.

NOTÆ

[c] *Non plus trecenti pedites*] Apud Appian. ex Romanis itidem quatuor et viginti equites, pedites trecenti, quos maxime Antiochus occidit: Eumenis tantum equites quindecim numerantur.

[d] *Ab Thyatira*] Plerumque neutro genere et plurali numero effertur hoc urbis nomen: sed et muliebri genere et numero singulari aliquando profertur, ut testatur Steph.

[e] *A Magnesia ad Sipylum*] In Regio est *et Magnesia ab Sipylo:* in aliis *et a Magnesia et a Sipylo:* vult Gronovius legi *a Magnesia sub Sipylo* ex Strabone, ubi hæc urbs Sipylo monti subjecta dicitur, qui mons Phlegræus ab Aristotele nominatur et Ceraunius a Plut. Hodie, teste Joanne Lydo, *Cusinas:* sed num potius Sipylum urbis nomen, unde, ut et a vicina Magnesia et a Thyatira, legati venerint?

[f] *Sardes contendit* [*Sardeis concessit*] Lydiæ caput fuit jam a Crœsi temporibus, in latere Tmoli montis ex quo Pactolus fluit, olim a Mæoniis Hyde vocitata, inter Mæandrum et Hermum: nunc *Sardia.*

cum audisset, Seleucum filium et quosdam amicorum Apameam prægressos,[g] et ipse quarta vigilia cum conjuge ac filia petit Apameam, Zenoni tradita custodia urbis, Timone Lydiæ præposito: quibus spretis, consensu oppidanorum et militum, qui in arce erant, legati ad consulem missi sunt.

45. Sub idem fere tempus et ab Trallibus,[h] et a Magnesia, quæ super Mæandrum est,[i] et ab Epheso legati ad dedendas urbes venerunt. Reliquerat Ephesum Polyxenidas, audita pugna, et, classe usque ad Patara Lyciæ pervectus,[14] metu stationis Rhodiarum navium, quæ ad Megisten erat,[15] in terram egressus, cum paucis itinere pedestri Syriam petiit. Asiæ civitates in fidem consulis ditionemque populi Romani sese tradebant. Sardibus jam consul erat. Eo et P. Scipio ab Elæa, cum primum pati laborem viæ potuit, venit. Sub idem fere tempus caduceator ab Antiocho per P. Scipionem a consule petiit impetravitque, ut oratores mittere liceret regi. Paucos post dies Zeuxis, qui præfectus Lydiæ fuerat, et Antipater fratris filius venerunt. Hi, prius Eumene convento, quem propter vetera certamina aversum maxime a pace credebant esse, et placatiore eo et sua et regis spe invento, tum P. Scipionem, et per eum consulem, adierunt; præbitoque iis petentibus frequenti consilio ad mandata edenda, 'Non tam, quid ipsi dicamus, habemus,'[16] inquit Zeuxis, 'quam ut a vobis quæramus, Romani, quo piaculo expiare errorem regis, pacem[17]

14 Vett. codd. variant; alii enim exhibent *provectus;* alii *prætervectus.*—15 *Erant* Crev.—16 '*Non tam quid ipsi cet.* Aliquid scabri in oratione esse videtur, et nescio utrum placere possit *non tam habemus, quid dicamus, quam ut quæramus;* Drak. Forte leg. *jam* pro *tam.*' Rupert.—17 'Desidero ante *pacem* copulam *et,* quæ in duobus membris rarius omitti solet.' *Doering.*—

NOTÆ

g *Apameam prægressos*] Plures sunt Apameæ: hæc Cibotos cognomine, id est, arca, in Phrygia Combusta seu meridionali erat, olim Celenæ, ad Marsyam amnem, qui Mæandro commiscetur, a Seleuco rege Syriæ primo condita: hodie *Apamis.*

h *Ab Trallibus*] Lydiæ fuit urbs Tralles, sive Trallis, inter Caistrum et Mæandrum fluvios; hodie *Chora.*

i *A Magnesia, quæ super Mæandrum est*] Jam diximus Cariæ urbem esse in Minori Asia, Epheso ad orientem: est enim in Ioniæ confinio, et vulgo *Mangresia* dicitur.

veniamque impetrare a victoribus possimus. Maximo semper animo victis regibus populisque ignovistis. Quanto id majore et placatiore animo decet vos facere in hac victoria, quæ vos dominos orbis terrarum fecit? Positis jam adversus omnes mortales certaminibus, haud secus quam Deos, consulere et parcere vos generi humano oportet.' Jam ante, quam legati venirent, decretum erat, quid responderetur: respondere Africanum placuit. Is in hunc modum locutus fertur: 'Romani ex iis, quæ in Deum immortalium potestate erant, ea habemus, quæ Dii dederunt. Animos, qui nostræ mentis sunt, eosdem in omni fortuna gessimus gerimusque; neque eos secundæ res extulerunt, nec adversæ minuerunt. Ejus rei, ut alios omittam, Hannibalem vestrum vobis darem testem, nisi vos ipsos dare possem. Postquam Hellespontum trajecimus, priusquam castra regia, priusquam aciem videremus, cum communis Mars et incertus belli eventus esset, de pace vobis agentibus, quas pares paribus ferebamus conditiones, easdem nunc victores victis ferimus. Europa abstinete, Asiaque omni, quæ cis Taurum montem est, decedite. Pro impensis deinde in bellum factis quindecim millia talentum Euboicorum [k] dabitis; quingenta præsentia, duo millia et quingenta, cum senatus populusque Romanus pacem comprobaverint,[18] millia deinde talentum per duodecim annos. Eumeni quoque reddi quadringenta talenta [m] et quod frumenti reli-

18 Vet. lib. apud Sigon. *comprobaverit.* Mox pro *millia*, edd. vett. *mille.* A

NOTÆ

[k] *Quindecim millia talentum Euboicorum*] Talentum Euboicum ex Festo erat quatuor millium denariorum, seu drachmarum Atticarum, et sic tertia parte minus talento Attico. Si plene per denarios numeres, talentum Euboicum æquabit mille sexcentas libras nostrates: ita quindecim millia efficient vicies quater centena millia librarum Francicarum, *vint quatre millions.* Sed majorem quantitatem senatus ab Antiocho postea exegit, ut videbimus lib. XXXVIII. cap. 38.

Quindecim millia talentum Euboicorum] Talentum Euboicum fuit 700 denariorum ex calculo Ed. Bernardi, hoc est 700 Philippeorum, seu florenorum bis mille centenorum. *J. Clericus.*

[m] *Reddi quadringenta talenta*] Euboica an Attica, non exprimitur: sed videlicet ea ejusdem generis cum su-

quum ex eo, quod patri debitum est, placet. Hæc cum pepigerimus, facturos vos ut pro certo habeamus, erit quidem aliquod pignus, si obsides viginti nostro arbitratu dabitis: sed nunquam [19] satis liquebit nobis, ibi pacem esse populo Romano, ubi Hannibal erit. Eum ante omnia deposcimus. Thoantem quoque Ætolum,[n] concitorem [20] Ætolici belli, qui et illorum fiducia vos, et vestra illos in nos armavit, dedetis, et cum eo Mnasilochum [1] Acarnana [o] et Chalcidenses Philonem et Eubulidam.[p] In deteriore sua fortuna pacem faciet rex, quia serius facit, quam facere potuit. Si nunc moratus fuerit, sciat, regum majestatem difficilius ab summo fastigio ad medium detrahi, quam a mediis ad ima præcipitari.' Cum his mandatis ab rege missi erant legati, ut omnem pacis conditionem acciperent. Itaque Romam mitti legatos placuit. Consul in hyberna [2] exercitum Magnesiam ad Mæandrum et Tralles Ephesumque divisit. Ephesum ad consulem paucos post dies obsides ab rege adducti sunt; et legati, qui Romam irent, venerunt. Eumenes quoque eodem tempore profectus est Romam, quo legati regis. Secutæ eos sunt legationes omnium Asiæ populorum.

46. Dum hæc in Asia geruntur, duo fere sub idem tempus cum triumphi spe proconsules de provinciis Romam redierunt, Q. Minucius ex Liguribus, M'. Acilius ex Ætolia. Auditis utriusque rebus gestis, Minucio negatus triumphus, Acilio magno consensu decretus; isque triumphans de rege Antiocho et Ætolis Urbem est invectus. Prælata sunt in eo [3] triumpho signa militaria ducenta

Mss. fere omnibus vox abest. *Millena talenta* conj. Budæus.—19 *Nusquam* Gron. Doujat.—20 *Concitatorem* edd. ante Gron.—1 Ita pro vulg. *Mnasimachum*, quod habent Gron. Doujat. Crev. reposuit Rupert. præeunte Crev. et prob. Drak.—2 Verba *in hyberna* ignorat Polyb.

NOTÆ

perioribus fuisse credibile est. Fient ergo 640000. librarum nostratium.

[n] *Thoantem quoque Ætolum*] De hoc Ætolorum prætore supra lib. XXXV. c. 12.

[o] *Mnasilochum* [*Mnasimachum*] *Acarnana*] Videtur idem esse qui Mnesilochus lib. XXXVI. c. 11.

triginta, et argenti infecti tria millia pondo,[q] signati tetradrachmum [r] Atticum centum tredecim millia, [s] cistophorum ducenta quadraginta octo,[t] vasa argentea cælata multa magnique ponderis. Tulit et supellectilem regiam argenteam ac vestem magnificam; coronas aureas, dona sociarum civitatium, quadraginta quinque; spolia omnis generis: captivos nobiles, Ætolos et regios duces, sex et triginta duxit.[4] Damocritus Ætolorum dux paucos ante dies, cum e carcere nocte effugisset, in ripa Tiberis consecutis



3 *Eo* del. Gron. Doujat. Crev.—4 'Numerorum notas, invitis Mss. erroris suspectas habet Pigh. in Ann. ad a. 563. Sup. cap. 3. legitur 'principes

NOTÆ

[p] *Philonem et Eubulidam*] Hi Chalcidenses ut Romanis dederentur fœdere deinde comprehensum est. lib. XXXVIII. c. 38.

[q] *Argenti infecti tria millia pondo*] Gall. *la valeur de* 108000. *liv. en lingots.*

[r] *Tetradrachmum, &c.*] Tetradrachmum Atticum est circiter 24. stuverorum Hollandicorum. Cistiphori 5. ferme tetradrachmum æquant. *J. Clericus.*

[s] *Tetradrachmum Atticum centum tredecim millia*] Gallice, *la valeur de cent quatre vints mille huit cens livres en pieces de quatre drachmes.*

[t] *Cistophorum ducenta quadraginta octo*] Græcorum nummi argentei minores erant hi cistophori, ex eo sortiti appellationem quod signati essent forma κιστοφόρου, seu *cistam ferentis*: insculptas enim habebant imagines eorum qui cistis inclusa gerebant arcana sacrorum mysticorum, quod fieri solitum in Cybeles mysteriis, Bacchi orgiis, Cereris initiis, Isidis sacris, ut observat Turneb. lib. III. Adversar. c. 5. et 21. itemque lib. XVI. c. 4. Habebant autem hi nummi rationem ad denarium subsesquiquartam, quatuor enim denarii septem cistophoros cum semisse valent, quemadmodum ex Festo idem Turnebus ratiocinatur. Scribit enim Festus talentum Euboicum, nummo Græco, 'septem millium et quingentorum cistophorum' fuisse; Romano vero quatuor millium denariorum. Videtur itaque cistophori pretium concurrere cum quatuor nostris assibus ac denariis tribus et quinta denarii parte. Quo posito, horum ducentorum quadraginta millium cistophorum æstimatio æquaret librarum Francicarum quinquaginta millia et sexcentas. Scio rationem aliam sequi Budæum lib. IV. de Asse, qui præfecturarum Persicarum sub Dario tributa ex Herodoto computans Euboicum talentum tribus tantum minis ac triente talento Attico cessisse vult: et sic 7500. cistophori responderent drachmis Atticis seu denariis Romanis 5667. ita ut his illi minores non multum ultra quintam partem invenirentur: et pro hodiernis assibus nostratibus octo, quibus denarios Romanos æquiparamus, cistophori seu drachmæ Euboicæ 6. assibus et 4. ferme denariis Turonensibus viderentur æstimandi. Verum in enumeratione tributorum viginti provin-

custodibus, priusquam comprehenderetur, gladio se transfixit. Milites tantum, qui sequerentur currum, defuerunt: alioqui magnificus et spectaculo et fama rerum triumphus fuit. Hujus triumphi minuit lætitiam nuntius ex Hispania tristis, adversa pugna in Vastetanis,[5] [u] ductu L. Æmilii proconsulis, apud oppidum Lyconem [x] cum Lusitanis sex millia de exercitu Romano cecidisse; ceteros, paventes intra vallum compulsos, ægre castra defendisse, et in mo-

Ætolorum 43. inter quos Damocritus et frater ejus, &c.' *Rupert.*—5 Sic primum pro *Vacetanis*, vel *Vascetanis*, vel *Vasceranis*, ex vet. libr. reposuit Sigonius. Kreyssig. habet *Bastetanis.* Vid. Not. Delph. inf. Mox ' cum L. Æmilius Paullus, ut constat ex XXXVI. 2. prætor in Hispaniam missus sit, Glareanus pro *proconsulis* legendum esse opinabatur *proprætoris.*' Doering. Vid.

NOTÆ

ciis impositorum apud Herodot. facilius, quam in duobus apud Festum numeris irrepere mendum potuisse verisimile est: et Festi rotundior ratio.

[u] *In Vastetanis* [*Vascetanis*] Quidam veteres habent *in Vastetanis.* Fuere porro in Hispania et Bastetani, seu Bastitani circa fontes Bætis, sic dicti ab urbe primaria Basti, nunc *Baëça*, in Andalusiæ orientalis et Castellæ Novæ confinio; et Vaccæi inter Tagum ac Durium, nunc in regno Legionis; qui a Livio aut a librariis Vaccetani scribi potuerint. Præterea a Vesci, Turdulorum in Bætica urbe apud Ptol. deduci possent Vescitani, non multum diverso a Vascetanis nomine. Fuere quoque Vescitani Ilergetum populi a Vesci oppido, nunc *Viescas* in Aragonia, quorum urbs Osca. Sed huc penetrasse Lusitanos, ut prælio cum illis confligendum prope sub Pyrenæis fuerit, nemini puto probari posse. Cum itaque adversus eos commissum hic prælium memoretur, facile adducor ut credam scribendum esse *Vaccetani*, a flumine Lusitaniæ, quod Plinio *Vacca*, Straboni *Vacua*, *Vacus* Ptol. vulgo nunc *Vouga*, cum ejusdem nominis pago, inter Mondam ac Durium fluvios.

[x] *Apud oppidum Lyconem*] Jac. Delgado Lyconi existimabat respondere oppidum Estremaduræ *Lobon* ad meridiem Emeritæ; quod quidem in Lusitania veteri, sed procul a pugnæ hujus loco, sive commissa fuerit in Vaccæis, sive in Bastetanis, (quæ majorum populorum nomina sunt,) sive in Vaccetanis aut Vescitanis, qui populi minores. Conjicerem Lyconem esse, Ptol. Laconimurgi, cui respondet *Francavilla* in regno Legionis circa Tormesis fontes, oppidum olim Vettonum, qui et ipsi in Lusitaniæ parte: sed Vettonum vocabulum a Vascetanis nimium distat. Nam quod ad Laconimurgi attinet, Laconem quoque dictum suspicor, et τὸ *murgi* nominis additamentum fuisse; quemadmodum *briga*, quod lingua Celtica pontem significat, ut in Lacobriga, Segobriga; aut *eri* vel *uris*, quod Hispanis veteribus urbem designabat; ut adhuc Basculis *iri*, unde Eliberi, Calaguris, &c. Certe Murgis per se nomen urbis fuit in Bætica.

dum fugientium magnis itineribus in agrum pacatum reductos. Hæc ex Hispania nuntiata. Ex Gallia legatos Placentinorum et Cremonensium L. Aurunculeius prætor in senatum introduxit. Iis querentibus inopiam colonorum, aliis belli casibus, aliis morbo absumtis, quosdam tædio accolarum Gallorum reliquisse colonias, decrevit senatus, 'Uti C. Lælius consul, si ei videretur, sex millia familiarum conscriberet, quæ in eas colonias dividerentur, et ut L. Aurunculeius prætor triumviros crearet ad eos colonos deducendos.' Creati M. Atilius Serranus, L. Valerius P. F. Flaccus, L. Valerius C. F. Tappo.[6]

47. Haud ita multo post, cum jam consularium comitiorum appeteret tempus, C. Lælius consul ex Gallia Romam rediit. Is non solum, ex facto absente se senatus consulto, in supplementum Cremonæ et Placentiæ colonos scripsit, sed, ut novæ coloniæ duæ in agrum, qui Boiorum fuisset,[y] deducerentur, et retulit, et auctore eo Patres censuerunt. Eodem tempore L. Æmilii prætoris[z] literæ allatæ de navali pugna ad Myonnesum facta, et L. Scipionem consulem exercitum in Asiam trajecisse. Victoriæ navalis ergo in unum diem supplicatio decreta est; in alterum diem, quod exercitus Romanus tum primum in Asia posuisset castra, ut ea res prospera et læta eveniret. Vicenis majoribus hostiis in singulas supplicationes sacrificare consul est jussus. Inde consularia comitia magna contentione

Delph. Not. inf.—6 *Tappus* Gron. Doujat. Crev.

NOTÆ

[y] *In agrum, qui Boiorum fuisset*] Fuere hæ duæ coloniæ in Gallia cispadana. Et cum Placentia in agro Boiorum fuisse dicatur, sequitur, ni fallor, minus certo in ea regione poni a Cluverio et Sansone Anamanos.

[z] *L. Æmilii prætoris* [*L. Æmil. proconsulis*] Sic legitur in manu exaratis: unde perperam emendavit Glar. *L. Æmilii proprætoris*, ea ratione adductus, quod hic Æmilius non consul, sed prætor antea fuisset. Verum nonnunquam post præturam mittebantur cum imperio proconsulari. Sic apud Ciceronem lib. I. de Legibus, 'Gellius ex prætura proconsul in Galliam missus est.' Quod Plutarchus in gratiam Æmilii factum indicat, cum dicit missum esse ad bellum, non cum sex fascibus seu lictoribus (tanquam prætorem), sed cum duodecim, quot consulibus assignabantur.

habita. M. Æmilius Lepidus petebat adversa fama hominum,[7] quod provinciam Siciliam petendi causa, non consulto senatu, ut sibi id facere liceret, reliquisset. Petebant cum eo M. Fulvius Nobilior, Cn. Manlius Vulso, M. Valerius Messalla.[8] Fulvius consul unus creatur,[a] cum ceteri centurias non explessent;[b] isque[9] postero die Cn. Manlium, Lepido dejecto,[c] (nam Messalla tacuit,) collegam dixit.* Prætores exinde facti, duo Q. Fabii,[10] [d] Labeo et Pictor, (flamen Quirinalis eo anno inauguratus fuerat,) M. Sempronius Tuditanus, Sp. Posthumius Albinus, L. Plautius Hypsæus, L. Bæbius Dives.

48. M. Fulvio Nobiliore et Cn. Manlio Vulsone consulibus, Valerius Antias auctor est, rumorem celebrem Romæ fuisse, et pæne pro certo habitum, recipiendi Scipionis adolescentis causa, consulem L. Scipionem et cum eo P. Africanum in colloquium evocatos regis, et ipsos comprehensos esse; et, ducibus captis, confestim ad castra Romana exercitum ductum, eaque expugnata, et deletas omnes copias Romanorum esse. Ob hæc Ætolos sustulisse animos, et abnuisse imperata[11] facere, principesque eorum in Macedoniam et in Dardanos et in Thraciam ad conducenda

7 'Locum quoque habere potest antiqua omnium codd. lectio *adversa omnium fama;* nostram enim lectionem contra codd. fidem in textum recepit Frobenius.' *Doering.* *Adversa omnium fama* Kreyssig.—8 *Messala* Gron. Doujat. Crev.—9 *Is quoque* Gron. Doujat.—10 'Ut c. 50. 51. et XLV. 44. quibus locis *N. Fabii* emend. Spanhem. Sed copiose et docte adversus eum disputavit Duker.' *Rupert.* In antiquis edd. legitur *M. Fabii.*

NOTÆ

[a] *Consul unus creatur*] Primo scilicet comitiorum die.

[b] *Cum ceteri centurias non explessent*] Indicat neminem aliorum præter Fulvium centuriarum tulisse suffragia ad justum usque numerum: dimidium scilicet, quod necessarium erat, ut quis consul renuntiaretur.

[c] *Lepido dejecto*] Dejici dicebatur candidatus, cum minorem numerum suffragiorum ferebat, quam competitor seu æmulus. Plura ergo suffragia, atque ad legitimum usque numerum tulit nunc Manlius Volso, atque ita consul fuit.

* A. U. C. 564.

[d] *Duo Q. Fabii*] In antiquis editionibus legitur *duo M. Fabii,* quod Spanhemius ex usu numismatum corrigit, mutata litera *M* in *N*, ut sint duo Numerii Fabii: de quo Fabiorum prænomine diximus ad primam decadem. Igitur horum prætorum alter fuit Numerius Fabius Labeo, alter Numerius Fabius Pictor, Flamen Quirinalis.

mercede auxilia profectos. Hæc qui nuntiarent Romam, A. Terentium Varronem et M. Claudium Lepidum ab A. Cornelio proprætore ex Ætolia missos esse. Subtexit [12] deinde fabulæ huic, legatos Ætolos in senatu inter cetera hoc quoque interrogatos esse, unde audissent, imperatores Romanos in Asia captos ab Antiocho rege, et exercitum deletum esse; Ætolos respondisse, ab suis legatis se, qui cum consule fuerint, certiores factos. Rumoris hujus quia neminem alium auctorem habeo, neque affirmata res mea opinione sit, nec pro vana prætermissa.

49. Ætoli legati in senatum introducti, cum et causa eos sua et fortuna hortaretur, ut confitendo seu suæ culpæ seu errori veniam peterent [13] supplices, orsi a beneficiis in populum Romanum, et prope exprobrantes virtutem suam in Philippi bello, et offenderunt aures insolentia sermonis, et eo, vetera et obliterata repetendo, rem adduxerunt, ut haud paulo plurium maleficiorum gentis, quam beneficiorum, memoria subiret animos Patrum, et, quibus misericordia opus erat, iram et odium irritarent. Interrogati ab uno senatore, permitterentne arbitrium de se populo Romano; deinde ab altero, habiturine eosdem, quos populus Romanus, socios et hostes essent; nihil ad ea respondentes, egredi templo jussi sunt. Conclamatum deinde prope ab universo senatu est, 'Totos adhuc Antiochi Ætolos esse, et ex unica ea spe pendere animos eorum.[k] Itaque bellum cum haud dubiis hostibus[l] gerendum, perdomandosque feroces animos esse.' Etiam illa res accendit, quod eo ipso tempore, quo pacem ab Romanis petebant, Dolopiæ [e] atque Athamaniæ bellum inferebant.

[k] *Ætolos adhuc omnino a partibus Antiochi stare: eorum animos ex sola spe, quam in Antiocho ponerent, pendere.*

[l] *Ætolis, qui Romanorum hostes indubitati erant.*

11 Omnes fere codd. exhibent *imperia.*—12 Cod. Mog. *subjecit.*

13 'In Voss. Lov. 2. et Gaertn. *hortaretur petere.* Τὸ *ut* in solo Ms. Lov. 5. extat.' *Rupert.*


NOTÆ

[e] *Dolopiæ*] Regio Dolopum in confinio Epiri ac Thessaliæ fuit. Urbs

Senatus consultum in M'. Acilii sententiam, qui Antiochum Ætolosque devicerat, factum est, 'Ut Ætoli eo die juberentur proficisci ab Urbe, et intra quintumdecimum diem Italia excedere.' A. Terentius Varro ad custodiendum iter eorum missus, denuntiatumque, 'Si qua deinde legatio ex Ætolis, nisi permissu imperatoris, qui eam provinciam obtineret, et cum legato Romano, venisset Romam, pro hostibus omnes futuros.' Ita dimissi Ætoli.

50. De provinciis deinde consules retulerunt: sortiri eos Ætoliam et Asiam placuit. Qui Asiam sortitus esset, exercitus ei, quem L. Scipio haberet, est decretus, et in eum[14] supplementum[f] quatuor millia peditum Romanorum,[m] ducenti equites, et sociorum ac Latini nominis octo millia peditum, et quadringenti equites: his copiis ut bellum cum Antiocho gereret. Alteri consuli exercitus, qui erat in Ætolia, est decretus, et, ut supplementum[15] scriberet, permissum, civium sociorumque eundem numerum, quem collega. Naves quoque idem consul, quæ priore anno paratæ erant, ornare jussus ac ducere secum; nec cum Ætolis solum bellum gerere, sed etiam in Cephalleniam[g] insulam trajicere. Mandatum eidem,[16] si per commodum rei publicæ facere posset, ut ad comitia Romam rediret. Nam, præterquam quod magistratus annui surrogandi essent, censores quoque placere creari. Si qua res eum teneret,[n] senatum certiorem faceret, se ad comiti-

[m] *Et quatuor millia peditum Romanorum, ut suppleretur ille exercitus.*
[n] *Illum impediret ac distineret.*



14 Vet. lib. apud Sigon. *et in ejus.*—15 *Et ut in supp.* vet. lib. apud Sigon.

NOTÆ

præcipua Menelais.

[f] *Et in eum supplementum*] Ita scripti habent cum editis ante Sigonium, qui maluit ex veteri libro *et in ejus supplementum*: non tamen novum Livio illud aliud loquendi genus. Sic lib. XXIV. legitur, 'duabus urbanis legionibus scriptis, supplementoque in alias lecto.'

[g] *In Cephalleniam*] Insula est Ionii maris ad occasum Peloponnesi inter Zacynthum ad meridiem, et oram Epiri ad boream: a Cephalo dicta Deionei Æolidæ filio, ubi Teleboæ. Urbem habet cognominem, et vetus nomen servat, in ditione Venetorum.

orum tempus occurrere non posse. Ætolia M. Fulvio, Asia Cn. Manlio sorte evenit. Prætores deinde sortiti sunt, Sp. Postumius Albinus urbanam et inter peregrinos, M. Sempronius Tuditanus Siciliam, Q. Fabius Pictor flamen Quirinalis Sardiniam, Q. Fabius Labeo classem, L. Plautius Hypsæus[17] Hispaniam citeriorem, L. Bæbius Dives Hispaniam ulteriorem. Siciliæ legio una et classis, quæ in ea provincia erat, decreta, et ut duas decumas frumenti novus prætor imperaret Siculis; earum alteram in Asiam alteram in Ætoliam mitteret. Idem ab Sardis exigi, atque ad eosdem exercitus id frumentum, ad quos Siculum, deportari jussum. L. Bæbio supplementum in Hispaniam datum mille Romani pedites, equites quinquaginta, et sex millia peditum Latini nominis, ducenti equites. Plautio Hypsæo in Hispaniam citeriorem mille Romani dati sunt pedites, duo millia socium Latini nominis, et ducenti equites. Cum his supplementis ut singulas legiones duæ Hispaniæ haberent.[o] Prioris anni magistratibus, C. Lælio cum suo exercitu prorogatum in annum imperium est: prorogatum et P. Junio proprætori in Etruria cum eo exercitu, qui in provincia esset, et M. Tuccio proprætori[18] in Bruttiis et Apulia.

51. Priusquam in provincias prætores irent, certamen inter P. Licinium pontificem maximum fuit et Q. Fabium Pictorem flaminem Quirinalem, quale patrum memoria inter L. Metellum et Postumium Albinum fuerat. Consulem illum, cum C. Lutatio collega in Siciliam ad classem proficiscentem, ad sacra retinuerat Metellus pontifex maximus; prætorem hunc, ne in Sardiniam proficisceretur, P. Licinius tenuit. Et in senatu, et ad populum magnis contentionibus certatum est; et imperia inhibita[h] ultro citroque, et pignera capta, et mulctæ dictæ, et tribuni

[o] *Ut utraque Hispania, citerior et ulterior, haberet legionem unam.*

—16 *Ut* inserunt Drak. Doer. Kreyssig.—17 *Hypscus* edd. ante Sigon. Mox τὸ *Hispaniam* postremum omittitur in vet. lib. apud Sigon.—18 *Prætori* Gron. Doujat. Crev.

appellati, et provocatum ad populum est. Religio ad postremum vicit, ut dicto audiens esset flamen pontifici; et mulctæ ex jussu populi remissæ. Ira provinciæ ereptæ[19] prætorem magistratu abdicare se conantem Patres auctoritate sua deterruerunt, et, ut jus inter peregrinos diceret, decreverunt. Delectibus deinde intra paucos dies (neque enim multi milites legendi erant) perfectis, consules prætoresque in provincias proficiscuntur. Fama deinde de rebus in Asia gestis temere vulgata sine auctore, et post dies paucos nuntii certi literæque imperatoris Romam allatæ; quæ non tantum gaudium ab recenti metu attulerunt, (desierant enim victum in Ætolia metuere,) quam averterunt famam;[20][i] quod ineuntibus id bellum gravis hostis et suis viribus, et quod Hannibalem rectorem militiæ haberet, visus fuerat. Nihil tamen aut de consule mittendo in Asiam mutandum, aut minuendas ejus[1] copias, censuerunt, metu, ne cum Gallis foret bellandum.[k]

52. Haud multo post M. Aurelius Cotta, legatus L. Scipionis, cum Antiochi regis legatis, et Eumenes rex Rhodiique Romam venerunt. Cotta in senatu primum, deinde in concione jussu Patrum, quæ acta in Asia essent, exposuit. Supplicatio inde in triduum decreta est, et quadraginta majores hostiæ immolari jussæ. Tum omnium primum Eumeni senatus datus est. Is cum breviter et egisset gratias Patribus, 'quod obsidione se ac fratrem

19 *Ita provincia erepta* Gron. Doujat. Crev.—20 ' Forte cum Ruben. et Gron. leg. *quam a vetere fama, quod ineuntibus* cet. Præterea suspicor *victum cum Ætolis* pro *victum in Ætolia*: nam non *in Ætolia* victus Antiochus, sed ad Thermopylas in Locride.' *Rupert.*—1 *Eas* Gron. Doujat. Crev.

NOTÆ

[h] *Imperia inhibita*] Jam sæpius monuimus inhibendi verbum a Nostro sumi non raro pro eo quod est adhibere: et a prætore quidem potuisse mulctam dici et pignora capi jure magistratus nihil ambigam, si prætor urbanus fuisset. At huic Fabio Sardinia obtigerat: magistratus autem provinciales extra suam provinciam privati erant: an aliud in rep. aliud sub imperatoribus obtinuit?

[i] *Quam averterunt famam*] Ruben. conjicit *quam a vetere fama*.

[k] *Ne cum Gallis foret bellandum*] Gallos intellige Asiaticos seu Gallogræcos.

exemissent, regnumque ab injuriis Antiochi vindicassent,' et gratulatus esset, 'quod mari terraque prospere res gessissent,[2] quodque regem Antiochum, fusum fugatumque et exutum castris, prius Europa, post et Asia, quæ cis Taurum montem est, expulissent; sua' deinde 'merita malle eos ex imperatoribus suis legatisque,[1] quam se commemorante, cognoscere,'[3][m] dixit. Hæc approbantibus cunctis, jubentibusque dicere ipsum, omissa in id verecundia, 'quid sibi a senatu populoque Romano tribui æquum censeret; propensius cumulatiusque, si quo possit,[p] prout[4] ejus merita sint, senatum facturum;' ad ea rex: 'Si ab aliis sibi præmiorum optio deferretur, libenter, data modo facultate consulendi senatum Romanum, consilio amplissimi ordinis usurum fuisse, ne quid aut immoderate cupisse, aut petisse parum modeste videri posset; verum enimvero, cum ipsi daturi sint, multo magis munificentiam eorum in se fratresque suos ipsorum arbitrii debere esse.' Nihil hac oratione ejus Patres conscripti deterriti sunt, quo minus dicere ipsum juberent: et cum aliquamdiu, hinc indulgentia, hinc modestia, inter permittentes invicem, non magis mutua, quam inexplicabili facilitate, certatum esset, Eumenes templo excessit. Senatus in eadem perstare sententia, ut 'absurdum esse' diceret,[5] 'ignorare regem, quid sperans, aut petens venerit. Quæ accommodata regno suo sint,[6][n] ipsum optime scire; Asiam longe melius, quam senatum, nosse. Revocandum igitur et cogendum, quæ vellet, quæque sentiret, expromere.'

[p] *Si qua ratione senatus posset.*

2 In quibusdam libr. vett. *cessissent.*—3 'Omnes ante Curionem *cognosci.* Fuit *cognosse.*' J. Fr. Gron.—4 'Pro *prout* tentabat Crev. *quam;* parum, puto, ad rem.' *Doering.*—5 *Et absurdum esse dicere* conj. Jac. Gron.—6 Vid. Not. Delph. inf.

NOTÆ

[1] *Ex imperatoribus suis legatisque*] Nempe Romanis.

[m] *Cognoscere*] Gron. *cognosse.*

[n] *Accommodata regno suo sint*] Vulgatum *quæ commoda suo regno sint:* aliter scripti et olim editi. Sic seq. lib. Liv. 'pacis leges ut nimium accommodatas Antiocho:' et Cic. III.

53. Reductus a prætore in templum rex et dicere jussus: 'Perseverassem,' inquit, 'tacere, Patres conscripti, nisi Rhodiorum legationem mox vocaturos vos scirem, et, illis auditis, mihi necessitatem fore dicendi. Quæ quidem eo difficilior oratio erit, quod ea postulata eorum futura sint,[7] ut non solum nihil, quod contra me sit, sed ne quod ad ipsos quidem proprie pertineat, petere videantur. Agent enim causam civitatium Græcarum, et liberari eas dicent debere. Quo impetrato, cui dubium est, quin et a nobis aversuri sint non eas modo civitates, quæ liberabuntur, sed etiam veteres stipendiarias nostras; ipsi autem tanto obligatos beneficio verbo socios, re vera subjectos imperio et obnoxios habituri sint? Et, (si Diis placet,) cum has tantas opes affectabunt, dissimulabunt, ulla parte id ad se pertinere: vos modo id decere, et conveniens esse antefactis, dicent. Hæc vos ne decipiat oratio, providendum vobis erit; neve non solum inæqualiter alios nimium deprimatis ex sociis vestris, alios præter modum extollatis; sed etiam, ne, qui adversus vos arma tulerint,[8] meliore statu sint, quam socii et amici vestri. Quod ad me attinet, in aliis rebus cessisse intra finem juris mei[q] cuilibet videri malim, quam nimis pertinaciter in obtinendo eo tetendisse;[9] in certamine autem amicitiæ nostræ, benevolentiæ erga vos, honoris, qui a vobis habebitur, minime[10] æquo animo vinci possum. Hanc ego maximam hæreditatem a patre accepi, qui primus omnium Asiam Græciamque incolentium in amicitiam vestram venit, eamque perpetua et constanti fide ad extremum finem vitæ perduxit; nec duntaxat animum[11] vobis bonum ac fidelem præstitit,

q *Aliquantum de eo quod mihi debitum est detraxisse, seu arctioribus finibus circumscripsisse jura mea.*

7 'Rectius puto in plurim. librr. vett. *sunt*.' Doering. *Sunt* Gron. Doujat. Crev.—8 *In* add. Doer. Kreyssig. cum Drak.—9 Quidam librr. vett. offerunt *contendisse*. Mox *vestræ* Gron. Doujat. Crev.—10 *A quoquam* add.

NOTÆ

ad Famil. Ep. 3. 'te quoque confido ea esse facturum quæ mihi intelliges maxime esse accommodata.'

sed omnibus interfuit bellis, quæ in Græcia gessistis, terrestribus, navalibus;[12] omni genere commeatuum ita, ut nemo sociorum vestrorum æquari ulla parte posset, vos adjuvit: Postremo cum Bœotos ad societatem vestram hortaretur, in ipsa concione intermortuus, haud multo post expiravit. Hujus ego vestigia ingressus, voluntati quidem et studio in colendis vobis adjicere (etenim inexsuperabilia hæc erant) nihil potui; rebus ipsis meritisque et impensis officiorum ut superare possem, fortuna, tempora, Antiochus et bellum in Asia gestum præbuerunt materiam. Rex Asiæ et partis Europæ Antiochus [o] filiam suam in matrimonium [p] mihi dabat; restituebat extemplo civitates, quæ defecerant a nobis; spem magnam in postremum amplificandi [13] regni faciebat,[q] si secum adversus vos bellum gessissem. Non gloriabor eo, quod nihil in vos deliquerim. Illa potius, quæ vetustissima domus nostræ vobiscum amicitia digna sunt, referam. Pedestribus [14] navalibusque copiis,[r] ut nemo vestrorum sociorum me æquiparare posset, imperatores vestros adjuvi; commeatus terra marique suppeditavi; navalibus præliis, quæ multis locis facta

Kreyssig.—11 *Animum duntaxat* Gron. Doujat. Crev.—12 'Copula *que*, quæ τῷ *navalibus* in quibusdam editt. vett. adjicitur, in nullo codice apud Drakenb. comparet.' *Doering.* *Navalibusque* Gron. Doujat. Crev.—13 Plurimi

NOTÆ

[o] *Rex Asiæ et partis Europæ Antiochus*] Id ita accipio, ut velit Eumenes Antiochum in magna parte Asiæ, et aliqua Europæ, in Thracia nempe, regnasse: alioqui etiamsi ingens esset in Asia Minori et magna, etiam ultra Tigrin, Antiochi ditio, non tamen Asiæ rex dicendus fuisse videtur ab eo, qui et ipse in Asia Minori regnaret.

[p] *Filiam suam in matrimonium*] Laodicen filiam Antiochus Eumeni obtulerat uxorem, si fœdere contra Romanos illigari voluisset.

[q] *Amplificandi regni faciebat*] Vetus Sigonii liber *ampliandi.*

[r] *Pedestribus* [*terrestribus*] *navalibusque copiis*] Interpretatio est Frobenii. Ceterum in scriptis editisque ante ipsum *pedestribus navalibusque.* Nam pedestrium nomine terrestres intelliguntur: sic l. XXVI. c. 51. 'ipse paucos dies, quibus morari Carthagine statuerat, exercendis navalibus pedestribusque copiis absumsit.' Et Cornelius Nepos in Alcibiade, 'Lacedæmonios eo nollet confligere classe, quod pedestribus copiis plus quam navalibus valerent.'

sunt, omnibus affui; nec labori meo, nec periculo usquam peperci. Quod miserrimum est in bello, obsidionem passus sum, Pergami inclusus cum discrimine ultimo simul vitæ regnique. Liberatus deinde obsidione, cum alia parte Antiochus, alia Seleucus circa arcem regni mei [s] castra haberent, relictis rebus meis,[15] tota classe ad Hellespontum L. Scipioni consuli vestro occurri, ut eum in trajicien do exercitu adjuvarem. Postquam in Asiam exercitus vester est transgressus, nunquam a consule abscessi: nemo miles Romanus magis assiduus in castris vestris fuit, quam ego fratresque mei. Nulla expeditio, nullum equestre prælium sine me factum est. In acie ibi steti, eam partem sum tutatus, in qua me consul esse voluit. Non sum hoc dicturus, Patres conscripti: Quis hoc bello meritis erga vos mecum comparari potest? Ego nulli omnium neque populorum, neque regum, quos in magno honore habetis, non ausim me comparare. Hostis Masinissa ante vobis, quam[16] socius,[t] fuit; nec incolumi regno cum auxiliis suis, sed extorris, expulsus, amissis omnibus copiis, cum turma equitum in castra confugit vestra. Tamen eum, quia in Africa adversus Syphacem et Carthaginienses fideliter atque impigre vobiscum stetit, non in patrium solum regnum restituistis, sed, adjecta opulentissima parte Syphacis regni, præpotentem inter Africæ reges fecistis. Quo tandem igitur nos præmio atque honore digni apud vos sumus, qui nunquam hostes, semper socii fuimus? Pater, ego fratresque mei [u] non in Asia tantum, sed etiam procul ab domo in Peloponneso, in Bœotia, in

codd. *ampliandi.*—14 In Frobenio invenitur *terrestribus.*—15 '*Relictis rebus meis*: postremam vocem delevit Drak. suadente Gron. Is sensum ita ampliorem effici putabat; sed obscuriorem Bauer. Exulat tamen vox a Lov. 1. et 6. ac modo præcessit.' *Rupert.*—16 *Masinissa hostis vobis ante quam* Gron.

NOTÆ

[s] *Arcem regni mei*] Pergamum ipsum.

[t] *Hostis Masinissa ante vobis, quam socius* [*Masinissa hostis vobis antequam socius*] Vide supra lib. XXIX. cap. 29. et sequentibus.

[u] *Fratresque mei*] Attalus, Philetærus, et Athenæus fratres Eumenis.

Ætolia, Philippi, Antiochi, Ætolico bello,[r] terra marique pro vobis arma tulimus. Quid ergo postulas? dicat aliquis. Ego, Patres conscripti, quoniam dicere utique volentibus vobis parendum est, si vos ea mente ultra Tauri juga emostis[18] Antiochum, ut ipsi teneretis eas terras, nullos accolas, nec finitimos habere, quam vos, malo; nec ulla alia re tutius stabiliusque regnum meum futurum spero. Sed si vobis decedere inde atque exercitus deducere in animo est; neminem digniorem esse ex sociis vestris, qui bello a vobis parta possideat, quam me, dicere ausim. At enim magnificum est, liberare civitates servas. Ita opinor, si nihil hostile adversus vos fecerunt: sin autem Antiochi partis fuerunt;[19] quanto est vestra prudentia et æquitate dignius, sociis bene meritis, quam hostibus, vos consulere?'

54. Grata oratio regis Patribus fuit; et facile apparebat, munifice omnia et propenso animo facturos. Interposita Smyrnæorum brevis legatio est, quia non aderant[20] quidam Rhodiorum.[x] Collaudatis egregie Smyrnæis, quod omnia ultima pati, quam se regi tradere, maluissent, introducti Rhodii sunt. Quorum princeps legationis, expositis initiis amicitiæ cum populo Romano meritisque Rhodiorum Philippi prius, deinde Antiochi bello: 'Nihil,' inquit, 'nobis tota nostra actione, Patres conscripti, neque difficilius, neque molestius est, quam quod cum Eumene nobis disceptatio est, cum quo uno maxime regum et privatum singulis, et, quod magis nos movet, publicum civitati nostræ hospitium est. Ceterum non animi nostri, Patres conscripti, nos, sed rerum natura, quæ potentissima est, disjun-

[r] *In bello adversus Philippum, Antiochum, Ætolos.*

Doujat. Crev.—18 *Emovistis* Doujat. et edd. ante Gron. Antea legebatur *ejecistis*; Gron. Crev. habent *Antiochum emostis.*—19 *Fuerint* Gron. Crev. 20 Habet Kreyssig. quod legendum putat Rupert. *aderat.*—1 'Suspicari

NOTÆ

[x] *Quidam Rhodiorum*] Legatorum nondum ad curiam venerant. scilicet ab Rhodiis missorum, aliqui

git, ut nos liberi etiam aliorum libertatis causam agamus; reges serva omnia et subjecta imperio suo esse velint. Utcumque tamen res se habet, magis verecundia nostra adversus regem nobis obstat, quam ipsa disceptatio aut nobis impedita est, aut vobis perplexam deliberationem præbitura videtur.[s] Nam si aliter socio atque amico regi et bene merito hoc ipso in bello, de cujus præmiis agitur, honos haberi nullus posset, nisi liberas civitates ei in servitutem traderetis, esset deliberatio anceps, ne aut regem amicum inhonoratum dimitteretis, aut decederetis instituto vestro, et gloriam, Philippi bello partam, nunc servitute tot civitatium deformaretis. Sed ab hac necessitate, aut gratiæ in amicum minuendæ, aut gloriæ vestræ, egregie vos fortuna vindicat. Est enim Deum benignitate non gloriosa magis, quam dives, victoria vestra, quæ vos facile isto velut ære alieno exsolvat. Nam et Lycaonia,[y] et Phrygia utraque,[z] et Pisidia omnis,[a] et Chersonesus,[b] quæque circumjacent Europæ, in vestra sunt potestate. Quarum una quælibet regi adjecta multiplicare regnum Eumenis potest; omnes vero datæ maximis eum regibus æquare. Licet ergo vobis, et præmiis belli ditare socios, et non

[s] *Quam difficilis nobis hæc contentio ad explicandum, aut vobis ad decernendum.*

NOTÆ

[y] *Et Lycaonia*] Lacinia est Cappadociæ, Lycaonia Isauriæ proxima, quæ ipsi ad occasum: ambæ inter Phrygiam magnam et Pisidiam. Urbs princeps Iconium, hodie *Cogni*, præfecti Turcici sedes: unde et vicinæ hodie provinciæ nomen.

[z] *Et Phrygia utraque*] Duplex in Asia Minori est Phrygia: Minor, quæ Hellespontia, quod Hellesponto proxima, itemque Epictetos, id est, addititia, nunc Turcis *Sarcum*: et Magna sive Major, quam postea Salutarem et Pacatianam dixere, quæ ad ortum Galatia et Pisidiæ parte, ad meridiem Lycia et Caria ac Lydia, ad occasum Mysia majori, ad septentrionem Bithynia cingebatur. Hodie corrupto, ni fallor, nomine, meridiem versus *Brikia* dicitur; versus septentrionem, qua Bithyniæ propior, *Germian*.

[a] *Et Pisidia omnis*] Asiæ quoque Minoris regio fuit Pisidia inter Galatiam, Phrygiam magnam, Pamphyliam, Ciliciæ partem, et Lycaoniam: urbes præcipuæ Antiochia Pisidiæ et Perge. Turcæ nunc ab urbe primaria vocant *Versacili*.

[b] *Et Chersonesus*] Indicat Chersonesum Thracicam, eique vicinum tractum in eadem Thracia, quæ Europæ regio.

decedere instituto vestro, et meminisse, quem titulum prætenderitis prius adversus Philippum, nunc adversus Antiochum, belli;[1] quid feceritis, Philippo victo; quid nunc a vobis, non magis quia fecistis, quam quia id vos facere decet, desideretur atque expectetur. Alia enim aliis et honesta est et probabilis[2] causa armorum. Illi agrum, hi vicos, hi oppida, hi portus oramque aliquam maris ut possideant. Vos nec cupistis hæc, antequam haberetis; nec nunc, cum orbis terrarum in ditione vestra sit, cupere potestis. Pro dignitate et gloria apud omne genus humanum, quod vestrum nomen imperiumque juxta ac Deos immortales jam pridem intuetur, pugnastis. Quæ parare et quærere arduum fuit, nescio an tueri difficilius sit. Gentis vetustissimæ[c] nobilissimæque, vel fama rerum gestarum, vel omni commendatione humanitatis doctrinarumque, tuendam ab servitio regio libertatem suscepistis. Hoc patrocinium receptæ in fidem et in clientelam vestram universæ gentis[3] perpetuum vos præstare decet. Non, quæ in solo modo[4] antiquo[d] sunt, Græcæ magis urbes sunt, quam coloniæ earum, illinc quondam profectæ in Asiam.[e] Nec terra mutata mutavit genus aut mores. Certare pio certamine cujuslibet bonæ artis ac virtutis ausi sumus cum parentibus[f] quæque civitas et conditoribus

possis *quem titulum prætenderitis bello* pro *belli:* sed et XXXIX. 13. *meriti gratiam retulisset* pro *merito.*' Bauer.—2 *Et honesta et probabilis est* Gron. Doujat. Crev.—3 'Voc. *gentis* post *universæ* abest a Mss. prob. Gron. Facile illud suppleveris ex priori: saltem *genti* malim, quia *universæ* dativus videtur, a *præstare* pendens: unde etiam magis carere possis voce *gentis.*' Bauer. *Gentis* del. Gron. Doujat. Crev.—4 Crev. particulam *modo* vel delendam,

NOTÆ

[c] *Gentis vetustissimæ*] Græcorum nimirum.

[d] *In solo modo antiquo*] In Græcia scilicet Europæa, quam Romani Achaiam dixere.

[e] *Quondam profectæ in Asiam*] Tres distinguuntur Græcorum in Asiam migrationes, Ionica, Æolica, et Dorica, quarum nomina maritimis Asiæ Minoris ad Ægæum mare regionibus imposita.

[f] *Ausi sumus cum parentibus*] Vult hic Rhodius legatus, et suos et reliquos Asiaticos Græcos, atque eorum unamquamque civitatem, bonarum artium studio certasse cum Europæis Græciæ civitatibus, a quibus originem ducerent.

suis. Adistis Græciæ, adistis Asiæ urbes plerique.[5] Nisi quod longius a vobis absumus, nulla vincimur alia re. Massilienses, quos, si natura insita velut ingenio terræ vinci posset, jam pridem efferassent tot indomitæ circumfusæ gentes, in eo honore, in ea merito dignitate audimus apud vos esse, ac si medium[6] umbilicum Græciæ incolerent. Non enim sonum modo linguæ vestitumque et habitum, sed ante omnia mores et leges[g] et ingenium sincerum integrumque a contagione accolarum servarunt. Terminus est nunc imperii vestri mons Taurus. Quicquid[7] intra eum cardinem est, nihil longinquum vobis videri debet.[h] Quo arma vestra pervenerunt, eodem jus hinc profectum perveniat.[i] Barbari, quibus pro legibus semper dominorum imperia fuerunt, quo gaudent,[t] reges habeant: Græci suam fortunam, vestros animos gerunt. Domesticis quondam viribus etiam imperium amplectebantur; nunc, imperium ubi est,[k] ibi ut sit perpetuum, optant. Libertatem vestris tueri armis satis habent, quoniam suis non possunt. At enim quædam civitates cum Antiocho senserunt. Et aliæ prius cum Philippo, et cum Pyrrho Tarentini. Ne alios populos enumerem, Carthago libera cum suis legibus est. Huic vestro exemplo quantum debeatis, videte, Patres conscripti. Inducetis in animum negare Eumenis cupiditati, quod justissimæ iræ vestræ negastis. Rhodii et in hoc, et in omnibus bellis, quæ in illa ora gessistis, quam forti fidelique opera vos adjuverimus, vestro judicio relinquimus. Nunc in pace id consilium afferimus, quod

[t] *Quam rem amant.*

vel pro *etiamnum*, explicandam existimat.—5 Mavult Rupert. *plerasque.*—6 'Vox *medium* glossam redolet.' *Rupert.*—7 Conj. Tan. Faber *Taurus et*

NOTÆ

[g] *Mores et leges*] Massilienses veteris disciplinæ ac legum tenaces, et frugalitatis studiosi memorantur a Tacito in Agricola, aliisque.

[h] *Videri debet*] Tan. Faber mavult *videri decet.*

[i] *Eodem jus hinc profectum perveniat*] *Hinc,* id est, Roma, unde libertas Græcorum in Europa.

[k] *Imperium ubi est*] Romæ, quod per Græcam adulationem, vere tamen dictum.

si comprobaveritis,[8] magnificentius vos victoria usos esse, quam vicisse, omnes existimaturi sint.' Apta magnitudini Romanæ oratio visa est.

55. Post Rhodios Antiochi legati vocati sunt. Ii, vulgato petentium veniam more, errorem fassi regis, obtestati sunt Patres conscriptos, 'Ut suæ potius clementiæ, quam regis culpæ, qui satis superque pœnarum dedisset, memores consulerent;' postremo, 'pacem datam a L. Scipione imperatore, quibus legibus dedisset, confirmarent auctoritate sua.' Et senatus eam pacem servandam censuit, et paucos post dies populus jussit. Fœdus in Capitolio cum Antipatro, principe legationis et eodem fratris filio regis Antiochi, est ictum. Auditæ deinde et aliæ legationes ex Asia sunt. Quibus omnibus datum est responsum, 'Decem legatos more majorum senatum missurum ad res Asiæ disceptandas componendasque. Summam tamen hanc fore: ut cis Taurum montem, quæ intra regni Antiochi fines fuissent, Eumeni attribuerentur, præter Lyciam Cariamque usque ad Mæandrum amnem. Ea civitatis[9] Rhodiorum essent. Ceteræ civitates Asiæ, quæ Attali stipendiariæ fuissent, eædem Eumeni vectigal penderent: quæ vectigales Antiochi fuissent, eæ liberæ atque immunes essent.' Decem legatos hos decreverunt, Q. Minucium Rufum, L. Furium Purpureonem, Q. Minucium Thermum, Ap. Claudium Neronem, Cn. Cornelium Merulam,[10] M. Junium Brutum, L. Aurunculeium, L. Æmilium Paullum,[1] P. Cornelium Lentulum, P. Ælium Tuberonem.

56. His, quæ præsentis disceptationis essent, libera

---

quicquid; et mox idem pro *debet* malit *decet.*—8 *Comprobaritis* Gron. Doujat. Crev.

9 'Vulgo legebatur *eæ civitates:* Drak. tentabat *ea ut civitatis Rhodiorum essent,* sed sequentia quoque a præcedente *ut* pendent.' *Doering.*—10 Duker. legendum esse suspicatus est *L. Corn. Merul.* aut potius *Cn. Cornel. Merendam;* quod probat Drak.

NOTÆ

1 *L. Æmilium Paullum*] Hic non Lucii in Hispania proconsulis, sed Marci filius, cujus mentio anno 549.

mandata.[u] De summa rerum senatus constituit: 'Lycaoniam omnem et Phrygiam utramque et Mysiam,[m] regias sylvas, et Lydiæ Ioniæque,[11] extra ea oppida, quæ libera fuissent, quo die cum rege Antiocho pugnatum est,[12] et nominatim Magnesiam ad Sipylum et Cariam, quæ Hydrela appellatur,[n] agrumque Hydrelatanum ad Phrygiam vergentem, et castella vicosque trans Mæandrum[13] amnem, et oppida, nisi quæ libera ante bellum fuissent, Telmissum[o] item nominatim, et castra Telmissum, præter agrum, qui Ptolemæi Telmissii[14] fuisset: hæc omnia, quæ supra scripta sunt, regi Eumeni jussa dari. Rhodiis Lycia data, extra eundem Telmissum et castra Telmissium et agrum, qui Ptolemæi Telmissii fuisset: hæc et ab Eumene, et ab Rhodiis excepta.[15] Ea quoque his pars data Cariæ, quæ

[u] *His permissum est liberum arbitrium earum rerum, quæ nonnisi a præsentibus, sive in præsenti dijudicari possent ac terminari.*

11 '*Et Mysiam . . . et Lydiæ Ioniæque* sc. oppida, e seqq. aut leg. *Lydiam Ioniamque;* Crev. Aut vox *oppida* post *Ioniæque* ponenda. *Mysiam,* ut XXXVIII. 39. e c. Mog. *Mysias* ceteri fere Mss. Drak. putabat verba *Lycaoniam, Phrygiam, Mysiam . . . regi Eumeni jussa dari* dicta esse pro κατὰ *Lycaoniam cet.* aut leg. *jussere dari* sc. senatus s. Patres, vel *jussi dare* sc. x. legati. Sed potius ἀνακόλουθον esse videtur, quod etiam credebat Duk.' *Rupert.*—12 Conj. Rupert. *esset.*—13 *Ad Mæand.* Gron. Doujat. Crev. Doer. Conj. Rupert. *usque ad Mæand.*—14 Vid. Not. J. Clerici inf. 'Puto leg. *Ptolemæo Telmissi.* In plerisque Mss. legitur *Telmensi* vel *Telmessi.* Agri hujus castrorumque illorum nullam mentionem fecit Polyb.' *Rupert.* Mox edd. ante Sigon. carent verbis *et castra Telmissium.*—15 'Videtur omnino legendum, *hic et ab Eumen. et ab Rhod. exceptus,* sc. ager ille, isque solus.' *Rupert.*

NOTÆ

[m] *Et Mysiam*] Fuit Mysia Minoris Asiæ regio duplex: Major inter Phrygiam et mare Ægæum, ubi Pergamus, quæ nunc *Bursia,* pars Natoliæ stricte sumtæ; alia Minor ad Hellespontum, quæ et Minor Phrygia, ubi Lampsacus, et quæ nunc *Sarcum.*

[n] *Et Cariam, quæ Hydrela appellatur*] Hydrelitas nominat Plinius in conventu Laodiceno: fuit autem Laodicæa urbs Cariæ in confinio Lydiæ et Phrygiæ Magnæ ad Lycum fluvium, qui mox in Mæandrum delabitur.

[o] *Telmissum*] Urbs Lyciæ maritima Telmissus, seu Telmessus, ad promontorium ejusdem nominis, medio itinere inter Dædala et Patara fuit, diversa ab Termesso Carbaliæ seu Pisidiæ urbe.

Telmissum] Cum nummi constanter scribant Τερμησσὸν, ut et nonnulli scriptores Græci, credibile omnino est *Termissum* scribendum esse, ut recte censuit vir dignitate et erudi-

propior Rhodum insulam trans Mæandrum amnem est, oppida, vici, castella, agri, qui ad Pisidiam vergunt; nisi quæ eorum oppida in libertate fuissent, pridie quam cum Antiocho rege in Asia pugnatum est.' Pro his cum gratias egissent Rhodii, de Solis urbe,[p] quæ in Cilicia est, egerunt: 'Argis et illos, sicut sese, oriundos esse. Ab ea germanitate fraternam sibi cum iis caritatem esse. Petere hoc extraordinarium munus, ut eam civitatem ex servitute regia eximerent.' Vocati sunt regis Antiochi legati, actumque cum iis est; nec quicquam impetratum, testante fœdera Antipatro,[q] adversus quæ ab Rhodiis non Solos, sed Ciliciam peti, et juga Tauri transcendi. Revocatis in senatum Rhodiis, cum, quantopere tenderet legatus regius, exposuissent Patres, adjecerunt: 'Si utique eam rem ad civitatis suæ dignitatem pertinere censerent Rhodii, senatum omni modo expugnaturum pertinaciam legatorum.' Tum vero impensius, quam ante, Rhodii gratias egerunt, cessurosque se potius arrogantiæ Antipatri, quam causam turbandæ pacis præbituros, dixerunt. Ita nihil de Solis mutatum est.

57. Per eos dies, quibus hæc gesta sunt, legati Massiliensium nuntiarunt, 'L. Bæbium prætorem, in provinciam Hispaniam proficiscentem, ab Liguribus circumventum; magna parte comitum cæsa, vulneratum ipsum, cum paucis, sine lictoribus, Massiliam perfugisse,[16] et intra triduum expirasse.' Senatus, ea re audita, decrevit, 'uti P. Junius Brutus, qui proprætor in Etruria esset, provincia ex-

NOTÆ

tione juxta Ezech. Spanhemius de Usu Numism. Diss. 9. 1. Vid. lib. XXXVIII. cap. 15. *J. Clericus.*

[p] *De Solis urbe*] Soli, alias Soloë, urbs fuit maritima Ciliciæ campestris ad Zephyrium promontorium, inter ostia Cydni, ad quem Tarsus, et Latmi, ad cujus ostium Pompeiopolis. Traductis eo postea piratis, quos Pompeius devicerat, a barbarie populi ex plurium nationum colluvie coacti, solœcisare dicti sunt qui minus congrue loquuntur: unde solœcismi nominis origo. Hodie vicus *Palæ-Soli* dictus.

[q] *Testante fœdera Antipatro*] Allegabat nempe Antipater legatus Antiochi fœdus cum Romanis ictum, quo relinquebantur Antiocho quæcumque trans Taurum montem, atque ita Cilicia tota, in qua Soli.

ercituque traditis uni, cui videretur, ex legatis, ipse in ulteriorem Hispaniam proficisceretur, eaque ei provincia esset.' Hoc senatus consultum literæque a Sp. Postumio prætore in Etruriam missæ sunt; profectusque in Hispaniam est P. Junius proprætor. In qua provincia prius aliquanto, quam successor veniret,[17] L. Æmilius Paullus, qui postea regem Persea magna gloria vicit, cum priore anno haud prospere rem gessisset, tumultuario exercitu collecto, signis collatis cum Lusitanis pugnavit. Fusi fugatique sunt hostes: cæsa decem et octo millia armatorum; tria millia trecenti capti, et castra expugnata. Hujus victoriæ fama tranquilliores in Hispania res fecit. Eodem anno ante diem tertium Kalendas Januarias Bononiam Latinam coloniam ex senatus consulto L. Valerius Flaccus, M. Atilius Serranus, L. Valerius Tappus[18] triumviri deduxerunt. Tria millia hominum sunt deducta: equitibus septuagena jugera, ceteris colonis quinquagena sunt data. Ager captus de Gallis Boiis fuerat: Galli Tuscos expulerant.[r] Eodem anno censuram multi et clari viri petierunt. Quæ res, tanquam in se parum magni certaminis causam haberet, aliam contentionem multo majorem excitavit. Petebant T. Quintius Flamininus, P. Cornelius Cn. F. Scipio, L. Valerius Flaccus, M. Porcius Cato, M. Claudius Marcellus, M'. Acilius Glabrio, qui Antiochum ad Thermopylas Ætolosque devicerat. In hunc maxime, quod multa congiaria habuerat,[19] quibus magnam partem hominum obligarat, favor populi se inclinabat. Id cum ægre paterentur tot nobiles, novum sibi

16 In quibusd. librr. vett. *profugisse*.—17 *Venisset* Gron. Doujat. Crev. ex ultim. ed. Grut.—18 *Tappo* Kreyssig.—19 Pro *habuerat* tentat Ursinus *exhibuerat*. 'Ita omnes Mss. præter Mog. et Lov. 3. in quibus est *obligaverat*, oratio haud satis tersa. Forte leg. *congiaria dederat* vel *exhibuerat, quibus m. p. h. obligaret*, etsi malim *congiaria dilargitus magnam p. h. obligarat*.'

NOTÆ

[r] *Galli Tuscos expulerant*] Vide lib. v. c. 33.

[s] *Toga candida elevabat*] Minuebatur nempe ejus auctoritas et fides, quod inter candidatos et ejusdem dignitatis competitores esset.

hominem tantum præferri;[x] P. Sempronius[20] Gracchus et C. Sempronius Rutilus, tribuni plebis, ei diem dixerunt, quod pecuniæ regiæ prædæque aliquantum, captæ in Antiochi castris, neque in triumpho tulisset, neque in ærarium retulisset.[1] Varia testimonia legatorum tribunorumque militum erant. M. Cato ante alios testes conspiciebatur; cujus auctoritatem, perpetuo tenore vitæ partam, toga candida elevabat.[s] Is testis, quæ vasa aurea atque argentea, captis castris, inter aliam prædam regiam vidisset, ea se in triumpho negabat vidisse. Postremo in hujus maxime invidiam desistere se petitione Glabrio dixit, quando, quod taciti indignarentur nobiles homines, id æque novus competitor inæstimabili[2] perjurio[t] incesseret.

58. Centum millium mulcta irrogata erat. Bis de ea re[3] certatum est. Tertio, cum de petitione destitisset reus, nec populus de mulcta suffragium ferre voluit, et tribuni eo negotio destiterunt. Censores T. Quintius Flamininus, M. Claudius Marcellus[u] creati. Per eosdem dies L. Æmilio Regillo, qui classe præfectum Antiochi regis devicerat, extra Urbem in æde Apollinis cum senatus datus esset,

[x] *Adeo anteponi, ut solus certo videretur censor futurus.*

Rupert. *Obligaverat* Drak. Doer. Kreyssig.—20 In vet. lib. apud Sigon. τὸ *tantum* ante *P. Semp.* invenitur, sic, *præferri, tantum.* Mox *Rutilius* edd. ante Sigon.—1 *Detulisset* Gron. Doujat. Crev.—2 Vid. Not. Delph. et J. Clerici inf. *Intestabili* Kreyssig.

NOTÆ

[t] *Inæstimabili perjurio*] Non placet hoc epitheton Gronovio, qui idcirco subdit *inexpiabili*, aut *intestabili*, Plinii præsertim auctoritate, qui lib. xxx. cap. 2. 'magicam' dicit 'intestabilem, irritam, inanem esse.' Vide tamen annon respiciat Livius ad mulctam, qua dignum innueret Glabrio perjurium Catonis: tritum enim crimina apud Romanos, Atheniensium exemplo, certa pecunia æstimari, et fere quanti actor jurasset. Exemplum habes statim in mulcta centum millium Glabrioni irrogata, sed a populo remissa.

Inæstimabili] Si ita legendum, significatur perjurium Catonis deterius esse omni distributione pecuniæ quæ æstimari poterat, cum perjurium, quo Cato caput suum obstringebat, ejusmodi pretium censuræ esset, quod æstimari non poterat. Gronovius conjiciebat *inexpiabili, intestabili*, aut *inexcusabili*. J. Clericus.

[u] *M. Claudius Marcellus*] Is Marcelli quinquies consulis filius fuisse dicitur a Plut. in Quintii vita.

auditis rebus gestis ejus, quantis cum classibus hostium dimicasset, quot inde naves demersisset aut cepisset, magno consensu Patrum triumphus navalis est decretus. Triumphavit Kalendis Februariis. In eo triumpho undequinquaginta coronæ aureæ translatæ sunt: pecunia nequaquam tanta,[4] pro specie regii triumphi; tetradrachma[†] Attica triginta quatuor millia septingenta,[x] cistophori[5] centum triginta unum millia trecenti.[y] Supplicationes deinde fuerunt ex senatus consulto, quod L. Æmilius in Hispania prospere rem publicam gessisset.[6] Haud ita multo post L. Scipio ad Urbem venit. Qui, ne cognomini fratris[7] cederet,[z] Asiaticum se appellari voluit. Et in senatu, et in concione de rebus ab se gestis disseruit. Erant, qui fama id majus bellum, quam difficultate rei, fuisse interpretarentur; uno memorabili prælio debellatum, gloriamque ejus victoriæ præfloratam[8] [a] ad Thermopylas esse. Ceterum vere æstimanti[b] Ætolicum magis ad Thermopylas bellum, quam regium fuit. Quota enim parte virium sua-



3 *Re* del. Doujat. Crev.—4 ‘Vocem *tanta* invitis codd. omnibus delendam putabat Gron. assentiente Crev. Mihi potius post *tanta* excidisse *quanta* videtur, ut sit, translata quoque est *pecunia*, sed *neutiquam tanta, quanta pro specie* (externo splendore) *regii triumphi* transferri debuit. Sed rectius fortasse judicavit Gron.’ *Doering.*—5 ‘Non est quod legas *tetradrachmum Atticum* et *cistophorum.*’ Rupert. Mox pro *unum* habet *duo* Kreyssig.—6 *Rem gessisset* vet. lib. apud Sigon.—7 III. Mss. cum ed. Ald. et seqq. *ne cognomine*

NOTÆ

† *Tetradrachma*] Vid. ad cap. 46. *J. Clericus.*

x *Tetradrachma Attica triginta quatuor millia septingenta*] Nostra pecunia fierent quinquaginta septem millia et ducentæ quinquaginta quinque libræ. Est enim, ut diximus, tetradrachmum quatuor drachmarum seu denariorum pondus.

y *Cistophori centum triginta unum millia trecenti*] Hæc summa libras nostras reddiderit ferme 31010. aut paulo amplius.

z *Ne cognomini fratris* [*cognomine fratri*] *cederet*] Petav. aliique, seu manu, seu typis exarati ante Aldum, *cognomini fratris*, eodem sensu.

a *Gloriamque ejus victoriæ præfloratam*] Vult Mogunt. *defloratam*; quod Gronovius recipit auctore Plin. in Panegyr. ‘Summumque illud purpuræ decus nonnisi præcerptum præfloratumque transmittere.’ Itemque e Gellio XIV. 1. ‘et futurum gaudii fructum spes tibi jam præfloraverit.’ Nam deflorandi verbo usa tantum sequior ætas.

b *Ceterum vere æstimanti*] Hic *ceterum* particula est adversativa: sumitur pro attamen, verumtamen.

rum ibi dimicavit Antiochus? In Asia totius Asiæ steterunt vires, ab ultimi Orientis partibus[9] omnium gentium contractis auxiliis.[c]

59. Merito ergo et Diis immortalibus, quantus[10] maximus poterat, habitus est honos, quod ingentem victoriam facilem etiam fecissent, et imperatori triumphus est decretus. Triumphavit mense intercalario[d] pridie Kalendas Martias. Qui triumphus spectaculo oculorum major, quam Africani fratris ejus, fuit; recordatione rerum et æstimatione periculi certaminisque non magis comparandus, quam si imperatorem imperatori,[e] aut Antiochum ducem Hannibali conferres. Tulit in triumpho signa militaria ducenta triginta quatuor; oppidorum simulacra centum triginta quatuor; eburneos dentes mille ducentos triginta unum;[11] aureas coronas ducentas triginta quatuor; argenti pondo centum triginta septem millia[f] et quadringenta viginti; tetradrachmum[g] Atticorum ducenta viginti quatuor millia;[h] cistophorum trecenta triginta unum millia et septuaginta;[i] nummos aureos Philippeos[12] centum

fratri; quod Gron. Doujat. Crev.—8 Vid. Not. Delph. inf.—9 ‘Vox *partibus* in nullo Ms. præter Lov. 5. reperta. *ab ultimo o.* Ms. Harl. *ab ultimis o.* Mog. et alii. Neutrum displicebat Drak.’ *Rupert.* *Ultimis* Gron. Doujat. Crev. Kreyssig.

10 *Quantum* Gron.—11 *Ducentos viginti*, omisso *unum*, Gron. Doujat. Crev. et mox pro *triginta* habent eæd. *viginti*.—12 ‘Nisi cum Gron. leg. *nummorum*

NOTÆ

[c] *Ab ultimi* [*ultimis*] *Orientis partibus omnium gentium contractis auxiliis*] Voce illa *partibus*, eodem sensu, nimirum pro regionibus, Ciceronem usum esse Gronovius probat.

[d] *Mense intercalario*] Nempe Februario: siquidem hic jam usus apud Romanos unum diem intercalandi, non mensem integrum, ut primis temporibus.

[e] *Quam si imperatorem imperatori*] Indicatur discrimen inter duos fratres, quorum Lucius Publico longe impar.

[f] *Argenti pondo centum triginta septem millia*] Gall. *la valeur de quatre millions neuf cens trente deux mille livres en lingots d'argent.*

[g] *Tetradrachmum*] Vide ad cap. 46. *J. Clericus.*

[h] *Tetradrachmum Atticorum ducenta viginti quatuor millia*] Computata drachma pro denario, qui ferme octo assibus nostris respondet, fient trecenta quinquaginta octo millia et quadringenta libræ.

[i] *Cistophorum trecenta triginta unum millia et septuaginta*] Sunt nimirum pecunia nostra circiter septuaginta millia cum sexcentis octoginta libris.

quadraginta millia;[k] vasorum argenteorum (omnia cælata erant) mille pondo et quadringenta viginti quatuor,[l] aureorum mille pondo viginti quatuor.[m] Et duces regii, præfecti et purpurati duo et triginta ante currum ducti. Militibus quini viceni denarii dati,[n] duplex centurioni, triplex equiti: et stipendium militare et frumentum duplex post triumphum datum. Prælio in Asia facto, duplex [13] dederat. Triumphavit anno fere post, quam consulatu abiit.

60. Eodem fere tempore et Cn. Manlius consul in Asiam, et Q. Fabius Labeo prætor ad classem venit. Ceterum consuli non deerat cum Gallis[p] belli materia. Mare pacatum erat, devicto Antiocho. Cogitantique Fabio,[14] cui rei potissimum insisteret, ne otiosam provinciam habuisse videri posset, optimum visum est, in Cretam[q] insulam trajicere. Cydoniatæ[r] bellum adversus Gortynios[s] Gnossiosque[t] gerebant, et captivorum Romanorum atque Italici generis magnus numerus in servitute esse per totam insu-

aureorum Philippeorum.' Rupert.—13 'Particula aliqua, ut *quoque*, vel *itidem*, vel *jam*, quæ *τῷ duplex* jungatur, excidisse videtur Crevierio.' *Doering.*
14 Sigon. tentabat *Cogitanti itaque Fabio:* quod Gron. Doujat. Crev.—

NOTÆ

[k] *Nummos aureos Philippeos centum quadraginta millia*] Si æstimentur hi nummi tredecim libris cum dimidia, conficientur decies centena nongenta quadraginta quatuor millia librarum: *dix-neuf cens quarante mille livres.*

[l] *Vasorum argenteorum mille pondo, et quadringenta viginti quatuor*] Nobis argentum illud efficeret summam 51300. librarum Françicarum præter manus pretium.

[m] *Aureorum mille pondo viginti quatuor*] Auri hujus pretium argentea pecunia nostra æstimatum ascenderet ad libras 573440.

[n] *Militibus quini viceni denarii dati*] Gallica hodierna æstimatione decem libræ.

Quini viceni] Septem florenos et dimidium, si Hollandica moneta æstimes. *J. Clericus.*

[p] *Cum Gallis*] Asiaticis.

[q] *In Cretam*] Insula e majoribus Mediterranei maris, centum urbibus aliquando frequentata: nunc *Candia* ab urbe principe.

[r] *Cydoniatæ*] Cydon, sive Cydonia, urbs fuit Cretæ in ora boreali, hodie *Canea.*

[s] *Adversus Gortynios*] Gortyna, urbs Cretæ mediterranea, nomen retinet in pago *Gurtina* adhuc dicto: in mediterraneo fere insulæ sub Ida monte, qui hodie *Sfaccia.*

[t] *Gnossiosque*] Gnosos, sive Gnossus, urbs quondam Cretæ primaria, in vicum quoque abiit; qui vulgo *Ginosa*, non procul Gortyna. Ibi labyrinthus fuit Dædali opus.

lam dicebatur. Classe ab Epheso profectus, cum primum Cretæ littus attigit, nuntios circa civitates misit, ut armis absisterent, captivosque in suis quæque urbibus agrisque conquisitos reducerent, et legatos mitterent ad se, cum quibus de rebus ad Cretenses pariter Romanosque pertinentibus ageret. Nihil magnopere ea Cretenses moverunt. Captivos, præter Gortynios, nulli reddiderunt. Valerius Antias ad quatuor millia captivorum, quia belli minas timuerunt, ex tota insula reddita scripsit; eamque causam Fabio, cum rem nullam aliam gessisset, navalis triumphi impetrandi ab senatu fuisse. A Creta Ephesum Fabius rediit: inde tribus navibus in Thraciæ oram missis, ab Æno et Maronea[15] præsidia Antiochi deduci jussit, ut in libertate eæ civitates essent.



15 *Maronia* eæd.